UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/comoediae12aris

A7161

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ

ARISTOPHANIS

COMOEDIAE

AVCTORITATE LIBRI PRAECLARISSIMI
SAECVLI DECIMI

EMENDATAE

A

PHILIPPO INVERNIZIO

IVRISCONSVLTO ROMANO

ACCEDVNT CRITICAE ANIMADVERSIONES SCHOLIA
GRAECA INDICES ET VIRORVM DOCTORVM
ADNOTATIONES

VOLVMEN XII.

SCHOLIA GRAECA

CVRAVIT

GVILIELMVS DINDORFIVS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
CIↃIↃCCCXXVI.

SCHOLIA GRAECA

IN

ARISTOPHANIS

COMOEDIAS.

EDIDIT

GVILIELMVS DINDORFIVS.

VOLVMEN TERTIVM.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
CIↃIↃCCCXXVI.

21438

PRAEFATIO
GUILIELMI DINDORFII.

Grammaticorum veterum in Aristophanem commentarios quoniam ex libris scriptis emendatos et auctos edere licebit, non multum operae scholiorum collectioni Aldinae impendi, quam paucis admissis mutationibus recudi passus sum, adiectis pro huius editionis consilio criticorum annotationibus. Neque scholia ad Lysistratam nunc attigi, quae ipsa quoque integriora olim sum daturus. Nam Kusteri quae fuerit in iis edendis fides memorabili exemplo ostendi annotatione ad p. 722, 31., cui aliud addi poterat de scholio versus 1245. p. 751, 13., ubi Cratini mentio facta est, sed praetermissa sunt poetae verba, in codice sic scripta, *ἄρξῃ γὰρ αὐτοὺς διποδία καλῶς.*

Sequitur ut de scholiorum editionibus nostra prioribus dicatur. Earum principem notum est editionem esse Aldinam, ab Marco Musuro curatam, qui scholia ex diversissimis inter se codicibus sumta ita in unam farraginem coniunxit, ut antiqua recentibus, docta

indoctis ubique permisceret, librorum lectionibus non satis accurate redditis. Lemmata scholiorum partim ipse apposuit partim ex codicibus, editione Aldina non raro emendatioribus, petiit: quae mihi caussa fuit cur in lemmatis nusquam discederem ab Musuro, secus atque Kusterus aliique fecerunt. Scholia Aldina perpaucis in locis correcta in editione Iuntina secunda repetiit Antonius Fracinus Varchiensis, nullis usus librorum scriptorum praesidiis: nam quae eius operâ accesserunt scholia, ex Athenaeo, scholiaste Pindari inferiorisque notae grammaticis quibusdam transscripta sunt. Quae ego omnia uncis appositis ab Aldinis segregavi. Editionem Iuntinam expressit Basileensis Sigismundi Gelenii, cuius in scholiis corrigendis libertatem longe superavit Aemilius Portus, editionis Genevensis auctor, qui ut multa partim suopte ingenio Bisetique adiutus consilio partim Suida duce bene correxit, ita non pauciora temerariis mutationibus depravavit. Eius vestigiis institit Kusterus, qui propter nimiam festinationem ab Porti erroribus in scholiis edendis non magis sibi cavere potuit quam in Suida paucis annis ante emisso. Ipse editioni suae ita est praefatus:

„Textui Graeco subiecta sunt scholia Graeca, quae Aldus primum in novem priores comoedias edidit, a Marco Musuro Cretensi ex

variis codicibus MSS. collecta et descripta: quibus in hac editione accedunt scholia in Lysistratam, quae ex codice Vossiano*) itemque Barocciano**) nunc primum in lucem edimus. Scholia Musuriana partim a pervetustis iisque clarissimi nominis grammaticis, veluti Apollonio, Didymo, Symmacho, Aristarcho et aliis quorum in ipsis scholiis fit mentio, conscripta sunt, quae proinde non mirum si optimae sint notae veramque et priscam illam eruditionem sapiant; partim auctores habent Thomam Magistrum et Ioannem Tzetzen aliosque forte illius aetatis Graeculos; partim etiam ab ipso M. Musuro hinc et inde mihi interpolata videntur. De Thoma Magistro et Ioanne Tzetze omne dubium mihi exemerunt Excerpta scholiorum in Aristophanem ex codice MS. Vaticano 1294. qui fuit quondam Fulvii Ursini, itemque Excerpta ex cod. MS. Urbinate 141. in eadem bibliotheca. Horum enim codicum prioris Excerpta praeferunt nomen Thomae Magistri, posterioris, Ioannis Tzetzis: in quibus quae leguntur, maxima ex parte in editis ad Aristophanem scholiis *αὐτολεξεὶ* quoque occurrunt.

---

*) Vide Commentarios in Plutum p. XIX.

**) De hoc dictum ab Dobraeo in Commentar. ad Lysistrat. p. 270.

Scholiis hisce Musurianis Florentini postea in editione sua haud pauca, in priores praesertim comoedias (nam in posteriores vix quicquam ab iis additum deprehendi) e vulgatis et tritis fere scriptoribus exiguo interdum iudicio adiecerunt; sed quae duobus huiusmodi signis ⁂ a Musurianis distinxi, ne forte, quod plerisque antea contigisse video, lectores in posterum, quibus editio Aldina ad manum non esset, ea antiquorum et germanorum scholiorum loco haberent."

Scholiis in Plutum praeclaram operam navavit Tiberius Hemsterhusius, quamvis non aliis quam ingenii exquisitaeque doctrinae copiis uberrimis instructus. Namque duorum qui illi praesto fuere codicum margines, Dorvilliani et Leidensis *), non antiquis grammaticorum scholiis, sed barbaris novitiorum hominum interpretationibus plerumque verbum verbo reddentibus impletae sunt: quarum numerum magnopere augere potuissem ex libris Havniensi, Pragensi, Poggiano, aliis, nisi chartis parcere praestitisset. Non multo melioris notae sunt quae ex codice Parisino 2827. ab Bastio excerpta scholia et glossemata Schaeferus edidit in appendice ad Pluti Hemsterhusiani editionem Lipsiensem p. 487—565.

*) Vid. Commentar. in Plutum p. XXI. XXII.

Ad scholia in Nubes recudenda primus post Kusterum accessit I. A. Ernesti anno MDCCLIII. cuius editio valde negligenter impressa est, sed docta exornata praefatione, quae in annotatione nostra repetita est p. 274 — 298. Paullo emendatior Th. Ch. Harlesii editio est, anno MDCCLXXXVIII. prodita, qui scholiis tum Ernestii tum suas quasdam Nageliique, professoris Altorfini, annotationes subiecit. Sed longe tamen hic quoque abfuit ab ea diligentia, qua undecim annis post ad illorum scholiorum emendationem aggressus est Godofredus Hermannus, qui quid consilii secutus esset his verbis exposuit:

„Dicendum nunc est de scholiis, quorum emendatio longe molestissima pars fuit laboris nostri. Ernestius enim in his quoque repetierat recensionem Kusteri, qui non modo multa temere et non monito lectore mutaverat, sed ingentem istum corruptionis squallorem etiam auxerat negligentia in describendo. Atque etsi plurima ab Ernestio in praefatione illa, quam Nubibus adiecerat, bene erant emendata, tamen huius studio tam exigua pars laboris exhausta fuit, ut ei, qui deinde eamdem rem adgrederetur, prope nihil imminuta esset molestia. Me quidem adiuvit in hoc negotio amicitia viri summi, Frider. Aug. Wolfii, qui non solum

editionis Aldinae*) usum mihi concessit, sed etiam quae ipse in his scholiis emendasset, se perscripturum spopondit. In qua re ut litterarum operaeque compendium faceremus, convenerat, ut, quae ego correxissem, illi mitterem, quibus dein adderet ea, quae a me aut praetermissa animadverteret, aut alia ratione sananda censeret. Idque quum initio suscepti operis factum esset, mox, non mea, sed typothetarum culpa, rem acerrime urgentium, intermissum fuit. Igitur ego, etsi tanto destitutus auxilio, hoc tamen efficere studui, ut, quantum in me esset, scholia exhiberem emendatissima. In qua re primum ingens perferenda fuit molestia comparandae diligenter editionis Aldinae. Quae editio, anno ante hunc trecentesimo edita, et aetate et dignitate princeps est, verusque et unicus fons scholiorum. Quamquam autem huius editionis auxilio plurimi loci, qui in vulgatis libris depravati erant, emendari potuerunt, longe tamen taediosissimum laborem creavit Suidae pervolvendi necessitas. Quem quidem quum constet optimum esse et praestantissimum in emendando Aristophanis scholiasta adiutorem, hoc minus parcendum operae in eo conferendo putavi, quod superiores edi-

*) De Wolfii exemplari Aldino vide quae dixi in annotatione p. 371. *G. D.*

tores, molestia rei deterritos, admodum negligenter in hac re versatos videbam. Nec tamen tantum inde accedit subsidii, ut non plurima, immo pleraque, coniecturis sint et prope divinatione sananda. Quae res quum per se satis habeat difficultatis, tum eo est impeditior, quod scholia ista diversorum interpretum pessime inter se coniuncta, disiuncta, perturbata, locoque suo mota sunt. In quibus ordinandis, distinguendis, corrigendis quantas moles molestiarum taediique sustinuerim, nemo poterit aestimare, nisi qui ipse huius laboris onus aliquando subierit. Ne autem, qua olim M. Musurus in concinnandis his scholiis temeritate usus est, eadem ego in iis refingendis versatus viderer, adnotationes adieci, quibus, quid quoque in loco a me mutatum esset, breviter indicarem. Caussas quidem rationesque emendationum mearum in plerisque locis praetermittendas ratus sum, partim quod verbis parcendum in tam vili scriptore putabam, partim quod ista lectores sponte existimabam intellecturos esse. Denique etiam iis, quae iam antiquitus edita sunt, scholiis addenda censui ea, quae vel ex libro Ravennate Lipsiensis editio exhibet, vel Brunckius e suis codicibus protulit, glossas maximam partem aut brevissimas adnotationes. Atque etsi verebar ne haec additamenta non essent omnibus placitura, sequendum

tamen putavi id, quod videretur tutissimum. Nam si scholia a Musuro collecta ederem, cur excluderem ea, quae deinceps accesserunt? aut si quaedam horum reciperem, cur omitterem reliqua, quandoquidem etiam in vetere scholiorum collectione multa inutilia, inepta, falsa reperiuntur.“

Scholia codicis Leidensis et Ruhnkenii et Danielis Heinsii annotationes ex schedis I. A. Ernestii edidit Tittmannus in appendice ad Epistolas Ruhnkenii et Valckenarii p. 118. — 136.

Scholiorum in Ranas vix digna memoratu Hoepfneri editio est, cuius mentio facta in Commentariis ad Ranas p. VII. Ceterarum fabularum scholia nondum a quoquam separatim edita sunt.

Addenda
ad annotationem in scholia vetera.

P. 6, 1. Vid. ad 612, 17.

86, 30. De *Παυθείῳ* dictum ab Schneidero ad Theophrast. vol. V. p. 426.

97, 16. Dobraeus in Commentar. vol. VII. 1. p. 379.

115, 36. Dobraeus ibidem p. 224.

171, 4. Tzetzae ad h. v. scholion editum in annotatione ad 405, 4.

173, 2. Lege *τὸ γὰρ σ σημεῖον χαρασσόμενον σὰν ἔλεγον. Bentleius* ad Callimach. p. 556.

178, 34. 179, 1. Ebert. dissertatt. Sicul. I. p. 29. 30.

275, 32. *καὶ κατὰ*] *καὶ τὰ κατὰ* Bernhardy ad Eratosth. p. 213.

305, 35. 306, 1. attulit Trypho de tropis p. 49. ed. Cantabrig.

309, 1—4. Dobraeus in Commentar. vol. VII. 1. p. 335.

331, 14. *ἡ ναῦλος*] Vid. Henr. Stephani Thesaur. p. 6305. ed. Londin.

347, 26. Vide p. 36.

350, 8. Kusteri coniectura ex editione Hoepfneriana irrepserat.

365, 15. Hic et in scholio ad Sophoclis Aiac. v. 610. Coraës ad Isocratem p. 144. corrigit, *ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὃ μήπω παλαίων, ἀλλὰ παρασκευαζόμενος* (sive *παρακαθήμενος*) *εἰς τὸ* —.

375, 24. *συμπονεῖν*] *συμποιεῖν* Suevernius in praefatione ad commentationem de Nubibus.

377, 22. *κακοβουλεῖ*] *κακοβολεῖ* Hemsterhusius in Anecdotis vol. I. p. 200.

381, 3. *θέσεις*] Certissimam Casauboni emendationem confirmat meorum MSS. unius lectio *καταθέσεις*: hoc enim est *καθέσεις*. vid. ad 750, 27.

396, 27. *καθ' ἕνα*] *τὸ δὲ καθ' ἕνα* Astius et Welckerus ad Theognin p. XCVII.

398, 4. *τὰ ἄρθρα* ex Favorino aliisque grammaticis restituendum esse ostendit vander Linden in medicina physiologica p. 639.

408, 17. *Λευκολοφίδου* etiam Meinekius restituit in Quaestionum scenicarum specimine primo, Berolini a. 1826. edito, p. 58.

411, 4. Phrynichi locus ita, ni fallor, refingendus,

Μεγάλους πιθήκους οἶδ' ἑτέρους τινὰς λέγειν,
Λυκέαν, Τελέαν, Πείσανδρον, Ἐξηκεστίδην.

Quibus alter interlocutor respondet,

Ἀλλ' ἀνομάλους εἶπας πιθήκους νὴ Δία·
ὁ μέν γε δειλὸς, ὁ δὲ κόλαξ, ὁ δ' αὖ νόθος,
ξένος δ' ὁ τέταρτος.

Meinekius l. l. p. 30. In tertio versu non *ἀλλ'* addendum, sed *ἀνωμάλους* scribendum.

412, 34. *Σάκες*] *Σάκαι* Meinekius l. l. p. 54.

433, 35. *ἐπεὶ τοὺς λύκους ἀπέκτεινον τὸ παλαιὸν ἐν τῇ Ἀττικῇ*] Eustathius p. 1604, 9. *ἡ δὲ ἐν τῷ ἀνενείκατο ἀνηνέγκατο τροπὴ τοῦ ῑ εἰς ν̄ καὶ ἐπὶ ἄλλων ἐφάνη γίνεσθαι, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ αἰεὶ αἰὲν, φαεινὸν φαεννὸν, κλεεινὸν κλεεννόν. οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ κτείνω κτέννω· οὗ χρῆσις καὶ ἐν τῷ, Τὸ παλαιὸν λύκους ἀπέκτεννον ἐν τῇ Ἀττικῇ, καὶ νόμος ἦν λυκοκτοννεῖν* (scr. *λυκοκτονεῖν*), *καὶ τῷ κτείναντι μὲν τέκνον λύκου τάλαντον δίδοσθαι, τῷ δὲ τέλειον δύο. Κτέννειν* tanquam vitiosum ab criticis ubique reiici solet, etsi non raro ab libris fide dignissimis oblatum. Sic in Isocratis Panathen. p. 263 d. H. Steph. *ταῖς πολιτείαις ταῖς οὐκ ἀρεσκούσαις μαχόμενος καὶ καταλύων καὶ τοὺς προεστῶτας αὐτῶν ἀποκτείνων*, codex Urbinas *ἀποκτέννων*. in Stephano Byzant. v. *Δυρβαῖοι*: *οὗτοι οὔτε ἀδικοῦσιν οὔτε ἀποκτείνουσιν ἀνθρώπων οὐδένα*, liber Seguerianus (Montefalc. Bibl. Coisl. p. 282) *ἀποκτέννουσιν*.

442, 37. De Sosicrate dictum ab Hemsterhusio in Anecdotis vol. I. p. 197. et ab Geelio in Biblioth. Critica nova vol. I. p. 62.

443, 10. *πολλῷ γὰρ ὕστερον Κρατῖνος ἐν τῇ Νεμέσει*] Fallitur scholiastes, qui Cratinum in Nemesi fabula longo post Aves editas tempore h. e. post Olymp. XCI. 1. Lamponis ut vivi vigentisque mentionem iniecisse scribit; quod falsissimum esse vel ex eo intelligitur, quod Nemesis fabula post Periclis obitum doceri vix potuit. V. Plutarch. Peric. 3. *Meinekius* l. l. p. 14.

472, 8. *χωρίου*] *Χαβρίου* etiam Meinekius p. 34.

εἴρηται] *ὡς εἴρηται* vel *προείρηται* Meinekius.

485, 9. Epicharmo lubens adscripserim, nisi quis de Sophrone potius cogitet, quod apud schol. Aristoph. legitur ad Av. v. 1283. ἢ πλαγὶς (vel παισθείς· nam vulgatum παύσει nullius est pretii) *βάκτρῳ καλίνῳ σκύταλα Φρυξ ἀνήρ. Σκύταλα* certe pro cervice ex Sicula teste Hesychio, quem una litera corruptum emendabis, *Σκύταλον, τράχηλον, Σικελοί. Hemsterhusius* ad Lucian. vol. I. p. 363.

486, 38. *Ἴβις*] Scribendum *Ἶβις*.

487, 5. *Πύλαις*] *Πόλεσι* cum aliis Meinekius p. 41.

487, 9. *ψήφισμα*] Vide Meinekium p. 34.

487, 18. *Περιαλγὴς* Platonis est fabula, ex qua quem locum attulit, eum respicit scholiastes Luciani vol. II. p. 696. quo certius de corruptela, quam scholiastae verba subierunt, constare debet. *Meinekius* p. 12. Scholiastes Luc. *ὁ δὲ Μειδίας ὀρτυγοκόπος ἦν, ὡς Πλάτων Περιαλγεῖ. καὶ ὡς πονηρὸν δὲ καὶ κόβαλον καὶ τῶν δημοσίων νοσφιστὴν Φρύνιχος καὶ Πλάτων διαβάλλουσιν.*

487, 28. *Διονύσιος δὲ ὁ Ζώπυρος*] Nisi legendum *Dionysius et Zopyrus.* Nam ut Laertius VI. 100. notat, Dionysius et Zopyrus Colophonii sub Menippi cynici nomine libros ediderunt. *Fabricius* Bibl. Graec. vol. II. p. 802. (IV. p. 413. ed. Harles.)

493, 26. *Λασὼν*] Alibi Aldina *Λᾶσον* scribit. Ceterum de hoc scholio vide Bodii commentationem de Orpheo p. 94.

494, 7. *βοΐδια*] *βούδια* restituendum ex Bekkeri Anecdotis p. 85, 29. *Βούδια: οὐ μόνον βοΐδια. Ἑρμιππος Κέρκωπι.*

498, 3. De Myrtili *Τιτανόπασι* vide Meinekium p. 32.

499, 1. *ἀκριβῶν*] *ἀκριβὲς* Portus et Kusterus.

502, 28. *δὲ* deleverunt Elmsleius ad Medeam p. 109. et Meinekius p. 50. „Ad hunc Eupolidis locum respicit Eunapius Liban. p. 99. ubi vide Boisso-

nadum, cll. Plutarch. Symp. VII, 8. p. 712. A." *Meinekius.*

550, 36. Scribendum ὅτι μὴ κωμῳδοίη μηκέτι, σχολάζοι δὲ τῇ μέθῃ. Conf. Suidam s. v. κώδιον. *Meinekius* p. 18.

550, 38. Scribendum,

ἀλλ' ἐπανατρέψαι βουλόμεσθ' εἰς τὸν λόγον πρότερον. ἐκεῖνος —.

Meinekius ibid.

557, 3. Schneiderus ad Theophrast. vol. IV. p. 701.

565, 4. βαρβατιστὰς] Verus titulus fuit haud dubie *Βαρβιτισταί*, qua in fabula non dubitamus quin cantatores quosdam introduxerit, qui barbito, lyrae genere contemtissimo, impense delectarentur. *Meinekius* p. 11.

565, 10. πτερυγίζειν] Lege ψηνίζων. *Meinekius* ibid.

567, 32. Lege ὃς πρῶτον ὑπεκρίνατο τὰ Κρατίνου. *Meinekius* p. 26.

567, 33. ἐξωνεῖτο τοὺς θεατὰς καὶ τὴν τούτων εὔνοιαν] Fortasse merum grammatici commentum. *Meinekius* p. 27.

567, 34. τραγικὸς] Reponendum κωμικὸς, nisi is scholiastae error est nostrum Cratetem cum philosopho eodemque tragoediarum poeta confundentis. *Meinekius* p. 27.

586, 30. 33. Vide Reinesii Observ. in Suidam p. 2.

632, 10. Ingeniose Perizonius θεῶσαι vel θεωροῦσαι pro θέουσαι emendat; non tamen ego vulgatam lectionem deserendam putem: scilicet expono θέουσαι, currentes, huc illuc abeuntes, rerum agendarum ergo: nam certe non eo tantum tempore, quo sacris spectaculis atque pompis operam dabant, umbraculis usus fuisse credo, sed et alias, cum aestas ita suaderet. Forsitan tamen malueris φέρουσαι· ἔχουσι φέρουσαι, id

est *φέρουσι*. Hemsterh. in Anecdotis Geelii vol. I. p. 174.

693, 36. Vide annotationem ad 167, 1.

707, 18. De Eupolidis verbis vide Meinekium ad Menandrum p. 281.

825, 20. *οἳ δημοσίᾳ χ. ἰ. καὶ δημοσίᾳ προῖκα* — Coraës ad Xenoph. Memorab. p. 292.

839, 27. *σκωπτομένων*] *σκωπτόντων* Meinekius p. 5.

842, 16. Leg. *τῷ Πυριλάμπους ἄρα Δήμῳ κυψέλη | ἔνεστιν. Meinekius* p. 58.

845, 22. *Κρατῖνον*] *Κρατίνου* Kusterus in indice p. 567. et Meinekius p. 13.

859, 10. *ἡρῷον*] *ἠρίον* Hemsterhusius in Anecdotis vol. I. p. 243.

869, 33. *ὁδοῖς*] *ἐξόδοις* Blomfield. in Musei crit. Cantabr. fasc. VII. p. 483.

906, 30. Legendum videtur,

ὕστερον δ' αὐτὸν στρατηγὸν
καὶ κασαλβάζουσαν εἶδον
καὶ σεσαλακωνισμένην.

quae in effeminatum hominem et pathicum dicta sunt. *Meinekius* p. 31.

909, 18. *ὦ πολῖται δεινὰ πάσχω. Τίς πολίτης δ' ἐστὶ πλὴν | – ∪ ἄρα Σάκας ὁ Μύτης καὶ τὸ Καλλίου τόθον.* Meinekius p. 54. Qui nunc fortasse praeferet meam correctionem.

913, 20. Paeonicis numeris scribendum est *ὦ κατάλαβε ὦ κιθαραοιδότατε. Meinekius* p. 40.

* *

Corrigenda.

P. 40. extr. πεπληγμένοι
P. 42. lin. 17. Ἔγκονεῖτε
P. 47. l. 13. a fine corr. glandem
P. 87. extr. *tinctus*
P. 261. l. 19. ἡγεμόνιον
P. 387. l. 5. a. f. ψοφοδεεῖς

ANNOTATIO

AD

SCHOLIA VETERA.

ANNOTATIO

AD

SCHOLIA IN PLUTUM.

P. 3, 16. *διὰ τὴν μάχην*] Non video quid hoc ad rem faciat. Quare probo coniecturam iuvenis valde industrii et Graecae linguae studiosissimi Ioannis Cornelii de Paw, Ultraiectini, qui *διὰ τὴν τύχην* hic reponendum censet. Kust. *τύχην*] Ante legebatur nullo sensu *μάχην*· emendationem a L. Kustero comprobatam adoptavi. *Τύχην conditionem, sortem servilem* vocat: ut ad v. 21. *οὐδὲ μὴν δούλοις ὀνειδίζουσα τὸ τῆς τύχης ὑποδεές. Τύχαι παρ' Ἕλλησιν*, inquit schol. Euripid. ad Hec. v. 865. *καὶ αἱ ταπειναὶ τάξεις τῶν ἀνθρώπων καὶ ὑποτεταγμέναι, καὶ αἱ ὑψηλαὶ καὶ ἐπικρατοῦσαι*· ubi, quas dudum pro *πράξεις* reposueram, *τάξεις* clare confirmat Cod. D'O. Diotogenes apud Stob. *Παντοδαποὶ βίοι καὶ τύχαι ἀνθρώπων. Τύχην* inter alia Suidas interpretatur *ἐπιτήδευμα*. Hemst.

3, 19. Addenda est vox *ἀργαλέον*, quae procul dubio librarii incuria excidit. Kust. Non necessarium Kusteri additamentum, neque habet Suidas v. *ἀργαλέον*, ubi scriptum *τοῦ λ εἰς τὸ ρ*.

3, 20. *παράγωγον ἀργαλέον*] Suidas, qui ista descripsit, *παρ' ἐργαλέον, καὶ τροπῇ*· hic, ut plena sit oratio, adiiciendum est *ἀργαλέον* iam modo a nobis itidem insertum post *εἰς ρ*. Memorat hunc locum, ubi de literarum λ et ρ commutatione quibusdam in verbis agit, H. Ste-

phan. Anim. in Lib. de Dial. p. 57. Porro Suid. *ἀπύω*, *τὸ φωνῶ*. Hemst.

P. 4, 5. Il. *N*, 1. Hemst.

4, 15. *παρὰ τὸ εἰκὸς φρονοῦντος*] Legendum potius, *καὶ εἰκῆ φρονοῦντος*. Nam *τὸ εἰκὸς* hic locum habere nequit. Deinde quod sequitur, *τὴν ἔξω σχέσιν*, semper suspectum habui. Sed quid eius loco reponendum sit nunc non succurrit. Quare cogitet acutus lector. Kust.

παρὰ τὸ εἰκὸς φρονοῦντος] Kusterus, qui tanquam alienum ab hoc loco refingere conabatur in *εἰκῆ φρονοῦντος*, merito fuit notatus a L. Bos Anim. p. 2. exponente, *sapere praeter*, vel, *aliter quam decet; male sapere, desipere.* Idem porro vir eruditus, etiamsi *τὴν ἔξω σχέσιν* adversus eruditissimum Kusterum recte tueatur, quae tamen istius locutionis propria sit ratio ac virtus, minime percepit. *Σχέσις* apud grammaticos est habitus quidam statusque rei certus per praepositionem aliamve orationis partem expressus: veluti *παρὰ* dicitur *σημαίνειν τὴν ἐκτὸς* aut *τὴν ἔξω σχέσιν*, quod utrumque habet Etymol. p. 651. v. 30. p. 652. v. 44. quando vim illam *τοῦ ἔξω* sive *ἐκτὸς* vel in se continet, vel vocabulo, cui agglutinatur, conciliat. *Παραφρονεῖν* igitur hunc in modum erit, *extra sanam mentem esse; παράνομος, extra legem positus.* Eustath. ad Il. *B*. p. 217. v. 21. id agens, ut nunquam a Poëta praepositiones in verbis componendis frustra cumulari ostendat, exemplum adfert ex Od *Z*, 88. *ὑπεκπροέλυσαν· ἐκεῖ γὰρ*, inquit, *ἡ μὲν ὑπὸ πρόθεσις τὴν κάτω σχέσιν δηλοῖ, ἡ δὲ ἐξ τὴν ἐκτὸς, ἡ δὲ πρὸ τὴν ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν.* Apud Etymol. in *Μετάφρενον· ἡ μετὰ σημαίνει καὶ τὴν ἄνω σχέσιν, ὡς τὸ μέτωπον·* quomodo, monente Thoma, *Τὴν ΥΠΕΡ πρόθεσιν τὴν ἐπάνω σχέσιν δηλοῦσαν* genitivo iungunt Attici. Apollonium scholiastes reprehendit ad Arg. I, 242. qui in *πόθι* significationem motus posuerit; *ἔστι γὰρ τῆς ἐν τόπῳ σχέσεως δηλωτικόν·* quae *τοπικὴ σχέσις* appellatur ab Apollon. Alex. de Synt. IV. p. 329. 330. Hemst.

4, 21. Corr. *καὶ ἔστι.*

4, 24. *τὸ ποιητικὸν*] Homer. Od. *P*, 322. Mox verbum, quod me iudice sententia postulat, est interponen-

dum, ἐν τῷ μὴ δύνασθαι ποιεῖν, ἃ βούλεται, *dum facere non potest, quae velit.* Hemst.

4, 28. ἔλησι Ald.

4, 32. Dele comma.

4, 33. τοῖς δεσπόταις ὀφείλονται] Τὰ κακὰ dupliciter intelligi posse monet, vel stultitias herorum, vel verbera ac plagas, quae servis immorigeris intentantur. Eiusmodi sententiam requiri satis clarum est, cui tamen efficiendae, quae adscripsi, idonea non sunt verba. Si vitio carent, quod vix crediderim, omnino deesse quaedam oportet, quibuscum apte cohaerere potuerint. Hemst.

τοῖς δεσπόταις ὀφείλονται] Deleta, quae subiicitur, adnotatione, haec in eius locum succedat:

Τοῖς ἀπειθοῦσι τοῖς δεσπόταις] Fracinus, ut structuram prima fronte difficiliorem explanaret, dederat, τοῖς ἀπειθοῦσι πρὸς τοὺς δεσπότας· quod quum minus ad morem Graeci sermonis conveniat, merito revocatum est ex ed. A. τοῖς δεσπόταις· capiendum vero, quasi scriberetur, τῶν πληγῶν, αἳ ὀφείλονται τοῖς δούλοις, οἵπερ ἀπειθοῦσι τοῖς δεσπόταις. Significat scholiastes, τὰ κακὰ posse dupliciter intelligi, vel stultitias herorum, et, quae inde proveniunt, calamitates, vel verbera et plagas, quae servis inmorigeris debentur et intentantur. Huius etiam rei errorisque commissi, quem ipse iam ante animadverteram, me per literas admonuit I. Ph. D'Orville, vir eruditissimus. Hemst. *in Addendis.*

P. 5, 1. εἰώθασι δὲ οἱ Ἀττικοί] H. Stephanus, cui lubens accedo, App. de D. A. p. 83. sibi nullo modo probari testatur, quae tradit hic enarrator Aristophanis: nam si his locis adhibiti non essent articuli, potius ἔλλειψις eorum fuisset dicenda. Tum observari iubet πλεοναζειν active usurpatum pro, *Uti solent articulorum pleonasmo, Adhibere solent articulos supervacuos:* quod tamen pluribus exemplis non caret. Hemst.

5, 4 — 6. τὸ δὲ — Ἀττικῶς. Haec Hemsterhusius quum ad versum 8 spectare recte intellexisset, male tamen transposuit post 23., non cogitans 7 — 23. aliorum esse scholia grammaticorum.

5, 11. *ὁ δαίμων*] Habent omnes edd. etiam C. D'O. excepta ultima Kusteri. HEMST. Non habet hoc scholion Aldina.

5, 13. *λέγουσι γὰρ* etc.] Pro istis Suidas in *Ἐωνημένοι* exhibet: *λέγεται γὰρ καὶ ἡ ἐφεξῆς τοῦ ῥήματος κλίσις· τοῦ δὲ ὁ. τὸ πλ. ὁ. ἐ. ὦ. δ. μ. οἱ Ἀττικοὶ πριάμενοι λέγουσιν ἑτέρᾳ φωνῇ.* Nunnesius ad Phrynich. p. 26. hunc quidem scholiastae locum indicat, sed intacta praetermittens, ut vulgo fieri consuevit, difficiliora. HEMST.

5, 15. *πριάμενοι λέγουσιν*] Idem docet Phrynichus v. *Ἐωνησάμην* pag. 22. et Helladius apud Photium p. 1577. KUST.

5, 19. *παρὰ Συνεσίῳ*] Epist. III. ad Euoptium. KUST.

5, 20. *Ὑκαρικόν*] Sic rescripsi pro *Καρικὸν*, quod priores editiones habent. Nam praeterquam quod apud Synesium dicto loco hodie recte legatur *Ὑκαρικὸν*, constat etiam ex aliis scriptoribus Laidem meretricem ex Hyccaro oppido Siciliae oriundam fuisse. Vide saltem Athen. XIII. p. 588. et Stephanum Byzantium v. *Ὑκαρον*. Confer nos etiam infra ad p. 28, 18. KUST.

Ὑκαρικόν] Mendosa lectio *ἀνδράποδον ἦν Καρικὸν*, quae ante Kusterum edd. insidebat, reperitur etiam in Moschopuli *Ἀττ. ὀνομ. Ἐκλ.* V. *Ἐώνημαι*, ubi Synesii Aristophanisque loca profert. Macula iamdudum sublata Salmasio ad Stephan. in *Ὑκαρα*, et Holstenio in *Εὐκαρπία*. De Hyccaris vide Ph. Cluver. Sic. Ant. II. p. 272. HEMST. Iam dudum viderat hanc mendam correxeratque Io. Meurs. Exerc. Crit. P. 11. p. 247. Quam facilis autem sit lapsus, Thucydidei codices itidem ostendunt VII. p. 453. v. 80. ubi vide virum clariss. C. A. Dukerum. HEMST. *in Addendis.*

5, 26. Post *ἡλίῳ* excidit punctum.

5, 33. *διὰ τοὺς τρεῖς καιροὺς*] Confer Fulgent. Mythol. l. I. cap. XVI. KUST.

5, 35. *ὅστ' ἤδει*] Versus Homeri de Calchante Il. *A*, 70. *Ὃς ἤδη - - -* ubi schol. *Ἐστι γὰρ τελείου μάντεως*

τὸ ἐπίστασθαι τοὺς τρεῖς χρόνους ἀκριβῶς. Apollo, quem Homero dictaverat versum, vocula mutata sibi vindicare non erubuit in oracvlo apud Diogen. l. II, 33. Ὃς δεδάηκε τά τ' ὄντα etc. Vid. Macrob. Sat. I. c. 20. Mutilum Suidae locum in Τρίπους hinc refecit Kusterus. Ἤιδη habet ed. Fl. Hemst. ᾔδη Ald.

P. 6, 1. De hac historia vide quae congessit Menagius ad Laert. lib. I. sect. 28. Kust.

6, 6. πᾶν τὸ ἀνιὸν καὶ πᾶν, ὅ τι τύχοι] Deleri convenit secundum illud καὶ πᾶν, plane otiosum: nisi potius existimes, quum ex binis exemplaribus inter se comparatis, quorum in uno πᾶν τὸ ἀνιὸν, in altero πᾶν ὅ τι τύχοι fuerit, haec scholia describerentur, utraque librarium coniunxisse. Hemst. Recte Hemsterhusius. Vide scholion Parisinum p. 7, 15.

6, 12. τρίποδα δῶ] Porti, cui δὸς in E. G. repraesentari placuit, culpa est, quod eruditi viri eam lectionem scholiastae nostro tribuere soleant: edd. ceterae consentiunt in δῶ. Haec quam varie sollicitentur, Torrenius exposuit ad Valer. Max. IV. c. 1. §. 7. Quanquam non prorsus repudiandum videatur τρίποδ' ἂν δῶ, at ego tamen iuxta cum Casaubono verum esse arbitror Diogenis L. τούτου τρίποδ' αὐδῶ. Hemst.

6, 18. θεοπεδωδεῖν] Suidae iam aetate vox mendosa. Scribendum est sine controversia παρὰ τὸ, θέσπιν ἀοιδήν· sic enim malo, quam, quae propius ad literas accedere videantur, θέσπιν ᾠδήν, vel θέσπιν ᾄδειν, ut ipsum illud Homericum Od. *A*, 328. ad originem vocis demonstrandam adhibuerit. Eustath. p. 1420. v. 17. Θέσπιν ἀοιδήν, ἤτοι θείαν καὶ ὡς ὑπὸ θεοῦ ἐσπομένην ἤτοι λεγομένην· τοῦτο δὲ συνθέντες οἱ μεθ' Ὅμηρον θεσπιῳδεῖν λέγουσιν, ὅ δηλοῖ τὸ μαντεύεσθαι. Deinde Suidas pro θεόμαντιν praebet Θέμιν· Themidi sane suum in tripodem et sortes Delphicas ius constat iam ante Apollinem: imo omnibus oraculis et vaticinis verbis numen praeesse dicitur Themidis, ut ait Amm. Marcellin. XXI, 1. p. 287. unde rationem verbi θεμιστεύειν repetere grammatici solent. Verum non video Themidi, quae dudum pristinasedes Phoebo cesserat, quis sit locus, nihil ad interpres

tationem verbi *θεσπιῳδεῖν* conferenti: nam non metuo ne quis similitudine duarum priorum literarum niti velit: quare tenendum est *τὴν Θεόμαντιν*, quam Pythiam vatem intelligo Apolline plenam. *Θεομάντεις* et *χρησμῳδοὶ* iunguntur a Platone Apol. Socr. p. 17. E. et Men. p. 427. D. quemadmodum a Galeno lib. I. ad Hippocr. *περὶ Δ. Ο. Θεομάντεις καὶ χρησμολόγοι*. Iam porro quicumque cogitarit, quam inusitate dicatur *μαντείας ἄγειν*, haud difficulter mihi largietur reponendum esse *ἄδειν*· hoc enim vestigio, quod alioqui nullum est, ducimur ad fontes verbi *θεσπιῳδεῖν*· praeterquam quod confestim sequitur *οἱ ἀδόμενοι χρησμοί*. Nunc eadem opera liquet, aptius isto pacto locum totum posse constitui: *ἢ δὲ λέξις ἠτυμολόγηται παρὰ τὸ θέσπιν ἀοιδήν, ἢ παρὰ τὸ τὴν Θεόμαντιν ἐκεῖ τὰς μαντείας ἄδειν*· non enim duplicem diversamque notationem proponit, sed unam duntaxat, quam additis hisce *ἢ παρὰ τὸ τὴν Θ. ἐ. τ. μ. ἄ.* illustrat et confirmat. Denique mox particula *ὡς* videtur excidisse: *ὅτι ὡς τιμία ἡ ὕλη, καὶ οἱ ἀδ. χ. τ.* Aureus, inquit, est tripus, quia quemadmodum haec materia est pretiosa, sic similiter et vaticinia: post *ὡς*, *καθάπερ* in altero orationis membro saepius *οὕτως* omittitur. Hemst.

6, 21. *ἐν τοῖς Πινδάρου ὕμνοις ἡμῖν διείληπται*] Didymi, qui *ἐξήγησιν Πινδαρικὴν* scripsit, hoc scholion esse suspicatur Schneiderus apud Boeckhium praefat. ad schol. Pindari p. XVIII.

6, 23. *Διόδωρος*] Lib. XVI. p. 523. D. Diodori verba, nonnullis praeteritis, paucis immutatis, scholiastes contraxit. Hemst.

P. 7, 5. *βιάσασθαι, τοὺς δελφούς. διὸ νομοθετῆσαι γυναῖκα* Aldina. Mutavit Portus. Diodorus XVI. 26. *τοὺς δὲ Δελφοὺς διὰ τὸ γεγενημένον πάθος εἰς τὸ λοιπὸν νομοθετῆσαι* —.

7, 21. Scribe *δυεῖν* ex Aldina.

7, 26. *τὸ προσεχὲς τῆς ἐκεῖθεν ἐξόδου*] Paulo durior locutio et primo adspectu parum expedita maculae suspicionem alicui moveat: verum hoc sensu cape: *artis vaticinandi mentionem fecit propterea quod iam modo*

templo Pythico exierant. In editis erat *ἀνίατον ἔπεμψε·* scripsi *ἀπέπεμψε* ex Aristoph. HEMST.

7, 34. *μᾶλλον ἀρετῶν* Aldina. Transposuit Portus.

7, 37. Dele *τῆς* ante *φροντήσεως* a Porto illatum.

7, 38. *τοῦ δὲ ποιεῖν — γράφειν*] Haec in Porti et Kusteri edd. omissa nihil est causae cur repudiemus, quum in A. V. et B. extent: referenda vero sunt ad v. 14. HEMST.

P. 8, 3. *παρῆκε*, quod necessarium erat ad sententiam explendam, nihil alienum me facturum putavi si interponerem. In fine pro *μάντις* legendum videtur *μάτην*. HEMST.

8, 8. *χολᾶν*] Scribe *μελαγχολᾶν*. KUST.

8, 13. *ἡγοῦμαι*] Eadem Moschopulus habet, additis Aristophanis verbis, in *Ἀ. Ὀ. Ἐλλ.* HEMST.

8, 20. *οὐδὲ γρύ*] Descripsit haec Suidas v. *Γρύ*. KUST.

8, 21. 29. *ῥῦπος* Ald.

γρυλισμὸν] Suid. *γρυλλισμὸν*, quorum hoc, Phrynicho iudice p. 16. improbum et fugiendum, illud Atticae notae. Hic autem codicem, quo Suidas usus fuit, saepe pleniorem et castigatiorem edd. nostrae vincunt. HEMST.

8, 25. *ῥυποπώλης*] Adsentior H. Stephano Ind. Th. in *Γρυτοπώλης* ad hanc scholiastae vocem notanti: *forsan ῥωποπώλης scripsit:* quamvis enim me non fugiat, quid ad defendendum *ῥύπον* pro *frivolis, minorisque pretii mercibus* adferri possit, hoc tamen praefero. Stephano suffragari videtur Nunnesius ad Phrynich. p. 46. Schol. ad Luciani Lexiph. *Γρυποπώλην*] *ἔστι δὲ ὁ τὰ εὐτελῆ σκευάρια πωλῶν παρὰ τὸ γρύ· οὕτως δὲ Ἀθηναῖοι τὸν ῥύπον φασὶ τῶν ὀνύχων·* legendum esse *Γρυμαιοπώλην*] *Γρυτοπώλην· ἔστι δὲ* etc. ad Lucianum ostendimus. *Γρυτάρης* autem vocabulum fuisse veteribus usurpatum, dum testes inveniat certiores, induci non possum ut credam. Verum de scrutariis omnique scrutorum genere oppor-

tunius alibi dicetur. Hemst. Imo forma vocis satis demonstrat originem non nimium vetustam, et in citeriore tantum Graecia quaerendam: similiter enim atque ἀμαξάριος et ἁμαξάρης, βασταγάριος et βασταγάρης, κουρσάριος et κουρσάρης, ρωτάριος et ρωτάρης apud Suidam, φουρνάριος et φουρνάρης dicuntur, sic et γρυτάριος, γρυτάρης, scrutarius, de quo simul et ῥωποπώλη Hadr. Iunius in Adag. egregie docuit. Huius generis longe plura facile suppeditabit Du Cangius in Gloss. M. et I. Gr. Tale est μυλωνάρης scholiastae nostri ad Equ v. 253. Hic igitur potius scribendum arbitror, ῥωποπώλης, ὃς καὶ, vel κοινῶς γρυτάρης. Hemst. *in Addendis.*

κέχρηται — μόνον δοκεῖ τε] Superius haec subiicienda sunt post ὄγυγος ῥύπος, unde dissimilibus insertis male separantur: constat hoc itidem ex scholio codicis D'Orvilliani. Factum autem fuit non raro, dum interpretationes diversae ex diversis libris atque enarratoribus excerpuntur, ut quaedam, temere congestis pluribus, alienum locum occuparent: quod ex his ipsis ad Aristophanem scholiis abunde constat. Hemst.

8, 26. ἀποχρήσεως Aldina. Correctum a Porto et ab Victorio in libro Poggiano.

8, 30. Pro δοκεῖ τι Ald. praefert δ' ὅτι mutatum in Flor. quam ceterae sequuntur. Hemst. Correctum etiam ab Victorio in libro Poggiano.

εἴρηται δὲ — ἐχόντων] Hunc solum istis locum attribuit ed. princeps, et caret scholio, quod totidem fere verbis iteratur ad πράγματα v. 20. in Fl. et B. Portus non haec tantum sede sua deturbavit, sed insuper ista, τὸ δὲ σχῆμα (ῥῆμα ed. G. erratum arbitror typorum) παρ' ὑπόνοιαν, adnotationi ad v. 20. subiecit; quam rationem etsi secutus fuerit Kusterus, non probo: certe in πράγματα qualis sit figura praeter expectatum cadens, nullus video; quae tamen hic intelligi quodammodo potest, quod post excitatam responsi spem per καὶ ταῦτ' ἀποκρινομένου subito sequatur, τὸ παράπαν οὐδὲ γρύ. Ceterum ista εἴρηται δὲ ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πολυκτημόνων ἀνθρώπων etc. eum in modum capio, ut significet scholiastes, Aristophanem in illis ἀποκρινομένου οὐδὲ γρὺ consuetudi-

nem imitari hominum opulentorum, qui prae fastu aliis, praesertim tenuioris fortunae hominibus et servis, respondere graventur, atque interpellationibus ingratis molestiam sibi creari superba taciturnitate demonstrent. Quamobrem si alterutro loco haec eradenda sunt, posteriore malim; ideo praecipue, quod apud Suid. in *Πράγματα*, ubi hoc ipsum *παρέξω πράγματα* exponit, *ἀντὶ τοῦ ἐνοχλήσω*, nihil istorum appareat; nec C. D'O. aliud habet, quam inter versus *δώσω ὀχλήσεις*. Hemst. Victorius in libro Poggiano ante *εἴρηται* inseruit: *πράγματα τὰς ὀχλήσεις*.

8, 32. *οὐδ' ὁτιοῦν*] Scholium depromtum ex C. D'O. in quo *φαυλίσαι τινὰ* lege pro *τί*. Praeterea scriptum erat *οὐδὲν τὸ τυχόν·* reposui *οὐδέ*. Hemst.

8, 39. *τὸ ὅπως*] Biseto perperam attribuitur in edd. P. et K. quum veteris sit scholiastae; in Fl. saltem reperiatur. Hemst.

P. 9, 9. *ἀνακομιζόμενοι*] Interpone, *πρὸς τὸ ἔθος οὖν, ὅτι ἀνακομιζόμενοι* etc. *hoc igitur ad illum morem referendum est, quia redeuntes ab oraculo coronas gerebant.* Hemst.

9, 23. *καθ' ἑαυτὸν — ἀκουσθῆναι*] His in edd. A. P. et K. omissis sensus erat inextricabilis: quae revocavi ex Fl. et B. aditum quidem ad intelligendum aperiunt faciliorem, neque tamen nullam relinquunt difficultatem; quam ut pro virili levarem, ista *τὸ, οὐ γὰρ*, vel potius *τὸ γὰρ, οὐ γὰρ π. . . . εἶπεν* parenthesi conclusi: proxima quum ita scriberentur, *τὸ δὲ λῆρος καθ' ἑαυτὸ, οὕτως εἴποις*, paululum reformavi: quanquam et *δὲ* potius mutaverim in *δὴ*, particulam orationi, quae fuerat intermissa, repetendae dicatam. Haec fere nostri scholiastae fuit mens: *si aperte λῆρος ad herum dixerit Carion, intelliges, frustra minitare; nihil agis; istis enim tuis dictis non absterrebor, quo minus interpellem te: sin vero apud se dixerit λῆρος, sive tacite, ut non audiatur (nam istud, Οὐ γὰρ π. clara voce protulit, ut ab hero exaudiretur) tum, inquam, λῆρος per se significarit, nugax es, et garritor, qui ista dicas.* Quod sequitur post ed. A. invectum non satis capio, etiamsi refingas,

ut sane faciendum videtur, *τινὲς δέ φασιν ἐσχηματισμένως εἰρῆσθαι λῆρος ἀντὶ τοῦ, μαντικός·* an voluit ex quorumdam sententia figurate dici *λῆρος*, quasi vaticinandi, id est, nugandi (non aliter saepe de vaticiniis Comici loquuntur) facultate praeditus, quia iam modo reversus ab oraculo fuerat? Cicer. pro Sext. §. 13. *vaticinari atque insanire dicebat.* Hemst. In Hemsterhusii editione scriptum *ἀντὶ τοῦ περιττολογία τοήσεις· εἰ δὲ καθ' ἑαυτὸν εἶπε τὸ λῆρος, ἦγουν ἡσύχως, ὥστε μὴ ἀκουσθῆναι (τὸ, οὐ γὰρ παύσομαι, πρὶν ἂν φράσῃς μοι, εἰς ἐπήκοον αὐτοῦ εἶπεν) τὸ δὲ λῆρος καθ' ἑαυτὸ οὕτως εἶποις, —.* Ego codicis Parisini scripturam dedi.

9, 25. Lego *τ. δέ φ. ἐσχ. εἰρ. λῖρος, ἀντὶ τοῦ μανικός.* Hesychius: *Λιρός· ἀναίσχυντος, ἀναιδὴς, θρασύς:* vide ibi interpretes collato Valckenario ad Elegias Callimachi p. 229. Iam si *λίρος* vel *λιρὸς* eandem habet potestatem atque *ἀναίσχυντος* et *θρασύς*, num erravisse dicendus est scholiasta qui *μανικὸν* significare notat. Fortassis etiam *μαντικὸς* servandum, nam *μάντεις* plerumque furiosi sunt et amentes, ut potuerit *μαντικὸς* pro *μανικὸς* usurpari. Boissonade in Wolfii Analectis III. p. 81. 82.

9, 31. *πυνθάνομαι*] Similia tradunt Suid. et Moschop. Ἀττ. Ὀν. Ἑλλ. in V. verbisque ipsis parum discrepant. Hemst.

P. 10, 1. *παίζων*] Quanquam in his veterum scholiorum reliquiis, quae ex diversis exemplaribus sunt in ordinem non aptissimum redactae, concinnum styli nitorem haud magnopere requiram, hic tamen addendum videtur tale quippiam: *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν εὐνούστατον, ἔλεγε,* vel *ἐπήγαγε κλεπτίστατον παίζων* etc. et mox *τὸν οἰκέτην ποιῶν.* Homeri locus Il. *A*, 132. Hemst.

10, 25. *λοιμοῦ*] Suidas v. *Συκοφάντης* rectius habet *λιμοῦ.* Sequitur enim paulo post *εὐθηνία*, quod est oppositum *τοῦ λιμός.* Kust. *λιμοῦ*] Sic ex Suida scripsi, probante Kustero, pro *λοιμοῦ* priorum edd. et mox *τινὲς* pro *ὅτι.* Suidae vicissim *τούτων* est reddendum. Alterum de sycophantis scholium extat itidem in C. D'O. paulo tamen vitiosius: pro *τὸ τούτων ἐξ. τ.* ibi legi-

tur: τὸ τοιοῦτον, et ἐκαλοῦντο οὖν οὗτοι συκοφάνται. Hemst.

10, 29. Ἀθήνησιν — ἄλλοθί που Paris.

10, 32. οὗτοι addidi ex Paris.

10, 37. ἐπερωτήσων etc.] Optime Kusterus adnotationem hanc, distinctione tantum Aldinae ed. et Flor. mutata, constituit, quae perperam fuerat in B. et G. divulsa: nam εἶναι πανοῦργον καὶ ἄδικον, μηδὲν ὑγιὲς, ut Aristophanis verba, caput interpretationis novae fecerant, ad eumque versum hoc loco detracta removerant. Hemst.

P. 11, 6. Deleatur καὶ, quod ex Hemsterhusii editione remansit.

11, 16. Ἀντίμαχος] Ad significationem vocis πῶρος, quae propria fuit Eleorum, probandam saepius adducuntur haec a vetustis Grammaticis Antimachi verba: vide Suidam in Πῶρος et Ταλαίπωρος, qui nostrum Aristophanis scholiasten et Sophoclis ad Oed. in Col. v. 14. compilavit: verum ita discrepantia, ut facile duos esse versus quis suspicetur, unum talem, Πῶρος τοι γ' ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἕκαστος· alterum Πωρητὺν ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἔθεντο· ad quod exemplum, ubi mendosi leguntur, corrigendos puto. Tertium forte suppeditet schol. Euripid. ad Orest. v. 392. Πώρη τοι ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἕκαστος· an vero ex male confusis, quos ante posui, binis versibus orta sit lectio, ut liquido definiri posset, ipsa Antimachi vel Thebaïde vel Lyda foret opus: signate tamen schol. ταλαίπωρον dici tradit παρὰ τὴν πώρην, ὃ δηλοῖ τὸ πένθος· quae forma, ne possit vocari in dubium, itidem ab Etymologo notata p. 162. v. 48. παρὰ τὸ πῶρα, ὃ δηλοῖ τὸ πάθος, latetque, nisi fallor, in Hesychii corrupto, Πῶννα . . . . . λύπη. In explicanda voce promiscue veteres adhibent πάθος et πένθος· nec Kustero adsentior, qui apud Suidam hoc illius vice reponi voluit: nam πάθος accommodate simul, quam ἀπὸ τοῦ πήθω, πήσω ducunt, originem indicat. Etymol. p. 699. v. 7. Hemst.

11, 19. τετελειῶσθαι] Pro eo κεκενῶσθαι vel ἐκκε-

χενῶσθαι Suidas et mox τῶν ἐν τῇ τοξείᾳ ἀναλισκόντων τὰ βέλη. Hemst.

11, 31. ἐπεὶ οἱ τρίποδες δάφνη] Vide illustriss. Ezech. Spanhemium ad Callim. p. 388. Kust. ἐπεὶ οἱ τρίποδες] Excidit ἡ ἐπεί. Duplicem exponit rationem τῶν στεμμάτων, vel ipsius vatis Pythiae, vel tripodis, qui lauro coronatus. Hemst.

11, 35. ἀμφιστάντες] Sine dubio legendum est ἀμφιστέψαντες. Ἄβρῳ epitheton ineptum quorsum spectet, ignorare me fateor: debuerat potius scripsisse δάφνης vel δαφνίνῳ. Proxima non minus intricata, nisi profundo vulnere laborare putes, grammatici recentioris, atque imperiti notas praeferunt: ἐχειροτόνουν videtur posuisse pro *porrigebant*: τῇ μαντιπόλῳ si genuinum, alia esse nequit quam Pythia: sic quidem ὁ ἐντυχὼν is erit, qui oraculum consulit, prout illi dicuntur a Graecis ἐντυγχάνειν τοῖς θεοῖς· sed repugnat ἀπόκρισιν ποιεῖσθαι, quod eo modo capiendum foret usu insolenti, *responsum accipere*. Scripserit fortasse τῷ μαντιπόλῳ hoc sensu: *tabellas exhibebant sacerdoti*, cui nimirum illud erat munus libellorum recipiendorum demandatum: *is autem quum adiisset Pythiam in tripode vaticinantem, responsum propositis quaestionibus congruens reddebat*. Non scilicet unus in hac stupenda religiosae fraudis officina ministrorum ordo: aderant etiam conducti poetae, qui oracula, quae Pythia δεχομένη τὸ πνεῦμα ἀπεθέσπιζε ἐμμετρά τε καὶ ἄμετρα, versibus illigarent atque expolirent, teste Strab. IX. p. 642. Hemst.

11, 39. ἴαχεν ἀστοῖσι] Aristoph. Equ. v. 1013. unde liquet, vitiose scribi ἀστοῖσι pro ἐξ ἀδύτοιο. Hemst.

11, 40. στέφανοι . . . . ἐμαντεύετο] Haec totidem verbis extant in C. D'O. nisi quod pro ἐμαντεύετο praeferat ἐχρησμῴδει. Hemst. Totam hanc notam uncinulis inclusam recentioris alicuius Graeci eiusdemque Christiani esse, cuivis facile subolere potest. Tales autem non paucae veteribus et genuinis scholiis immixtae sunt, sed quae pleraeque, uti et haec, in antiquissima editione Aldina desiderantur. Kust.

P. 12, 3. ἣν δὲ ἡ Πυθία γυνή] Haec eum in modum scripta, ut facile Christiani hominis, quod iam Kusterus fuit subodoratus, manum prodant: unde fluxerint, aperiet Oecumen. ad A. A. XVI, 16. p. 130. D. cuius verba ponam: *Λέγεται ἡ Πυθία αὕτη γυνή τις οὖσα ἐπικαθῆσθαι τῷ τρίποδι τοῦ Ἀπόλλωνος, διαιροῦσα τὰ σκέλη· εἶθ' οὕτως πνεῦμα πονηρὸν κάτωθεν ἀναδιδόμενον, καὶ διὰ τῶν γεννητικῶν αὐτῆς διαδυόμενον μορίων πληροῦν τὴν γυναῖκα τῆς μανίας, καὶ ταύτην τὰς τρίχας λύουσαν λοιπὸν βακχεύεσθαί τε καὶ ἀφρὸν τοῦ στόματος ἀφιέναι, καὶ οὕτως ἐν παροινίᾳ* (lege *παρανοίᾳ*) *γενομένην τὰ τῆς μανίας φθέγγεσθαι ῥήματα.* Non dissimilia in aliorum ad hunc locum commentariis traduntur. Vide Origen. in Cels. III. p. 125. VII. 333. HEMST. Ioh. Meursius, prolato scholiastae loco, eadem haec totidem verbis apud Oecumenium reperiri notavit in Exerc. Crit. P. II. c. 10. Conspirat Ioseppus in Hypomnest. citatus a Th. Galeo ad Iamblich. de Myster. p. 215. *Ἡ δὲ Πυθία ἐπὶ τοῦ τρίποδος ἀσχημόνως ἐπικαθημένη διὰ τῶν γυναικείων πόρων τὰς μαντικὰς ἀποκρίσεις ὑποδέχεται.* HEMST. *in Addendis.*

12, 20. *τὰ γ' ταῦτα* Ald.

12, 24. *Συνέσιος*] Ep. IV. p. 161. D. *μεθῆκεν οὖν ἐκ τῶν χειρῶν ὁ κυβερνήτης τὸ πηδάλιον.* HEMST.

12, 35. *διδάσκειν*] Inutilis appendix praecedentibus accedit, et structurae gravis, et nihil ad sententiam conferens. Supplendum reor, *ἀσκεῖν, διδ.* sive *ἀσκεῖν δὲ διδάσκειν·* vel, quod fere magis placet, ad initium huius adnotationis est transferendum, *διδάσκειν κατὰ τὴν ἐπ. πολ.* quibus explicentur, *Ἀσκεῖν τὸν υἱὸν* etc. In Fl. legas, *κατὰ ἐπιχώριον τὴν πολιτείαν·* unde suspicetur aliquis, olim ita fuisse scriptum: *Κατὰ* (per ellipsin omitti praepositionem admonere voluit) *τὸν ἐπιχώριον τρόπον· τὴν πολιτείαν τῶν Ἀθηναίων αἰνίττεται· τὸ δὲ τῆς πολιτείας ἰταμόν τε καὶ δυσκίνητον διδάσκει· docet, ostendit*, Aristophanes scilicet hoc dicto. HEMST.

12, 37. *νοῦς γὰρ ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει*] Notissimus est versus Epicharmi,

νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει· τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.

cuius passim apud scriptores fit mentio. Vide saltem Plutarch. de solert. animal. p. 961. A. et Porphyr. de Abstin. lib. III. c. 27. KUST.

νοῦς γὰρ ὁρᾷ] De hac nobilissima Epicharmi sententia vide Hier. Columna ad Enn. Fragm. p. 171. Rittershus. ad Porphyr. de V. P. p. 73. Comment. ad Clem. Alex. Strom. II. p. 442. Plura dicemus ad Luciani *B. Πρ.* in fine. HEMST. Vide Wyttenbach. ad Plutarch. vol. VI. p. 671.

12, 38. *καὶ καθάπερ . . . ποιεῖται*] Ex his congruentem sensum vix efficies, nisi legeris vel, *ὅτι* (Chremylus) *καθάπερ ὁ τ.* etc. vel *καὶ γὰρ οὗτος* (*ὁ πηρὸς τῷ νῷ*) *καθάπερ ὁ τ.* etc. Est autem Homeri locus Od. *Θ*, 195. HEMST.

P. 13, 1. *καὶ κ'*. Corrige typothetae errorem *καὶ π'*.

13, 7. *δῆλα*] Hanc vocem, quae defuit in cunctis edd. ad sensum fulciendum esse necessariam recte censuit Kusterus. HEMST.

13, 20. *Πλάτων*] Locus est ed. Francof. p. 911. D. unde *ὑμῶν* pro *ἡμῶν* reposui. HEMST.

13, 24. *ἄνω*] Quorsum pertineat, non capio: legendum est, nisi, fallor, *ἄγαν*. HEMST.

13, 26. *ἤγουν τὰ ἀκόλουθα*] Hoc scholium extat etiam in C. D'O. HEMST.

13, 33. *Αἰσχύλῳ*] *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ.* 8.

13, 38. *κληδόνα* Ald.

13, 39. *ὁ Ῥόδιος Ἀπολλώνιος*] Argon. I, 304. HEMST.

P. 14, 4. *ἐν Ὄρνισι*] v. 720. Sequentem notam eum in modum praefert C. D'O. ut supra *τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ* explicatio sit adscripta *τὴν μαντείαν τοῦ Ἀπόλλωνος*, tum reliqua *ἐπειδήπερ . . . ἐμαντεύοντο* in margine ponantur. Pro *ἐκφευκτικὸν* non deterius est Suidae *ἐφεκτικὸν* in *Ὄρνις*. HEMST.

14, 10. *ταύτην ὅρκον*] Sic ed. princeps: in Fl. *ταύτην εἰς ὅρκον*, quod a reliquis adoptatum. Ignoratio lo-

quendi formulae praeposteram emendationem peperit: *λαμβάνειν τινὰ ὅρκον*, ut *ποιεῖσθαι*, de quo H. Vales. ad Sozomen. H. E. VII. p. 307. HEMST. *εἰς* etiam in Parisino libro inventum est.

14, 19. *ὦ τᾶν*] Aldinam expressi: Fl. ceteraeque male, *ὦ φίλε*. HEMST.

14, 28. *πεσὼν*] Negligenter omissum in B. et G. cum Kustero reduximus ex A. et Fl. HEMST.

14, 30. *τὴν αἰτιατικὴν*] Postquam praeteriit Fl. secutae sunt B. et G. Kusterus restituit *αἰτιατικήν*· plenius in A. *τὴν αἰτιατ.* Hunc scholiastae locum St. Berglerus usurpavit ad Alciphr. III. Ep. 51. p. 392. cuius indicio verba Thucydidis invenies I. c. 128. Sophoclis in Ai. Flag. v. 585. HEMST.

14, 31. *ὡς Θουκυδίδης*] Confer scholiasten infra ad Ran. v. 103. KUST.

P. 15, 19. *οὐ γὰρ ἀμενηνὸς ἔα*] Minus integre: Il. *E.* 887. *Ἤ κεν ζωὸς ἀμενηνὸς ἔα χαλκοῖο τυπῇσι.* HEMST.

15, 22. *τὴν πρὸς τ. Θ. ὑ.*] Obscura scholiastae mens, et nisi quae desunt, videntur enim deesse quaedam, fidelior codex suppeditarit, forte non extricanda. Videndum tamen interea, an levi mutatione non nihil adiumenti possit adferri: *Πεφυλαγμένως ποιεῖται τὴν ὑπέρθεσιν πρὸς τοὺς θεούς, ἵνα μὴ θεῶν μιαρώτατε ὑπερτιθεὶς* etc. „caute superlativum usurpat respectu deorum, ne, si superlativum *μιαρώτατε* voci *θεῶν* adiunxisset, eos etiam quasi *μιαροὺς* traducere videretur.“ Haec nihil habent absurdi; nam Plutus deorum in numero censebatur: confirmant sequentia: *aut ideo dixit ἀνδρῶν ἀπ. μ. quia Plutus in scena sub habitu humano conspiciebatur.* Illud minus est obscurum, in huius scholiastae libro versum octogesimum et sequentes non Carioni, sed Chremylo fuisse tributos. HEMST.

15, 27. *εἰ μὲν οὕτω* etc.] Ordinem aliquantulum mutari malo: *εἰ μὲν οὕτω τ. σ. τρέψεις, καθὼς . . . . εἰώθαμεν, τὸ εἶτα* etc. vel, *εἰ μὲν οὕτω . . . . τρέψεις, ὦ μιαρώτατε . . . . εἶτα ἐσίγας, τὸ εἶτα ἀργὸν ἐρεῖς, καθὼς* etc. HEMST.

15, 35. *τὰ γὰρ ἀόριστα τῶν πρ.*] Nihil mutat, qui scholion hoc descripsit, Suidas in *Αὐτότατος*. Kusterus legendum putat *τὰ γὰρ ὁριστὰ*, quae vox haud scio an apud grammaticos sit in usu pro *τὰ ὡρισμένα*. Laborare videtur *πραγμάτων*, cuius vice si reponas *προσώπων*, sensus erit non abhorrens: pronominum enim tertiae personae qualitas est infinita, ut grammatici Latini loquuntur. Mox etiam malim, *ἢ οὖν ἡ ἀντωνυμία* etc. H. Stephanus App. de D. A. p. 87. scholiastae locum attingit, eoque modo, ut difficultatem dissimulet. Hemst.

P. 16, 1. *εἷς . . . . ζηλούντων*] His omissis cetera fere Suidas eadem habet, nisi quod *σκιπὸς* et *οὐδένα οἷ εἶα προσίεσθαι*, neminem ad se admitti sinebat: nam accedere dicatur *προσιέναι*. Hemst.

16, 12. *Εὐριπίδης*] Hecub. v. 288. Hemst.

16, 18. *μειράκιον*] Similitudo syllabae praecedentis exclusit *ὂν*, vel *ὤν*. Hemst.

16, 28. *ἐφίεται* ex Hemsterhusii editione irrepsit. Repone *ἐφίηται*.

16, 32. *ἐκ τῶν Ἡσιόδου*] *Ἔ. καὶ Ἡ.* v. 42. Quae post Hesiodi versum sequuntur, male adfecta sunt, atque a priore forte adnotatione divulsa per errorem huc transierunt. Hemst.

P. 17, 1. *δηλοῖ*] Ex Ald. et Bas. *δηλῇ* reduxerat Kusterus: ut Fl. et G. probarem, ratio grammatica postulabat. Mox legendum est, *ἀλλὰ καὶ πρὸς γενικήν· εὕρηται δὲ σπανίως·* nisi, quum scholiastes tantum scripsisset, *ἀλλὰ καὶ πρὸς γενικὴν*, ab alio deinde additum in margine credas, *εὕρηται σπανίως*. Hemst.

17, 4. *συμφωνῶ*] Recte Fl. ceterae corruptius *συμφονῶ*. Hanc solam explicationem habet Suidas, reliquis, quae inepta sunt, omissis. Hemst.

17, 15. *τοῦτον δὲ*] *τούτους Ἀ. π.* Suid. in *Πιθοῦ*. Hemst.

17, 19. *ἢ μόνον*] Scribam *καὶ μόνον*. Schaefer. *βεβαιωτικὸν τὸ οὔχ* Paris.

17, 20. ἢ πρὸς τὸ ἐπαγόμενον σύναπτε] Nihil indicat diversum ab eo, quod praecedit: ἢ πρὸς τὸ ὄπισθεν σύναπτε. Hoc alterum exemplar, alterum priora subministravit, quae imperite sunt coniuncta in Fl. Hemst. Scholii sensum parum cepit Hemst.: alioqui non dixisset conflatum ex duobus scholiis diversorum quidem verborum, sed eiusdem sententiae. τὸ ὄπισθεν est *quod antecessit*: opponitur τὸ ἐπαγόμενον, *quod sequitur*. Schaefer.

17, 24. καὶ τὸ ἀδιάφορον τῆς χρήσεως] Haec sana non videntur. Post ἀληθὲς subiici debebat, ἀτέχνως, ἄνευ τέχνης, ἀμαθῶς, ἀμελῶς, aut simile quiddam, ut commode sequeretur, ὁ γὰρ τόνος etc. Omissa fuisse descriptoris culpa iure suspiceris, eoque magis, quod Suidas habeat; licet Aristophanis loco, quod alioqui solet, non posito, aliunde sua videatur quam ex his scholiis hausisse. Τὸ ἀδιάφορον τῆς χρήσεως hic alienum est, ubi praecessit διαστέλλειν· praeciso capite integrior erit lectio, τὸ διάφορον τῆς χρήσεως· quemadmodum Etymolog. in Ἥρια· ὁ διάφορος τόνος διάφορον ποιεῖ καὶ τὴν σημασίαν. et in Πούς· ὀνόματα πρὸς διάφορον σημαινόμενον διάφορον ἔχοντα καὶ τὸν τόνον. Non satis apte conglutinata puto, quae separatim inveniebantur binis in codd. quorum in uno, ὁ γὰρ τόνος διαστέλλει τὸ σημαινόμενον, in altero fuerit, ὁ γ. τ. δ. τὴν τῆς τέχνης στέρησιν, καὶ τὸ διάφορον τῆς χρήσεως. Hemst.

17, 28. λέγῃ τι ἢ μή] Henr. Vales. in Not. Mauss. ad Harpocr. p. 251. scripsit, haec verba proferens, λέγῃ ἢ πράττῃ τι. Defendi poterat vulgata: sed malim, λέγῃ τι ἢ ποιῇ· sequitur enim ἀτεχνῶς ποιεῖς. Hemst.

17, 36. Ὁμήρῳ] Il. *A*, 292. Ut levissimum est hoc scholion, sic ineptum plane quod sequitur. Eiusmodi non pauca reperiuntur in adsumentis ed. Fl. quorum tamen bonam partem ex libris scriptis sed recentioribus esse sumtam C. D'O. ostendit. Hemst.

P. 18, 8. ἁπαξάπαντες ἐπὶ] Recte Dobraeus ad h. l. corrigit ἅπαξ ἐπὶ.

18, 9. τάττει] τάττεται melius congruit. Δύο μέρη τοῦ λόγου et ὑφ' ἓν τάττεσθαι plerumque grammaticis quasi opponuntur; velut apud Etymol. in Ἀμβωμοῖσι. Pro-

pterea duplex observatio: prima veteris grammatici, qui separatis orationis partibus scribi volebat, ἅπαξ ἅπαντες· quam in exemplari suo solam invenisse Suidam patet: altera serioris, ὑφ' ἓν ταῦτα τάττεται. HEMST.

18, 11. φησι] Ita scribendum fuit, non φασι, quod edd. habent: φησὶ, nimirum Aristophanes, quem monet grammaticus ὀφθαλμίαν, qui pravus oculorum est affectus, sive lippitudo, ut Celsus ait, posuisse pro coecitate singulari sibique propria ratione: id enim est ἰδίως, quemadmodum Antiphontem multa notant veteres ἰδίως usurpasse. Jt auribus Atheniensium teretibus et fastidiosis obsecundaret Aristophanes, in Pluti διασκευῇ, voce ὀφθαλμίας abiecta, versum talem substituit: Τῆς συμφορᾶς ταύτης σε παύσειν, ἥς ἔχεις· παύσειν inquam; nam quod editur παύσει, vitiosum est: priorem sane versum cur mutaret, causa fuerat nulla; atque adeo, οἶμαι γὰρ οἶμαι παύσειν σε, non secus atque ἀπαλλάξειν antea. De duplici vero Pluto, et scholiis ad utramque fabulae editionem diversis, quia res est paulo difficilior, nodoque non uno intricata, alibi de industria latius agemus. HEMST.

18, 14. ἤ σ' ἔχει Valckenarius apud Dobraeum p. 67.

18, 20. Post οὐδὲν typothetae culpa αὐτὸν excidit.

18, 21. τὸ δὲ μῶρα μεταξὺ] Quo iure dicatur, ego quidem nullus intelligo: qui μῶρα probaverit, an dubitet, quin copulari conveniat, τὰ τούτων μῶρα; Existimo scholiastem illum invenisse, Ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων, μῶρε, μ' εἰ Πύθοιτ' ἄν, ἐπιτρίψειε· τὰ τούτων ex eius mente, non Chremyli et Carionis, sed *res humanas*: tum recte scripserit, μῶρε, quo titulo Chremylum an Carionem honoris causa Plutus adficiebat, sententiae interponi, et, quomodo grammatici loquuntur, μεταξὺ, διὰ μέσου εἶναι, κεῖσθαι. Porro haud scio, an ab initio distinguendum sit, Ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων] Τῶν ἀνθρώπων πάντα εἰδώς. Erit forsan, qui talem lectionem ad scholiastae verba concinnet: Ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων, μῶρ' (pro μῶρε) ἐπεὶ Πύθοιτ' ἄν, ἐπιτρίψει με - - Neque interpretis Florentini mentem adsequi licebit,

nisi simili via diversae lectiones, quas ob oculos habuit positas, investigatae fuerint. Prima distinctione tantum a vulgata discrepat: *Ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μῶρ᾽, ἐμ᾽ εἰ Πύθοιτ᾽ ἂν, ἐπιτρίψει με - -* quibus istum sensum tribuit: *Iupiter, qui stulta novit ipsorum dicta, me si resciverit (recuperasse visum) male me perdet.* ἔπη, ut supervacanea vox et sensum turbans, Kustero videtur delenda: mihi nequaquam; nam scholiastes *μῶρα* suppleri voluit ἔπη, quod recte Bisetus animadvertit: haud secus atque ad Sophocl. Ai. Flag. v. 662. - - *ὃς τὰ δείν᾽ ἑκατέρουν τότε*, vetus interpres observat: *Γράφεται, ἐπηπείλησ᾽ ἔπη· ἢ λείπει τὸ ἔπη, ἵν᾽ ᾖ, ὅστις τὰ δεινὰ ἔπη ἑκατέρουν λέγειν τότε.* Altera lectio, me iudice, talis erat: *Ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μῶρ᾽ ἔπη (Πύθοιτ᾽ ἂν) ἐπιτρίψει με - -* id est, *Iupiter utique, cognitis horum stultis dictis (resciverit certe, neque eorum, quae conantur, quicquam ipsum fugerit) pessime me mulcabit.* Utrobique dedi *ἐπιτρίψει με*, cuius vestigia sunt in Arundel. cod. quia schol. *ἐπιτρίψεταί με·* alioquin priore loco legi posset — *ἐμ᾽ εἰ Πύθοιτ᾽ ἂν ἐπιτρίψειε* — Tot variationibus ansam impedita verborum structura dedit, nec, quid ab Aristophane fuerit profectum, constituere pronum est. Versum quomodo refinxerit in secunda Pluti editione, non expressit antiquus interpres; nisi, quod hoc ignoremus, librariorum potius negligentiae sit imputandum. Hemst.

18, 27. *τόστος*] Addidi necessariam vocem ex Suida in *Περινοστεῖν*, qui brevior omittit *μετάβασις καὶ πορεία.* Sequens scholion est Codicis D'O. Moschopul. *Ἐκλ. Ἀ. Ὁ. Περινοστῶ τὸ πολλάκις περὶ τὸν αὐτὸν τόπον ἐπαναστρέφω· Ἀριστοφάνης, Ὅστις σε* etc. Hemst.

P. 19, 4. *ὁ ὄῤῥος πρῶτον ἰδροῦν*] Sic recte Suidas v. *ὀῤῥωδεῖ* (qui hunc scholiastae locum descripsit) itemque edit. Aldina. At reliquae editiones, ut Basil. et Genevens., minus recte, *ὁ ὄῤῥος ἤτοι ὁ πρωκτὸς ἰδροῦν.* Editio Florentina peius, *ὁ ὄῤῥος ἤτοι ὁ πρωκτὸς*, omissa voce *ἰδροῦν.* Kust.

ὁ ὄῤῥος πρῶτον ἰδροῦν] Fl. *ὁ ὄρος ἤτοι ὁ πρωκτός.* B. et G. *ὄρος ἤτοι ὁ πρωκτὸς ἰδροῦν.* A. scripturam cum Kustero repraesentavi: congruit Suidas, nisi quod ibi sit *πρῶ-*

τος. Hemst. Recepi lectionem codicis Taurinensis CXLV., cuius notitiam debemus Peyrono in annotationibus ad Etymol. M. p. 991.

19, 9. ἐξ οὗ υἱοῦ γὰρ τῶν ζώων codex Parisinus.

19, 13. δηλοῖ] Recte Portus, quum in prioribus invenisset contra legem grammaticam δηλῇ, quod revocare non debuerat Kusterus. Accedit Suidas in Ἀληθες. Hemst. Conf. ad p. 17, 1.

19, 33. τῶν θεῶν] Fl. τὸν θεόν· quod retinuissem, ut satis commodum, nisi v. 130. favere videretur ceterarum edd. lectioni. Hemst.

P. 20, 6. Insere scholion ad v. 139. ὅπως; οὐκ ἔσθ' ὅπως) τὸ πρῶτον ὅπως εἰ μὲν καθ' ὑπεστιγμὴν νοεῖς, ἀντὶ τοῦ πῶς νοήσεις· εἰ δὲ κατὰ ἀπόφασιν ἀντὶ τοῦ ὅτι. — νοεῖς] Habet hoc scholion C. D'O. praeterquam quod hic ἐρεῖς, et νοεῖται pro νοήσεις. Hemst.

20, 13. Φάλαρις] Ep. v. sed paulo integrius: Εἰ καταλῦσαί με τὸν πρὸς ὑμᾶς ὀρέγεσθε πόλεμον. Hemst.

20, 23. οὗτοι που] Ran. v. 525. Sequentia huius sunt fabulae, prius v. 399. alterum v. 177. Hemst.

20, 31. οὐ καινόν] Etsi non improbem, malo tamen, οὐκ ἄκαιρον. Hemst.

P. 21, 1—4. Haec in codice Parisino versui 128. adscripta ita leguntur: ἰστέον ὅτι ἔγωγε ἀντωνυμία διαφέρει τοῦ ἐγώ. τὴν μὲν ἔγωγε ἐπὶ ἀρχῆς μόνον τίθεσθαι, καί ἐστιν ἀττικόν· τὴν δὲ ἐγὼ ἐπὶ ἀρχῆς μεταξύ, καί ἐστι κοινόν.

21, 4. διστακτικὸν] Ita reposui, praeeunte Kustero, pro διαστατικὸν edd. A. Fl. et Amst. cuius vice διστατικὸν dederant Gelen. et Portus, quam eius vocabuli formam usus adspernatur. Apollon. de Synt. III. p. 261. ὑποτακτικὴν ἐγκλισιν ab aliis appellari διστακτικὴν tradit: διστακτικῶς Ammon. in Βούλει. Hemst.

21, 7. Λιβάνιος] Ep. III. p. 6. Centuriae Wolfianae. [Haec in vulgatis postmodum Epistolis Libanii reperitur MXLIV. Plures a Wolfio codices notantur, in quibus

sit Ἰούλιος. *Ex Addendis.*] Ibi pro Ἰούλιος est Ἰουλιανὸς, pro γράμματα γράμμα· illud melius, hoc contra. HEMST.

21, 13. *Μυρρίνη, Σκιώνη*] Priores edd. habuerunt *Μυρρίνη, Σικυώνη*. Vera nomina nos restituisse fatebitur, qui paulo familiarius cum meretriculis antiquae Graeciae consueverit: res est manifesta ex solo Athenaei libro tertio et decimo. Harum quaedam non Corinthi tantum, verum saepius Athenis vixerunt: sed conductae scilicet loca non raro mutabant. In C. D'O. notatur: Ἡ Λαΐς πρώτη ἑταιρὶς ἐν Κορίνθῳ· πρώτη est ἐπίσημος, praecipua, ut πρῶτοι τεχνῖται, πρῶτον ἔλαιον etc. Strabonis locus est p. 581. A. ex quo si depromta sunt quae scholiastes commemorat, facile suspiceris non nihil apud Strabonem intercidisse. Vid. Zenob. C. v. n. 37. et Schott. HEMST.

21, 21. *Φωκίων*] Gellius eandem historiam referens I. c. 8. Sotionem vocat, *ex Peripatetica disciplina haud sane ignobilem virum.* Quanquam nonnullas editiones secutus Th. Reinesius V. L. II. p. 127. *Phocionem Peripateticum, de quo Gellius*, scribat, vir tamen harum rerum peritissimus I. Ionsius de Scr. H. Ph. II, 10. p. 166. Sotionem praetulit, non celebrem illum intelligens, cuius libri περὶ τῆς διαδοχῆς τῶν φιλοσόφων laudantur, sed alium Apollonii Peripatetici fratrem, quem Plutarchus commemorat περὶ φιλαδ. p. 487. D. Ego nihil adhuc decerno; ut qui aeque ignorem Phocionem Peripateticum, et Sotionis cuiuscumque Κέρας Ἀμαλθείας. Adde I. A. Fabricii Catalogum Peripateticorum B. G. III. c. II. HEMST.

21, 24. ἐν τοῖς ἑξῆς] Paulo inferius ad v. 179. HEMST.

21, 34. ὁρῶσι] Intellige, quasi scriptum esset προσορῶσι· repetendum a praecedenti verbo πρὸς, de quo genere notavit H. Vales. in Not. Maussac. ad Harpocr. p. 235. HEMST.

P. 22, 4. ἄσχημον] Edd. ἄσημον· eandem emendationem observaverat in exemplaris sui margine Kusterus; ideoque minus reponere dubitavi. HEMST.

22, 8. Codex ὅτι οὖσαν. Correxit Hemsterhusius.

22, 12. Aliam differentiam τοῦ αἰτῶ et αἰτοῦμαι tradit Ammonius v. αἰτῶ, quem vide. Küst.

22, 24. Θεσμοφοριαζούσαις] A. et Fl. Θεσμοφόροις. Gelenio, qui Basileensi praefuit, mutanti obtemperarunt Portus et Kusterus. Si bene cessit, istos versus (binorum mihi iamborum vestigia videor agnoscere) ex Thesmophoriazusis secundis esse sumtos oportet; nam in ea, quam habemus, fabula nihil extat simile: H. Stephanus tamen Ind. Thes. in *Περιπέττειν*, re non examinata, quasi noti dramatis particulam bona fide proponit, explicatque posteriora, *Comis appositititiis suorum crinium turpitudinem velant, seu, Coma appositititia sibi lenocinantur.* Fateor aquam mihi haerere: neque enim versus commode satis expedio, nec sane, quorsum spectent, exploratum habeo: nisi quod suspicer tantum, in prima Pluti editione quoddam aliud vice ὀνόματος fuisse vocabulum, cui haec adnotatio, ad primum Plutum pertinens, apte responderit. Videndum interim, an collocatione variata, quod remedium ad extricandam scholiorum difficultatem saepe conducit, nonnihil promoveatur: *Περιπέττουσι*] Ἀντὶ τοῦ περικαλύπτουσι τὴν ἀσέλγειαν. Τὸ δὲ περιπέττειν ἤτοι ἀπὸ τοῦ περιπετάσματος εἴρηται διὰ τὸ τῷ προσθέτῳ κοσμεῖσθαι . . . . προσθέτοις· ἢ ἀπὸ τῶν ζύμη etc. Illa certe μοχθηρίαν δὲ . . . τοῦ ἀργυρίου diversi sunt scholiastae ab isto, qui μοχθηρίαν interpretabatur ἀσέλγειαν, dissentientis: vide Suidam in Μοχθηρία. Scripsi vero περιπετάσματος auctore Eustathio ad Il. Θ. p. 722. v. 32. τὸ καταπέτασμα, ὅπερ ὁ Κωμικὸς παραπέτασμα (Ran. v. 969.) λέγει, δυτάμενον, ὡς εἰκός, ῥηθῆναι καὶ περιπέτασμα, ὡς δῆλοῦ ὁ ἐξηγησάμενος παρ' αὐτῷ τὸ, Ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν. Hemst. Thesmophoriazusarum versus exhibui ex emendatione Porsoni ab Dobraeo memorata.

P. 23, 1. δοκεῖ οὖν etc.] Suid. in *Περιπέττειν* posito Aristophanis versu adiungit: τουτέστιν, εἰώθασι τῷ τοῦ ἵππου ὀνόματι καταχρῆσθαι εἰς μοχθηρίαν· ceteris omnino praetermissis, seu quod in suo libro non reperiret, sive deterritus difficultate loci. Haec autem ipsa sunt obscura, et certe declarant periisse quae-

dam, unde eorum intellectus pependerit. An respicitur ad ἱππόπορνος; Hemst.

23, 9. σοφίσματα] *Inventa:* sed aptius scribi potuerat ἐπιτηδεύματα. Hoc scholion in A. mutilum, ex qua tamen adieci in fine πάντα· pro μηχάνομαι edd. Fl. et B. recte P. et K. μηχανῶμαι. Hemst.

23, 21. λέγω] Ita reposui pro λέγε priorum edd. retulit, inquam, εὑρημένα ad neutrum proximum σοφίσματα. Hemst.

23, 32. ὑφαιρεῖσθαι corrigit Bastius.

23, 34. De scholiis ad versum 166. vide Dobraeum p. 74. 75.

23, 38. Ὅμηρος] Il. Λ, 638. Haec eadem totidem fere verbis leguntur apud Harpocrat. in Γναφεὺς, et Suid. in Κνάφος, Κναφεὺς, quorum ope non arduum fuit paucas scholiastae mendas expurgare: ex alio fonte sua derivavit Etymolog. p. 521. In fine pro γάνος Suidas γανὸν adiective: quod satis placet; sed alterum est frequentioris usus. Γνάπτειν autem oriri a γάνος, non intercedo, quin pro futili grammaticorum nugacium commento explodatur. De commutatione τῶν γ et κ in hisce vocibus egi ad Lucian. Δ. Φων. p. 86. Hemst.

P. 24, 2. Ante Hemsterhusium legebatur τυρὸν καὶ κνήστη. Apud Homerum κνήστι.

24, 14. Vide Dobraei annotationem p. 75. 76.

24, 17. Scholion Taurinense petivi ex Peyroni annotatione ad Etymol. M. p. 923.

24, 24. Legendum arbitror, παρατίλλεσθαι, ἐὰν μὴ δοὺς ἀργύριον ποινὴν λυθῇ. Valckenar. ad Euripidis Hippolyt. 415. p. 209. B.

24, 25. ποινὴν] Ita refinxi, quod in cunctis edd. erat ποινῆς, servatum a Sam. Petito ad LL. AA. p. 464. ubi scholiastae locum proposuit. Exc. ex Nicol. Damasc. p. 437. δώσει Παρσώνδῃ ποινὴν ὧν ἔδρασεν ἑκατὸν τάλαντα ἀργυρίου. Sequentia Suidas habet

in *Παρατίλλεται*, voculis solum aliquot, non sensu diversa. HEMST. *διασείεται*] Sic non solum habent editt. omnes, sed etiam Suidas v. *παρατίλλεται*, qui locum hunc descripsit. At nihilominus lectionem istam suspectam habeo, putoque potius scribendum esse *διακαίεται*. Nam adulteris non solum pili evellebantur, sed etiam cinis calidus in nates inspergebatur, ut eo urerentur. Vide schol. infra ad Nub. v. 1079. KUST.

24, 29. Legebatur *φυγήν*. Correctum ab Porto.

P. 25, 6. *φιλονεικίᾳ*] *φιλοδικίᾳ* Suid. in *Ἐκκλησίαν*· praeferendum videtur. Vacillat tamen oratio Graeca: talem in modum fuerat scribendum: *διαβάλλει δὲ ἐπὶ φιλονεικίᾳ*, vel, *φιλοδικίᾳ τοὺς Ἀθηναίους καὶ τὸ τριώβολον αὐτῶν*· mirum ni sententia quibusdam amissis facta fuerit obscurior. *Τριώβολον ἐκκλησιαστικὸν* et *δικαστικὸν*, de quo utroque tractandum erit ad v. 329. HEMST. Vide Schoemannum de comitiis Athen. p. 70.

25, 19. *ὡς τῶν Ἀθηναίων* etc.] Ex adnotatione tota nihil aliud quam haec priora usque *διεπράττοντο* Suidas in Lexicon retulit, forma tantum orationis mutata. HEMST.

25, 25. *ἐκ τοῦ ἐν δευτέρῳ*] Subintellige *Πλούτῳ*. Notandus est autem hic locus, quippe in quo notatur tempus Pluti prioris et posterioris, itemque tempus belli Corinthiaci. Sed hac de re videndus est Sam. Petit. lib. I. Miscell. cap. XI. cuius verba argumento in Plutum subiecimus. KUST.

25, 25. *φέρεσθαι. ὃ ἔσχατος* edd. ante Portum.

25, 27. *μετήνεγκται* edd. ante Kusterum. Scribe *μετενήνεκται*.

25, 28. *τοῦ Ἀντιπάτρου*] Confer anonymum in argumento Pluti et quae notavimus in primo notarum harum limine. KUST. Vid. Commentar. p. 1.

25, 29. *ἐφ' οὗ*] Vitium priscarum edd. *ὑφ' οὗ* bene correxit Kusterus, neque aliter S. Petitus Misc. I,

c. ii. Auctor huius scholii primum Plutum prae manibus habebat, proxime sequentis secundum. HEMST.

25, 32. *ἐκρότησαν*] Verum est Is. Casaubonum in Athen. iv. p. 182. A. *κεκρότηται συμπόσια* pro *συγκεκρότηται* poni voluisse: quod ut non concedo, sic *κροτεῖν πόλεμον* pro *συγκροτεῖν* usurpari omnino non memini. Idcirco reponendum videtur *συνεκρότησαν*. HEMST.

P. 26, 4. *διπλῶς ᾄδεται* etc.] Hoc scholium, quod prorsus omissum non desideraremus, ostendit etiam margo C. D'O. sine ulla variatione. HEMST.

26, 14. *οἱονεὶ πολιτευόμενος*] Eiici debebant, ut quae fuerint ad explicandam vocem *δημαγωγὸς* studiosi lectoris manu adiecta. Mox licere mihi sum arbitratus, ut in Platonis comici verbis pro *συκοφάντην* reponerem *συκοφαντεῖν*. Suid. *Πάμφιλος, δημαγωγὸς Ἀθήνησι. καὶ ἔκλεπτε τὰ τοῦ δήμου, καὶ φωραθεὶς ἐπ' αὐτοφώρῳ κατελύθη, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης*. HEMST.

26, 18. De hoc loco Meierus in libro de bonis damnatorum p. 107. coniecturam protulit hanc, ut scriberetur, *χρημάτων, ἐξέπεσε δημευθείσης οὐσίας, ἀθρόως ταύτην τὴν δίκην π.*

26, 31. *Ἀργύριος δὲ* Aldina.

26, 33. *ἀργύριον* Aldina.

26, 35. Scribendum *ἐκορδάκιζε*. SCHAEFER. In libro Poggiano, qui idem scholion habet, scriptum est, *ὅθεν πορίζεσθαι βίον ἐκορδάκιζε καὶ ἔπερδε — ἵνα λάβῃ —*.

26, 38. *οὗτος πένης*] A. *ἀντὶ τοῦ οὗτος* etc. in Fl. deletum est *ἀντὶ τοῦ*· melius fuerat transferri ad proxima: *πέρδεται δὲ ἀντὶ τοῦ, στρηνιᾷ πλουτῶν*. HEMST. Mire fallitur Hemsterhusius. Nam neque in Aldina neque in ulla alia editione illa *ἀντὶ τοῦ* comparent.

P. 27, 9. 10. Vide Dobraeum p. 77. 78.

27, 19. *τοῖς Ἀθ. ἓλ. συμμάχους*] His caret ed.

princeps. Florentina, quam reliquae sequuntur, non incommode supplevit: Fracini tamen ingenio deberi, non membranis veteribus, existimo. Sunt quaedam in his non unius enarratoris, neque ad eandem editionem Pluti scholiis et corrupta et loco mota, quibus auxilium alibi ferre opportunum erit. De Inaro invabit adire doctiss. interpretes Thucydid. p. 67. n. 83. de Megabazo p. 70. n. 99. Hemst. Ad Thucydidem I. 104. et 109. Ceterum quod scriptum in hoc scholio aliquoties est *Ψαμμίτιχος*, ei praestat *Ψαμμήτιχος*, de quo dictum ab Thucydidis interprete.

27, 20. *πρὸς τὴν* codex Parisinus.

27, 21. *ἀναπλώσαντες — τοῖς ἕλλησι* idem liber.

27, 22. *ἕλεσι*] Omnes edd. *Ἕλλησι*· turpis macula non hoc solo in loco viros eruditos fefellit. Certissimam emendationem restituere non dubitavi; eoque magis, quod calculum tulit collegae et amici nostri P. Wesselingii ad Hierocl. *Συνέκδ.* p. 726. Aegyptus olim sub primo rege Mena *πλὴν τοῦ Θηβαϊκοῦ νόμου πᾶσα ἕλος*· Herodot. II, 4. postquam fluvii beneficio limum agentis nata fuit atque aggesta, totum Delta paludibus adfluxit; praesertim singulis annis exundante Nilo, quem merito paludosum vocat Statius. Hinc non tantum crebro memorantur *τὰ τοῦ Νείλου ἕλη*, vel *τὰ ἕλη τὰ περὶ τὸν Νεῖλον* Themist. Or. X. p. 140. A. sed etiam *τὰ κατ' Αἴγυπτον ἕλη* Hesych. in *Σάριν*· *τὰ Αἰγυπτιακὰ ἕλη καὶ λίμναι* Strab. XVII. p. 1151. A. inter Tanicum et Pelusiacum ostia *λίμναι καὶ ἕλη μεγάλα καὶ συνεχῆ* p. 1154. D. e Pelusio progredientibus *εἶναι διώρυγα τὴν πληροῦσαν τὰς κατὰ τὰ ἕλη καλουμένας λίμνας* ex Artemidoro p. 1156. nam *τὰ ἕλη τὰ περὶ τὸ Ηηλούσιον*, quorum meminit I. p. 87. A. non alia sunt, quam quae proprie *Βάραθρα* dicebantur, et *τὰ τῆς Σεβωνίδος ἕλη* Plutarcho in Anton. p. 917. A. *Τὰ ἐν τῷ ποταμῷ καὶ τοῖς ἕλεσιν* Theophr. Hist. Pl. IV. c. 3. et de Caus. Pl. VI. c. 16. *καθάπερ ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ καλάμου τοῦ ἐν τοῖς ἕλεσιν*. Verum praeterea *τὸ Ἕλος* Aegypti inferioris pars hoc proprio designata nomine, Bolbitino et Sebennytico ostiis inclu-

sa; quemadmodum schol. Aeschyli ad Pers. v. 39. ἑλειοβάτας exponit τὸ Αἰγύπτιον ἔλος οἰκοῦντας· eoque pacto capiendum arbitror in Euseb. ad Hesaiam p. 431. C. saepius τὰ Ἕλη apud Herodot. II. c. 92. 137. 140. 151. 152. Theophrast. Hist. Pl. IV. c. II. νῆσοι πλοάδες, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ περὶ τὰ Ἕλη. Thucydides autem, cui consentit in hac ipsa captorum a Megabazo caesorumque Atheniensium historia noster scholiastes, alios auctores secuto Diodoro XI. p. 282. B. meminit Ἀμυρταίου τοῦ ἐν τοῖς Ἕλεσι βασιλέως. Contingere tamen non raro fateor, ut dubium videatur, haec regio insularis, an paludes Aegypti universe sint intelligendae. Eadem haberi debeant τὰ Βουκόλια, nec ne, alibi disquiretur. HEMST.

27, 30. ἐπὶ Χαβρίου] Vide Sam. Petit. Miscell. lib. I. cap. XI. KUST. Inter Chabriam et Dioclem archontes anni intersunt quinque: quod ergo sequitur, ἔστι δὲ ἕως Διοκλέους ἔτη ιδ, eorum initium est a Laïde nata ducendum. Simul apparet, haec eum in modum esse scripta, ut, quin priorem Plutum in manibus haberet, enarrator iste non dubitarit. Pro ἐπαίρειν potius duco ἐπαινεῖν. HEMST.

27, 31. 32. ἔστι δὲ cet.] Vide Dobraeum p. 79.

27, 32. Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ] Locus corruptissimus: dolendum enimvero, egregias antiquissimorum interpretum reliquias tot maculis inquinari. Platonis in Phaedro, quod ad Laïdem pertineat, omnino nihil invenies: quare Platonem Comicum esse intelligendum minime ambigo: latet igitur fabulae titulus in Φαίδρῳ. Duplex emendandi via, vel ἐν Ἀμφιαράῳ, quod ex proximo peti potest; nam Platonis Amphiaraum laudat schol. ad v. 174. vel, quod magis adlubescit, ἐν τῷ Παιδαρίῳ· hoc etiam Platonis drama scholia memorant ad Ran. v. 310. Pac. 733. 948. Porro legendum διδαχθέντι ἐπὶ Φιλοκλέους· nam decimo et septimo post Dioclem anno summum Athenis magistratum tenuit Philocles: unde fabulae commissae tempus eadem opera patescit. Post οὔσης excidisse ipsa comici verba, non difficulter animadvertitur. HEMST.

27, 36. *τὸν ἐν τοῖς Ἀριστοφανείοις ἐγγεγραμμένον δράμασι*] Scribendum, puto, *τόν τισιν Ἀριστοφανείοις ἐπιγεγραμμένον δράμασιν*, ut sensus sit, nomen Philonidis fabulis quibusdam Aristophanis inscriptum fuisse; sive nomen Philonidis pro Aristophanis in commissione fabularum quarundam ab iudicibus comicorum, volente procul dubio et probante Aristophane, in catalogo victorum scriptum fuisse. Iuvat hanc interpretationem quod legitur in argumento Ranarum, *Φιλωνίδης ἐπεγράφη καὶ ἐνίκα.* Id est, *Philonidis nomen* (fabulae Ranarum) *inscriptum fuit; qui et vicit.* Et apud schol. ad Vesp. v. 1013. *οὐκ ἐκ τοῦ φανεροῦ, φησὶν, ἐπικουρεῖ ὁ ποιητὴς (Ἀριστοφάνης) τοῖς θεαταῖς, ἀλλὰ δι' ἑτέρων ποιητῶν λάθρα, ἐπειδὴ διὰ Φιλωνίδου καὶ Καλλιστράτου καθίει τινὰ τῶν δραμάτων.* Confer nos etiam ad Equit. v. 510. Videntur nimirum olim comici vel ad declinandam invidiam vel ob alias quasdam causas alterius nomine interdum fabulas in theatra commisisse. Uti autem hoc loco Philonides *ἐπιγεγραμμένος* dicitur *τοῖς Ἀριστοφανείοις δράμασι*, ita scholiastes infra ad Ran. v. 78. de Iophonte filio Sophoclis scribit, eum comicorum iocis exagitatum fuisse *ἐπὶ τῷ ταῖς τοῦ πατρὸς κωμῳδίαις ἐπιγράφεσθαι, quod paternis fabulis suum inscriberet nomen, sive quod paternas fabulas suo nomine ederet.* Ut proinde apud veteres non fuerit infrequens alienis fabulis suum nomen praefigere. Kust. Lege, *Φιλωνίδην δὲ οὐ τὸν ὑποκριτήν φησι, τὸν τοῖς Ἀ. ἐπιγεγραμμένον δράμασιν.* Dobraeus p. 79.

27, 37. *ἐν τῇ*] Si quis defendat, non magno opere pugnabo: venerat tamen in mentem *οἴονται.* In explicando eorum, quae praecedunt, sensu ut ingenium Kusteri probo, sic nihil esse video causae, cur receptam lectionem sollicitemus. Hemst.

27, 40. *Νικοχάρης*] Ad. v. 303. *Νικόχαρις*, et apud Etymol. p. 550. v. 14. *Νικόχαρις Λημνίᾳ· - - - ἐπλέομεν, ὦ κόρη, Ἐπὶ κῶς - - -* sive *πλέομεν·* ex quibus argumentum fabulae colligitur: *Navigamus*, inquit Iason, *o virgo Hypsipyle, ad petendum vellus aureum.* Sed *Νικοχάρης* verius est: vide Poll. x, 93.

et Iungermann. I. Meursius in Bibl. Att. non inepte scripserat ab initio versus *Ἤδη τ' ἀπαιδευτότερος* pro vulgato *ἠδέ τ' ἀπ.* ego Bentleium audire malui. Hemst. Bentleius *ἢ δῆτ' ἀπαιδ.* Liber Ravennas p. 49, 20. *τί δῆτ' ἀπαιδ.*

P. 28, 3. *Φιλύλλιος*] *Φύλλιος* edd. cunctae: iamdudum occupaverant emendationem certam Iungermann. ad Poll. x, 93. n. 76. et Ioh. Meurs. Bibl. Att. In Comici verbis *ἤτις* A. Fl. K. *ἥτις* B. et G. Hoc mihi probum videbatur ea conditione, ut versus in formam interrogandi transiret: *Aut quae camelus peperit Philonidem?* peius aliquanto Meursius, *An camelus aliquis* etc. Mox pro *Λαΐῳ* scribebatur in edd. *Λαΐ.* Ego duumvirum magnorum, Casauboni Bentleiique, consensum non minoris aestimavi, quam veteris alicuius membranae auctoritatem. In Platonis loco pro *ἀνόητον* ingeniosissime Bentleius *ὄνος τὸν·* unam insuper literam mutare si detur, obtinebimus, opinor, veram lectionem, *ὄνον τὸν Μελιτέα·* atque eum in modum refingere non dubitavi. Hoc scilicet mirandum erat, Philonidae matrem, quae illum asinum aerumnoso partu edidisset, nihil fuisse mali passam, nec penitus diruptam. Tum *ὁ Μελιτεὺς* Bentleio debetur pro eo, quod edd. praetulerunt, *ὁ μελίτου.* Meursius, in hoc vitiorum genere naris non sagacissimae, cum Gerardo, Meliti filius. Neque tamen abhorreret *ὗὸς Μελίτης*, quod Aristophanis est in Ran. v. 507. Hemst.

28, 4. Signum interrogandi, quod post *Φιλωνίδην* ex Hemsterhusii editione remansit, muta cum puncto.

28, 5. *Πλάτων δὲ Λαΐ*] Casaub. ad Athen. lib. II. cap. xxvii. emendat *Πλάτων Λαΐῳ.* Sane Laius fabula Platonis memoratur ab Athenaeo Dipnosoph. lib. II. cap. xxvii. Kust. Vide Meinekii Curas crit. p. 13.

28, 13. *ἐπαγομένης*] Ed. Ald. *ὑπαγομένης*, quod magis placet. Kust. *ὑπαγομένης*] Hoc in A. sola. Fracinus in Fl. quam ceterae sequuntur, unius literae mutationem intulit *ἐπαγομένης·* quod si veterum libro-

rum fide factum constaret, amplecteremur forte: est enim ἐπάγεσθαι aliquando *adlicere, blanditiis ad se perducere,* meretrici verbum utique conveniens; a qua potestate illa itidem dicuntur ἐπαγωγὰ, quae vim pellacem, magnumque lenocinium habent. Verum cur ab editionis castigatissimae, qualem merito Gelenius praedicat, vestigiis abeamus, nihil est causae: nam in ὑπάγεσθαι residet diversa quidem parumper, sed adfinis tamen significandi virtus, *dolis aliquem capere, deceptumque suae potestatis facere:* quod a Laïdis insidiis, quas non tam Philonidae, quam divitiis eius struebat, minime abhorret. Iamblich. in Protr. ex Platone: ἐνεδρεύει καὶ θηρεύεται τὴν δόξαν ἐπὶ ἀπάτῃ, καὶ ἃ ποιεῖται, ταῦτα καλλωπίζεται ὑπαγόμενος τοὺς ἀνθρώπους· commode scholiastes ad Equ. v. 269. ὑπέρχεται exponit, ὑπάγεται τὸν δῆμον ὑποτρέχων, καὶ κολακεύει· eleganter Ion apud Athen. XIII. p. 604. D. ὡς εὖ ὑπηγάγετο τὸν παῖδα, *se bene callido commento decepisse puerum.* Haec pro veteri lectione firmanda sunt satis. Praeterea distinctionem cunctis in edd. post *Λαΐδος* interiectam, quae sensum alienum efficiebat, tollere consultum duxi, ut aptior oriretur sequentibusque congruens hunc in modum: *videatur autem amore fuisse captus Laïdis istius,* de qua paulo ante dixi, Siculae, *blandas insidias admoventis: neque enim eum amaverit illa Lais, cui Diogenes* (Cratetem alii auctorem dicti ferunt) *adscripsit erectum Graecorum intemperantiae tropaeum.* Opportunum utique erat admonere, ne quis imprudens in eundem, qui sane multos fefellerat, errorem incideret, de duabus eodem nomine meretricibus, una Sicula, quae Hyccaris orta Corinthum fuerat venumdata, altera vere Corinthia. Menagius haec proferens ad Diogen. L. VI, 60. minus adtente consideravit. HEMST.

28, 15. *Φιλ.* δὲ πλούσιος ἐν *K.*] Typothetae culpa desiderantur in B. et G. δὲ πλούσιος· melius cecidisset, si solum δὲ foret omissum: hic enim adnotationis novae, quae ab alio, quam superior, auctore fuerit profecta, initium est statuendum, ut ex eo intelligere facile licet, quod Philonides huic enarratori

non ille Melitensis Athenis, sed Corinthius habeatur divitiis potens: de Laide non minus cum altero dissentit, hac tantum parte concordans, quod eam amorem simulasse perinde tradat. HEMST.

28, 17. *Τιμάνδρας*] Omnes edd. *Ἐπιμάνδρας*· quod nomen ubi constiterit esse Graecum, quin in pristinam sedem remigret, non intercedam. Interea secutus sum Plutarch. in Alcib. p. 213. D. et Athen. XII. p. 535. C *τήν τε Λαΐδος τῆς Κορινθίας μητέρα Τιμάνδραν*· non quidem me fugit aliud eius referri nomen lib. XIII. p. 574. F. *Δαμασάνδραν τῆς Λαΐδος τῆς νεωτέρας μητέρα*· sed illud quin ex comoedia, ubi Timandra, quae Alcibiadem, tantum virum, amore domuerit, a comicorum aliquo risus gratia Damasandra fuerit appellata, sit depromtum minime dubito: neque repertum iri credo, qui mihi neget, ad eandem, quae scripsit Demetr. *περὶ Ἑρμ.* §. 226. *ὁ τῆς Τιμάνδρας κατηγορῶν, ὡς πεπορνευκυίας*, pertinere: unde licet appareat, auctorem huius actionis Timandrae intentatae haberi incertum et neutiquam reprehensionis immunem, Hyperidi tamen adtributam fuisse nonnullorum iudicio, Suidas ostenderit in *Παιδάριον*, siquidem ibi legendum est, *Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Τιμάνδραν*, non, quod edd. obsidet, *Τίμανδρον*. HEMST.

28, 18. *ἐξ Ὑκκάρων*] Sic recte emendavit Bisetus, cum ante male legeretur *Ἑκκαρῶν* vel *ἐξ Ἰκκαρῶν*. Confer quae notavimus supra ad schol. 5, 20. KUST. *ἐξ Ὑκκάρων*] Quum legeretur in A. et Fl. *ἑκκαρῶν*, optime primus Gelenius in B. reposuit *ἐξ Ὑκκαρῶν*· (nam quis *ἰκκαρῶν* esse peccatum librarii formas literarum digerentis non videt?) quod merito deinceps a reliquis editoribus fuit receptum: vide notas ad p. 5, 20. et Ortelii Thes. in Hyccara. HEMST. Vide Wassium ad Thucyd. VI. 62. et Goellerum ad Philistum p. 151.

28, 22. *λέγουσι δὲ* etc.] Ordo orationis vetat, ne quis haec de alia dici existimet quam Timandra. Iam pone, Timandram A. 1. Ol. XCIV. quo mortem oppetiit Alcibiades, annos fuisse natam admodum vi-

ginti: quanquam ne hoc quidem ipsum difficultate caret, eam, quae a Dionysio (is autem tyrannidem invasit A. 4 Ol. XCIII.) Philoxeno dono data Corinthum pervenit, iam ante cum Alcibiade familiariter consuevisse. Verum ista res in quamcunque partem accipiatur, nunc mea nihil refert: illud volebam, inter mortem Alcibiadis, atque Alexandri in Asiam expeditionem, quae incidit in A. 3. Ol. CXI. annos intervenisse LXX. Habebimus igitur Timandram puellam nonagenariam, certe dignam, quae id aetatis iuveni regum maximo grata comes adhaereret. Quid ergo? ut aliqua saltem parte scrupulus eximatur, tentandum est, an inverso duarum periodorum ordine succurri possit: *περιβόητος ἦν ἑταιρίς. Ἡ δὲ Λαὶς ἐπισημοτέρα γέγονε τῆς μητρὸς ἐν Κορίνθῳ· λέγουσι δὲ, ὅτι ἅμα Ἀλεξάνδρῳ ἀπεδήμησεν εἰς Πέρσας ἐκ Κορίνθου· ὕστερον δὲ καὶ αὐθις ἀπεδήμησεν* etc. non quod de ipsa Laïde nihil impeditum restare putem; etenim haec quoque nimium vetula, quam ut Alexandro placere potuisse credatur: sed quod persuasum mihi sit, in errore versari vel sponte sua lapsum enarratorem nostrum, vel pravo duci temere obsecutum, qui pro Thaïde literae similitudine deceptus Laïdem supposuerit. Equidem in comitatu Alexandri neque Timandram, nec Laïdem usquam inveni: at certos testes citare licet Clitarchum apud Athen. XIII. p. 576. E. et Plutarch. in Alex. p. 687. A. qui non adfuisse tantum in Perside Thaïdem, sed eius etiam temulenta protervia factum doceant, ut subiectis facibus regia Persarum conflagrarit: tametsi de toto hoc negotio quid senserit, dum tacet Arrianus, satis clamat. Istius peccati a scholiasta commissi nulla suspicio Perizonium tetigit ad Aeliani V. H. X, 2. qui, quamvis Palmerii vestigiis insistens ad Pausan. Corinth. p. 368. in Laïde multo sudore defatigetur, parum tamen promovit. Videbimus alias, operaene sit pretium, famosissimarum Graeciae meretricum, quae sub uno Laïdis nomine celantur, historiam illustrare, numerum finire, exploratisque temporum notis distinguere. Scholiastae vero nostri meminerunt tum uterque, quos modo nominavi, tum inprimis Henr. Vales. in Not. Maussac. ad Harpocr. p. 310. HEMST.

28, 25. *Εὐρυλόχου τινὸς*] Hemsterhusii annotationem ex eius schedis edidit Dobraeus p. 79. Add. Meinek. Commentatt. miscell. I. p. 56.

28, 29. *ξυλίναις χελώναις*] Timaeus an Polemo (uter enim tradiderit, per structuram orationis dubiam minus est apertum) crudele Thessalarum facinus narrat apud Athen. XIII. p. 589. A. inde verbis iisdem fere sumsit noster scholiastes. Vicissim scholiastae sua debet non solum Suidas, qui haec, paucis omissis, in V. *Χελώνη* descripsit, sed et Helladius apud Phot. p. 872. v. 20. nam, ne dubites, praecedit observatio de *μονώτροχος*, quod licet a grammaticis pro soloeco habeatur, usurpasse tamen Aristophanem monet; atqui tertius ab hoc versus eum superlativum offert. Ab alio fonte derivasse, quae scribit in *Ἔρωτ.* p. 768. A. Plutarchum non obscure liquet, ut qui referat, tum Thessalas in templum Veneris adductam Laïda, lapidibusque obrutam interemisse, tum Venerem ex eo casu dictam *ἀνδροφόνον*· quae tamen appellatio quandoquidem rei, cuius designandae causa fuit imposita, convenire non videtur, forte melius in *ἀνοσιοφόνου* commutabitur. Sunt autem *ξύλιναι χελῶναι* scabella lignea, quae vel pedibus supponuntur, vel adscensum in lectos praebent: quare *χελώνην* Hesychius interpretatur *ὑποπόδιον*, et Sext. Empir adv. Mathem. I. §. 246. *τὸ ὑφ' ἡμῶν καλούμενον ὑποπόδιον Ἀθηναῖοι καὶ Κῶοι χελωνίδα καλοῦσιν*· unde dubitari non potest, quin, reiecta grammaticorum explicatione, eadem sit huius vocabuli potestas amplectenda Iudith. XIV, 15. Notavit H. Stephan. in Thes. L. Gr. T. IV. p. 466. F. 468. E. partim recte, partim secus. Ceterum iram Veneris, quae caedem in mulierum formosissima patratam ferre non potuit, quin immissa peste ulcisceretur, solus exposuit enarrator Aristophanis. Illud autem pestilentiae telum, quo maiestatem laesam vindicarent, acerrimum in promtu habuerunt obsoleti veterum dii: quamvis enim ratione propria *τῶν λοιμικῶν παθῶν αἴτιοι* censerentur Apollo ac Diana, ideo tamen neque aliis, si usus ferret, eiusdem mali inferendi negata fuit potestas. Vide schol. Euripid. ad Med. v. 273.

Propter ursam Braurone sagittis confixam in templo Dianae λοιμώδης νόσος τοῖς Ἀθηναίοις ἐνέπεσε, teste Suida in Ἄρκτος. Aeschines Athenis eiectus quum Delum appulisset, incolas invenit νοσεῖν λοιμώδη τινὰ νόσον, quae eos invaserat κατὰ μῆνιν Ἀπόλλωνος, ταφέντος ἐν τῇ νήσῳ τινὸς τῶν ἐπιφανῶν, οὐ πρότερον εἰωθός. Ep. I. Eam ob causam non ad oracula tantum confugiebant, quibus remediis plagam divinitus impositam averterent, sciscitaturi; sed et lustrationibus utebantur, novarumque vel statuarum vel aedium dedicationibus. Exemplum habet noster schol. ad Ran. v. 504. ubi refert in Melita Herculis Averrunci ἵδρυσιν γενέσθαι κατὰ τὸν μέγαν λοιμόν· ὅθεν καὶ ἐπαύσατο ἡ νόσος· non aliam equidem intelligi pestilentiam arbitror, quam quae luculenter ab Historico gravissimo descripta II. c. 49. veram τοῦ μεγάλου λοιμοῦ appellationem commeruit. HEMST.

P. 29, 4. τούτου] Nihil erat, cur veterem lectionem A. et Fl. spernerem, utique non deteriorem ea, quam Gelenius, eumque secuti Portus et Kusterus reposuerunt τούτῳ. HEMST.

29, 7. διὰ τὸν πλ.] Consentit C. D'O. qui primae versus parti, Ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος, superne addidit, οὐχὶ διά σε ἐγένετο, alteri, τοῦτο παρ' ὑπόνοιαν. HEMST.

29, 9. ἅμα δὲ καὶ ὄλβιος ἀνὴρ] Suidas, cuius codex adnotatione praecedenti caruit, horum initium ita praebet: Οὗτος ὁ Τιμόθεος πλούσιος ὢν, καὶ στρατηγὸς Ἀθηναίων τεῖχος ᾠκοδόμησεν· ὃς εἰς τοσοῦτον etc. omissis, quae sane sunt inepta, ἅμα δὲ καὶ ὄλ. ἄν. tum ὡς τὸν δαίμονα φαίνεσθαι ὄψει τούτῳ. Secutus sum A. et Fl. nam Gelenius interposuerat ἐν ὄψει, parum memor, eam esse recentioribus loquendi rationem, ut ὄψει solum pro coram ponant. Praeterea disiunctas huius scholii partes, usus Suida duce, conglutinavi; in quo legitur elegantius τὰ κατορθώματα pro τὰ πραττόμενα. Quae de Timotheo scripsit Ulpian. ad Demosth. Olynth. II. p. 30. A. neque re nec verbis multum ab enarratore nostro distant. HEMST.

29, 14—19. 26. 27. 38. in editione Aldina haec ita scripta sunt: *τὴν εὐδαιμονίαν αὐτοῦ. ὃς ὑψηλὸν πάνυ πύργον ἐποίησεν ὡς πλούσιος. Ἐμπέσοι γέ σοι, παῤ ὑπόνοιαν — μέγας. ἀλαζονευόμενος δὲ — στρατηγοῦ μέμνηται. Κρατοῦσι γοῦν* cet.

29, 31. *Λυκοῦργος*] P. 159. v. 3. 6. Hemst.

29, 34. Codex *παροχός*. Correxit Schaeferus.

P. 30, 1. *περιγίνοιται*] Addendum reor *τῶν πολεμίων*. Hemst.

30, 4. *καθέζεσθαι*] Suid. *Ἐπικαθέζεσθαι . . . λέγομεν*. Hemst.

30, 6. *ἐπὶ κατωμοτικοῦ*] Suid. in *Μὰ Δία· ἐπεὶ κατωμοτικὸν . . . . προτάττηται αὐτοῦ τὸ ναί*. Hemst.

30, 10. *Ὁμηρικὸν*] Il. *N*, 636. Hemst.

30, 22. *τὰ μείζω*] In Fl. *τὸ μείζω·* inde Gelenius effinxit, non invitis Porto et Kustero, *τὸ μεῖζον·* ego facilius *τὰ μείζω·* praecedere vides *τῶν ἡττόνων*. Hemst.

30, 24. *χλαρίδιον* de edulio nusquam mihi lectum. Schaefer.

30, 31. *Θεόκριτος*] Eid. X, 54. ibi *δωρικώτερον* legitur, *τὼς φακὸς ἕψειν·* quanquam scholiastes, non aliter ac noster, *τὸν φακὸν* invenerit. Hemst.

P. 31, 2. Codex *πεποσομένος*. Correxit Schaeferus.

31, 4. *ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἐξ πρ.*] Quid velit, intelligi potest ex Etymol. p. 324. v. 14. *Ἡ ἐξ πρόθεσις, ὅταν αὐτῇ σύμφωνον ἐπιφέρηται, τρέπει τὸ ξ εἰς κ*. Hemst.

31, 16. 17. uncis [ ] circumdentur.

31, 37. *Εὐριπίδην*] Phoeniss. v. 600. excerpsit Stob. p. 507. ubi perverse pro *δειλὸν Θ'* in margine notatur, *τυφλὸν Θ'*. Vide I. Fr. Gronov. de P. V. p. 3. Hemst.

P. 32, 3. *ἐπὶ θεὸν*] Bene Gelenius correxit, quod in A. et Fl. legebatur *ἐπὶ θεῶν*. HEMST.

32, 5. *τις τῶν Κωμικῶν*] Quis comicorum elegantem sententiam Diogenis (eum enim auctorem prodit Diogen. L. VI, 51.) his iambis expoliverit, equidem ignoro. Eiusdem dicti mentionem quoque fecit Eustath. ad Il. *K*. p. 812. v. 56. HEMST. Diogenis Laertii locum indicaverat Kusterus.

32, 19. *βουλομένου*] Scribendum videtur *βουλευομένου*. SCHAEFER.

32, 29. *ἐπεὶ δοκεῖ παρ' ἴστ. λ.*] Haec quorsum pertineant, aegre perspici potest, nisi in Danaïdibus Aristophanem statuas, comica forte iocandi libertate, utrosque Lynceos, hunc Aegypti, illum Apharei filium confudisse, alterique, quod alterius erat, acumen visus incredibile tribuisse. Suidas: *Λυγκέως ὀξυωπέστερον βλέπεις· οὗτος ἐγένετο ἀδελφὸς Ἴδα· ὡς δὲ Ἀριστοφάνης ἐν Δαναΐσιν, υἱὸς Αἰγύπτου· τοσοῦτον δὲ ὀξυωπέστατος ἦν* etc. Quae post Apollonii versus sequuntur, nihil eorum in Suida: et sunt sane notae recentioris minusque spectatae. Burmann. Catal. Argon. in Lynceus scholiastae nostri verba parum accurate perpendit. HEMST.

32, 32. *Πίνδαρος*] Nemeon. I, 115. modo is sit locus, non alius aliquis ex amissis Pindari carminibus, quem in animo scholiastes habuit: nam ibi quidem *δρυὸς ἐν στελέχει* sedentem Lynceus videt. HEMST.

32, 33. *ἐν τοῖς Ἀργοναυτικοῖς*] I, 154. ubi *νέρθε κατὰ χθονὸς* editur. HEMST.

P. 33, 1. *ἐν τῷ εἰς Δ. Ὕ.*] Eid. XXII, 137. Hinc patet, titulum olim huic poëmati fuisse *Ὕμνον εἰς Διοσκούρους*. HEMST.

33, 13. *εὗρε μέταλλα* etc.] Palaephatum descripsit *περὶ Ἀπ.* c. 10. ubi vide Galeum: item Apostolius c. XII, 13. HEMST.

33, 16. Post *τὸν χαλκὸν* adde *καὶ τὸν σίδηρον*, quae Hemsterhusii culpa exciderunt.

33, 17. *Λυγκεὺς*] A. et Fl. *Λυγγεύς*· in praecedentibus nusquam in hoc nomine fuerat erratum: de isto mendo vide Pantinum ad Apostol. p. 325. Hemst.

33, 18. *ἀναφέρει*] Omnes edd. *περιφέρει*· nec discrepat Apostolius. Res ipsa postulat *ἀναφέρει*, quod legitur in Palaephato: paulo ante: *ἀνέφερε τὸν χαλκόν*. Hemst.

33, 35. *στ. δὲ εἰς τὸ π.*] Haec in edd. Porti ac Kusteri praetermissa revocavi ex A. Fl. et B. etsi non diffitear parum me, quo pertineant, exploratum habere. Nonnihil ab his discrepat Suidas in *Πόνηρος*· dubitabit autem nemo, quin vocis *πόνηρος* discordes interpretationes ex diversis enarratoribus in unum sint conflatae. Exemplo, quod ponitur, convenit illud Philostrati H. p. 664. v. 15. *πονήρως οὖν τὰ ἐμὰ εἶχεν*. Hemst.

P. 34, 3. *μεταβατικῶς*] In sui libri margine Kusterus, *ἀμεταβάτως*, eumque in modum edi iussit. Hemst.

34, 9. *τὸ ἴθι ῥῆμα* etc.] Totidem fere verbis in Moschopuli Ἐκλ. Ἀ. Ὀ. leguntur. Hemst.

34, 12. *ἄπιθι*] Glossator igitur legit non *ἀλλ' ἴθι*, sed *ἄπιθι*. Schaefer.

34, 22. *καὶ τὸ μετέχω διπλῶς συντάσσεται*] Male hic scholiastes ait *τὸ μετέχειν* nunc accusativum regere nunc genitivum. Nam proprie semper regit accusativum. Quando autem genitivo iungitur, id fit per ellipsin accusativi *μέρος*. Integra phrasis enim est, *μετέχειν τινὶ μέρος τινὸς πράγματος*, ut hoc loco apud comicum. Kust.

34, 30. *ἔνιοι δὲ, τὸ λεβήτιον*] Non est, quod forte quis suspicetur, lectio varia; sed nova interpretatio vocis *κρεάδιον*· eodem spectat adscriptum illud explicandi causa in C. D'O. *τὴν χύτραν*. Ratio non dissimilis obtinet in *κρεῖον* apud Homer. Il. *I*, 206. quod capiendum foret pro ipsa carne, an pro lebete, veteres dubitarunt: vide schol. et Eustath. p. 767. He-

sych. in *Κρεῖον· Κρήϊον.* Modo, *ἐξ αὐτῆς τι τῆς Θ.* Hemst.

34, 32. Interpunctionem quae in codice est, *κατεσθίονται. καὶ δαπανῶνται ἐψόμενα ἢν* correxit Schaeferus, *ἢν* ad *χύτραν* referens. Bastio scribendum videbatur *ἃ*. De *κρεάδιον* Bastius affert Alciphron. III. ep. 22.

P. 35, 3. *παρεπιγραφὴ* etc.] Eadem in C. D'O. sed brevius *τοὺς δὲ λ. π. εἰς τὴν ὁδὸν ἔλεγον.* Hemst.

35, 9. *προσαγγέλλει*] Malo *παραγγέλλει.* Hemst. Aldina *προσαγγέλει.*

35, 16. *εἰσελθεῖν*] Praeponendus articulus *τοῦ.* Schaefer. Non praeposuit glossator Dorvillianus: habet vero Victorius, qui in libro Poggiano adscripsit *τοῦ εἰσέρχεσθαι.*

35, 18. Scripturam codicis *ἀπολάβω* correxit Bastius.

35, 20. *φειδωλός τις*] Descripsit Suidas addito rariore post *ὁ φεύγων τὸ δοῦναι* vocabulo, *ὁ περίψηφος,* in calculis sollicite ponendis occupatus: vide *Λογισταί.* Hemst.

35, 22. Ante *φειδωλὸν* adde uncum [

35, 23. Corrigendum videtur *ὁ φεύγων τὸ διδόναι· τινὲς δὲ παρὰ τὸ φείδομαι καὶ τὸ δοῦναι.* Schaefer.

35, 30. Hoc scholium codex Paris. bis scriptum habet, primum sic: — *φιλαργυρίας δηλώσῃ προκεκρυμμένης τῶν χρηστῶν φίλων.* altero loco sic: — *προκεκρημένος καὶ τῶν χρηστῶν φίλων.*

35, 30. *σημάνῃ*] Fl. *σημαίνῃ.* Hemst.

P. 36, 1. *ἀσωτία*] *ἀσωτεία* codex Paris. De duplici forma vid. Dorvill. ad Charit. p. 404. Amstel. Schaefer.

36, 1. *παραπεπληγμένη*] Hoc reddendum Suidae pro *πεπληγμένη·* quamvis non ignorem in Etymologo reperiri, *Παραπλῆγες, πεπλημένοι.* Hemst. Inconside-

rate Hemsterh. *διάνοια* tacito mutavit in *ἀπόνοια*. Post *διάνοια* in libro Parisino statim sequuntur haec: *ἄλλως· ὅπερ πάσχουσιν οἱ παραπλῆγες ἄνθρωποι, δι' ἀσωτείαν τεμνόμενοι, εἰς ἑαυτὸν μετήγαγε.* Vide 36, 14.

36, 10. *διακόψαι*] Suidas in *Ἀκαρῆ*, *διακεῖραι καὶ κόψαι·* cetera fere conveniunt. Hemst. *οἷόν τε διακεῖραι καὶ διακόψαι* etiam liber Ravennas. Idem *πεποίηται δὴ ἀπό.*

36, 30. *ἦν*] L. *ἧ*. Schaefer. Deleatur uncus.

P. 37, 4. *ἡ κατασκευὴ* etc.] In Fl. sic legitur: *ἡ κατασκευὴ αὕτη ἢ τὶ γὰρ ἄν τις* etc. unde Gelenius fecit, *ἡ κ. αὕτη ἡ. τί γὰρ* etc. Portus, *ἡ κ. αὕτη ἐστί. τί γὰρ* etc. probante Kustero. Dedi, quod proximum erat veteri scripturae. Hemst.

37, 16. *εἴ μοι γένοιτο*] Vid. Hephaest. p. 16. Hemst.

37, 19. *ἰστέον ὅτι*] Sic A. et Fl. Gelenius interposuit, *ἰστέον δὲ ὅτι*, quam particulam retinent G. et A. Hemst.

37, 20. Agit hoc loco scholiastes de signis, sive notis, quibus grammatici veteres in distinguendis comoediarum et tragoediarum partibus uti solebant. Ea autem ut facilius a lectore intelligantur, illorum figuras hic subiiciam:

κορωνὶς ⟆
παράγραφος —
διπλῆ ἔσω νενευκυῖα ⊲
διπλῆ ἔξω νενευκυῖα ⊳
διπλαῖ δύο ἔξω νενευκυῖαι ⊲ ⊳ Harum altera nimirum in initio et altera in fine versus poni solebat.
ἀστερίσκος ⁂

De usu harum notarum apud veteres grammaticos abunde hoc loco scholiastes: cui iungere potes Hephaestionem in Enchiridio, et ex recentioribus Coel. Rhodigin. Antiq. Lect. lib. XV. cap. 20. Kust.

37, 38. *Ἡφαιστίων δ' φησιν*] P. 74. unde patet

supplendum esse, ut integra sibi constet sententia, *κατὰ τὴν Ἀριστοφάνειον τοῦ Ἀλκαίου ἔκδοσιν*· loquitur enim Hephaestion de illa, quam Aristophanes grammaticus curaverat, Alcaei editione. HEMST.

P. 38, 3. *κατὰ πρ.*] *ἤτοι κάτὰ πρ.* Hephaest. p. 75. et pro *στροφῶν*, *στροφῆς*. HEMST. Addidi *ἤτοι*, in codice Parisino inventum.

38, 16. *θύμον*] Eius vocis C. D'O. tale praebet interpretamentum: *Ἀγριοκρόμμυον, ᾧ χρῶνται οἱ πέντητες δι' ἄκραν ἀπορίαν· ἐστὶ δὲ τὸ υ βραχύ.* Haec Suidas in Lexicon suum paulo breviora contulit, legitque *θύμος*, et, *ἀντὶ τοῦ, δίκαιοι καὶ τὰ εὐτελῆ* etc. Vulgata lectio mihi placet: *δίκαια* sunt *iuste quaesita*. Hesiodi locus in *Ἔ. καὶ Ἡ.* v. 41. HEMST.

38, 30. *ἢ ὅτι πρὸ τοῦ τ. κ. ἅ. τ.*] In his ultimis, qui totam adnotationem descripsit, ne litera quidem discrepat Suidas in *Ἐγκονεῖτε*· quis tamen mirificam illam explicandae *τοῦ ἐγκονεῖν* potestatis rationem intelligat? Sine dubio quiddam interiit, quod si restituere liceat, mota difficultas evanescet: absurdene coniecterim, nec ne, lector arbitretur: *ἐν κόνει γὰρ ἐκείνων τὸ ἔργον· ὅθεν καὶ ἀκονιτὶ λέγεται*, (vel *ἀκονιτὶ νικᾶν λέγοντται*) *ὅτε* (vel *ὅταν*) *πρὸ τοῦ τῆς κόνεως ἅψασθαι νικῶσιν.* Etymologus *ἀκονιτὶ* exponit *ἄνευ ἀγῶνος καὶ μάχης· ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν τῶν εὐμαρῶς περιγινομένων, ὥστε μὴ κονίσασθαι*· similia traduntur a Suida. HEMST.

38, 34. *πέμπειν*] Melius, ut puto, scripsisset *ἐγείρειν*· quomodo Etymol. in *Ἐγκονεῖν*· *οἳ γὰρ ἐπειγόμενοι τὶ πράττειν, κατὰ τὸν δρόμον ἐγείρουσι κόνιν.* HEMST.

P. 39, 1. *συντόνως*] Priores editt. habent *συντόμως*, quod nihil ad rem facit. Loquitur enim hic comicus de incessu sive gradu propero et contento, i. e. *συντόνῳ*, a verbo *συντείνειν*, quod de quavis contentione apud Graecos dicitur. Sic, quod huc praecipue facit, apud Eurip. Elect. v. 112. legas, *σύντεινε ποδὸς ὁρμὴν*, i. e. *accelera gradum*, sive ut phrasi Plautina

utar, *grandi gradum.* Pro *συντόνως* comicus noster infra v. 325. dixit *συντεταμένως*, ubi nos vide. Caeterum non solum hoc loco male *συντόμως* pro *συντόνως* legitur, sed etiam infra in scholiis ad Acharn. v. 686. ad Aves v. 1467. itemque apud Suidam v. *Λιταργοῦμεν* et v. *Φαύλως*, ut eorum locorum, quae nunc mihi succurrunt, mentionem tantum faciam. Nam et alibi mendum hoc non raro occurrit. KUST. *συντόνως*] Kusterum sequor, qui sic restituit pro *συντόμως* priorum edd. HEMST.

39, 32. *ῥυπαίνω*] Sic Kusterus emendavit, quod *ῥυπάνω* scriptum fuerat in Fl. B. et G. HEMST.

39, 35. *ψωλὸν*] Scholiasten descripsit Suid. in *Ψωλὸς* et *Μαδῶντα*. HEMST.

P. 40, 4. *δυσώδη*] Editio Florent. et quae eam secutae sunt, post *δυσώδη* addunt *ἀποπέμποντα*, sed quae vox ut supervacanea et sensui inimica iugulanda erat. Vel si relinquenda est, addendum erit *ὀσμὴν*, ut legatur, *δυσώδη ἀποπέμποντα ὀσμήν*: quod idem tamen sola vox *δυσώδη* significat. KUST. *ἀποπέμποντα*] Hanc vocem nimis praecipiti stylo delevit Kusterus: opportunius in notis, si retineatur, addendum esse censet *ὀσμὴν*, vel *ὀδμήν*· idque verum puto, nisi forte malis, *δυσῶδές τι ἀποπέμπ.* Schol. Sophocl. ad Antig. v. 416. *μυδῶν σῶμα* interpretatur *ἰχῶρα ἀποπέμπον*. HEMST.

40, 9. *ὄδου*] Lege *ὀδόντων*. SCHAEFER.

40, 10. *κηλήτην*] Codex Paris. *κηλήτην*.

40, 17. Codex *ἀντὶ τῶν*. Correxit Schaeferus.

40, 26. *κυρίως δὲ σωρὸς*] Exscripsit Suidas usque ad *πλούσιοί εἰσιν* in *Σωρὸν χρημάτων ἀγγέλλεις*, omissis *σορὸς δὲ . . . . ω μεγάλου*, quae in A. Fl. et B. adnotationi finitimae [40, 36.] subiuncta Portus in hunc commodiorem locum revocaverat. Mox in edd. A. et Fl. *εὐθυνοῦντες*· Gelenio debetur *εὐθηνοῦντες*, auctore Suida. HEMST.

40, 38. *φενάκη*] Totidem verbis, ut observavit

Kusterus, leguntur apud Suidam in hac v. *Κατερρύνκιων* in Fl. B. et G bene Kusterus *κατερρύηκνιῶν*, ut patet ex eodem Suida, qui melius etiam, *διὰ τῆς ἐπειςάκτου κόμης*· huic literae *η* spatium erat relictum in A. [Aldina *κατερρυ. κνιῶν*] Hesych. *Κατερρύηκε, ἐσάπη*. In cunctis edd. et Suida prostat *ἀπατουσῶν*. Hemst.

P. 41, 7. *ἑδραῖαν* Aldina.

41, 8. *βατηρία*] Post A. in reliquis auctore Fracino prave fuit expressum *βακτηρία*· priscam lectionem restitui placuit. Si sequentibus *ἐν πλ. τοῦ κ.* addita foret *βακτηρία*, non mutassem. Statim *δύο* praetermissum in B. et G. Kusterus ex A. et Fl. revocavit. Hemst.

41, 24. *αἱ γὰρ χοιρικίδες*] Vide Salmasium ad Achill. Tat. p. 648. Kust. *αἱ γὸρ χοιρικίδες*] In his excerpendis, nisi lectio valde sit corrupta, graviter erravit Suid. v. *Χοίνικες*. Hemst.

41, 30. seqq. Ad hoc scholion dissertationem edidit Georg. Fr. Schoemannus, ita inscriptam: Dissertatio de sortitione iudicum apud Athenienses ad scholl. Aristoph. Plut. v. 277. Gryphiswaldiae 1820. 48. pp.

41, 31. *ἔθος γὰρ ἀπὸ* Ravennas.

41, 34. *τὸν ἕνα τὸν*] Sic recte quoque edit. Basil. et Genev. At editt. Ald. et Florent. male *τὸν ἔνατον*. Caeterum cum toto hoc loco conferendus est scholiastes infra ad v. 973. et 1181. Kust. *τὸν ἕνα τὸν*] Quod in A. et Fl. repraesentatur *τὸν ἔνατον λαχόντα*, Gelenius emendavit *τὸν ἕνα τὸν λαχόντα*· neque ab eo discesserunt Portus et Kusterus: abesse mallem articulum, *ἕνα τὸν λ.* Sed haec non unius auctoris, et mixta malis egregia curatius expendemus in adnotationibus. Hemst. Recte Ravennas *ἐκ τῶν ε ἕνα τὸν κλ.* Tum idem *ἀντὶ οὖν τοῦ εἰπεῖν ἐν τῷ δ.*

41, 36. *δικ. σε καὶ δ. καθ.*] Ed. B. maculam adsperserat inprudens formarum compositor, *δικαστὴν δικάζειν σε καὶ δικαθέζεσθαι*· ex hac qui Genevensem exprimi curavit Portus, ingenio maluit uti, quam vetustis edd. *δικαστὴν δικάζειν σε καὶ ἤδη καθέζεσθαι*· nos

cum Kustero diversam viam ingressi reposuimus, quod A. et Fl. praebebant. Istis autem, *καὶ τὸ ψήφισμα, ὃ ἐστιν ὁ κλῆρος*, optimum forte litura fuerit remedium: forte tamen aliquis coniectet, *τὸ γράμμα, ὃ ἐστιν ὁ κλῆρος, κατὰ τὸ ψήφισμα δικάζειν* etc. Mox pro *δημοτικῶν* praestat *δημοσίων*, et *καὶ ἕκαστον δή* etc. HEMST.

P. 42, 5—7. *τὸ δ καὶ — ἐν Ἀθήναις.* Haec delenda videntur Dobraeo p. 87.

42, 5. Ravennas, *ὁμοίως ἄλλο β. ἄλλο δὲ γ. καὶ δ. ἐς τὸ ε. καὶ τοῦ ἕως τοῦ κ.*

42, 6. *τὰ πάντα* addidi ex Ravennate. Eodem auctore articulus ante *δικαστήρια* delendus erat.

42, 17. *ἀπήρχοντο* etc.] Ita refinxi, quum in A. Fl. et B. legeretur: *καὶ τὰ ἐφεξῆς. ἀπήρχοντο δὲ καὶ πρῶτον μὲν* (in Fl. *μὴν*) *ἐδείκνυε. τῷ κήρυκι* etc. recte Gelenius post *ἐδείκνυε* distinctionem expunxerat: Portus, probante Kustero, plura mutavit: *τὰ ἐφεξῆς. ἀπήρχετο δὲ καὶ πρῶτον μὲν* etc. Meam rationem et rei et ingenio Graecae linguae convenientiorem censebam. HEMST.

42, 22. *ἕκαστος εἰς τὸ δικαστήριον πινάκιον ἔχων*] Vox *δικαστήριον* in omnibus editt. hic deest, quam tamen sensus et series totius loci manifesto requirit. KUST. *δικαστήριον*] Hanc vocem sententiae necessariam iure merito primus Kusterus inseruit. HEMST. Vide Dobraeum p. 87. 88.

42, 26. *δέκατος* Luzac. de Socrate p. 70. et Matthiae in Miscellan. philol. I. p. 255. Conf. schol. ad Vesp. v. 772. Schoemanno in dissertatione de sortitione iudicum p. 12. scribendum videtur, *οἱ θεσμοθέται καὶ δέκ. ὃ γρ., κατὰ φυλὴν ἕκαστος, ἐκλήρ.*

42, 26. — 35. Vide Dobraeum p. 87. 88.

42, 27. *καὶ τὰ λαχόντα ἴσα τὸν ἀριθμὸν* Schoemannus ibidem et Dobraeus.

42, 32. *ἐγράφοντο δὲ ὅτι, ἐπεὶ ἦν πέντε δικ. κτλ.*]

Haec mihi neque integra esse videntur, sed aliquot verbis in principio mutilata, neque eiusdem auctoris, cuius sunt priora, neque vero ullius pretii. Rursus melioris notae haec sunt: *τὸ δὲ ὁ Χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσι κτλ.*, pessimae autem, quae his subiunguntur: *δέον δὲ εἰπεῖν κτλ.* Haec omnia e diversis auctoribus nullo iudicio consarcinata sunt. SCHOEMANN. ibid. p. 13.

P. 43, 4. *προσφέροντες*] Ita recte Kusterus ex A. et Fl. quum B. et G. praeferrent *προφέροντες*. Modo pro *ἐπὶ τούτων* placet *ἐπὶ τοῦτο* vel *τούτῳ*. HEMST.

43, 13. *δέκα δικαστήρια ἦσαν παρ' Ἀθηναίοις*] Confer Harpocrationem et Suidam v. *ἡγεμονία δικαστηρίου*. KUST.

43, 15. *ι φυλῶν*] In Fl. et B. *ιδ φυλῶν*. Sequimur Kusterum. HEMST.

43, 19. *ἐλάμβανεν*] Equidem exactissimam loquendi formam in hoc scholio, quod multo quam priora minoris est pretii, haudquaquam desidero: scribi tamen accommodatius potest *ἐλάγχανεν*. In C. D'O. nota quaedam ad marginem erat apposita, sed ex hisce ipsis imperite contracta. HEMST. *ἐλάγχανεν* scriptum in libro Poggiano.

43, 19. *ἐδίδου δὲ ὁ κήρυξ αὐτοῖς ῥάβδον*] Vide Suidam v. *βακτηρία*. KUST.

43, 22. *λαμβάνῃ*] Ita Gelenius pro *λαμβάνει*, quod erat in Fl. HEMST. *ἀντὶ οὖν τοῦ εἰπεῖν* liber Poggianus. Conf. ad 41, 34.

43, 23. *λαχών*] Si, quae proxime consequuntur de structura *σολοικοφανεῖ*, ab eodem enarratore sunt profecta, hic sine dubio reponendum est *λαχόν*· sin alium ista, quod verisimilius videtur, auctorem habent (nam parum erit scholiorum veterum peritus, qui usum particulae *δὲ* nobis opposuerit) servari potest *λαχών*. HEMST. *λαχὸν* liber Poggianus. Idem *καὶ* post *τοῦτο* omittit.

43, 29. *ἐπὶ τῶν οὐ. μ.*] In Fl. depravate, *ἐπὶ μὲν τῷ τῶν οὐδ. μ.* Gelenius correxit. HEMST. In li-

bro Poggiano scriptum, *ποιεῖν*, *ἐπὶ μέντοι τῶν οὐδ. μ.*

43, 30. *καὶ ἡ διάνοια τούτου* omittit liber Poggianus.

43, 33. *εἶναί σε* Poggianus.

43, 34. *Χάρων*] Lege *Χάρωνα*, vel *Χάροντα*. Hemst. *Χάροντα* Poggianus.

43, 39. *χρῶμα*] Vel adiunctum verbum docuerit esse reponendum *γράμμα*· quis enim Graece sciens dicat *ἐπιγράφειν χρῶμα*; tum etiam, quod statim subsequitur, *ἔχον δὲ τὸ αὐτὸ γράμμα*· quanquam illud *ἔχον* nihil habens, quo referri possit, praeter *δικαστήριον*, itidem vitio vacare non videatur: nisi quaedam intercideriut, litera mutanda est, *ἔχων*, nimirum in ista *δέλτῳ* vel *πινακίῳ*, cuius ad praecedentem versum scholiastes meminit. *Βάλανον* autem non aliam intelligo, quam *τὸν σφηκίσκον τῆς εἰσόδου*· dicemus ad v. 301. Hemst. Vide Dobraeum p. 88.

P. 44, 1. *σφηκίσκῳ*] C. O. Muellerus in diariis Gottingensibus a. 1821. fol. 119. p. 1175.

44, 4. *ἐν τῇ βαλάνῳ*] Quid hoc? Expectabat lector *ἐν τῇ δέλτῳ*, vel *ἐν τῷ πινακιδίῳ*, ut dixit scholiastes in nota praecedente. Quare videant acutiores, quid de hoc loco statuendum sit. Kust. *τὴν βάλανον* glaudem sive globulum esse arbitror, in summa scipionis parte impositum; de quo ornamenti genere conf. Herodot. I, 195. et exstant hodieque, praecipue in vasis quae dicuntur Etruscis, scipionum in hunc modum ornatorum exempla. Huic igitur scipionis glandulae inscripta erat dicasterii nota. Schoemann.

44, 14. *τοὺς παρατρεφομένους*] Sic etiam reliquae editiones. At Suidas v. *Μόθωνες*, ubi locum hunc descripsit, habet *παρεπομένους*: quod magis placet. Apud Harpocrationem tamen v. *Μόθων* item legitur *παρατρεφομένους*. Kust. *παρατρεφομένους*] Kustero cur magis arrideat *παρεπομένους*, nihil est causae: utrumque fateor aeque commodum; sed alterum tuentur Harpo-

cratio, apud quem haec omnia totidem fere verbis leguntur, et Hesych. in *Μόθωνας*. Kusterum in fraudem induxit, quod Suidae locum, quo nitebatur, hinc descriptum putaret; quum sumtus sit ab enarratore comici ad Equ. v. 631. ubi revera legitur *τοὺς παρεπομένους τοῖς ἐλευθέροις*. HEMST.

44, 18. *περιστῆσαι*] *παραστῆσαι* fuit in cunctis edd. quoniam *περιστῆσαι* ad usum linguae Graecae multo melius respondebat, illud ab Harpocratione libenter scholiastae nostro reddidi. HEMST.

44, 34. *βολβοὺς ἢ ἀγριοκρόμμυα*] Haec vocabula, quia *τοῖς κοινοῖς* adscribuntur, locum invenire debuerant in Glossariis Meursii et Du Cangii. Moschopul. *Ἐκλ. Ἁ. Ὀ. Θύμος δὲ τὸ ἀγριοκρόμμυον βραχύ*. HEMST.

P. 45, 10. *τὸ θυμῶ*] Sic omnes edd. cogitaveram *τῷ θυμῷ*· nunc potius videtur esse recentioris Graeciae verbum. HEMST.

45, 15. Hoc scholion ex codice Cantabrigiensi ediderat Kiddius in Porsoni Miscellan. p. 194.

45, 16. *Μίδας βασιλεὺς* etc.] Utrumque de Mida scholion extat in ed. princ̄ipe: prius Suidas descripsit in *Μίδας*, alterum Mich. Apostol. c. XIII. n. 19. quo indicio facile patet, utrum antiquius sit, et notae melioris. Integrum fere Latine vertit Erasm. in *Midas auriculas asini*. HEMST.

45, 19. *Φρυγίας*] *Φρυγιακὴν* Suid. *Κατέσχεν* est occupavit, expugnavit. Diogenian. c. VI, 73. *Μίδας ὄνου ὦτα*] *Ὅτι ὠτακουστὰς εἶχεν· οἱ δὲ χωρίον αὐτοῦ φασιν οὕτω καλεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ ληφθὲν ἀνάλωτον*· totidem verbis leguntur in Apostolio. Vide Tzetz. Ch. I. Hist. 2. HEMST.

45, 20. *αὐτὸν πάλιν*] Locum esse sibi suspectum in margine libri sui notavit Kusterus: in Suida tantum, *καὶ αὐτὸν εὔξασθαι*, ceteris neglectis, quae non magno opere desideres: transpositu lenior evadet oratio: *πάλιν δὲ λέγεται αὐτὸν εὔξασθαι*. HEMST.

45, 25. *ὄνους τ. Δ. παριών*] Suidas: *τοὺς τοῦ Διονύσου παριόντας*· ubi scholiastae lectionem probat Kusterus; haud scio, an iure: *παριόντας* certe magis placet quam *παριών*. Idem mox verbo locupletior: *ὥτα ὄνου ἔχειν αὐτῷ περιῆψεν*· immerito expulerunt, quibus ignota erat elegantia locutionis. In paucis aliis notare scripturae varietatem operae non est pretium. Hemst. Vid. Valckenar. schol. in N. T. vol. I. p. 375.

45, 30. *εἰς τροφήν*] Hae voculae, quibus facile caremus, in Fl. primum insertae desunt in A. et Apostolio. *Λιμαγχονεῖν* ex enarratore nostro et Basilio, T. II. p. 16. A. protulit Budaeus C. L. G. 869. Schol. Apollon. Rh. ad II, 1031. Mossynoeci *τὸν βασιλέα αὐτῶν ἄδικόν τι κρίναντα ἐγκλείουσι καὶ λιμαγχονοῦσι*· in eadem historia *λιμῷ ἀποκτείνειν* dixit Nicolaus Damascenus. Hemst. *εἰς τροφήν* om. cod. Paris.

45, 34. *ὑπ' αὐτοῦ*] Apostolius *ὑπ' αὐτῶν*. Ergo legendum *ὑπ' αὐτῷ*, vel *ὑπ' αὐτόν*· nam illud Thucydidis I, 110. *Αἴγυπτος πάλιν ὑπὸ βασιλέως ἐγένετο*, modo ne praeferendum sit *ὑπὸ βασιλεῖ*, vel *ὑπὸ βασιλέα*, quod utrumque aliis in edd. et codd. invenitur, tam rarum est, ut scholiastae placuisse credibile non videatur. Hemst. Dedi *ὑπ' αὐτῷ* ex codice Parisino. Idem liber omittit *λεγόμενά τε καὶ πραττόμενα*.

P. 46, 4. *ἡ τοῦ Κ. ἴστ.*] Habet margo C. D'O. usque ad *ἄδων*, cui voci statim subiicit, *τὸ δὲ Θρ. τῆς λ. ἐστὶν ἀπήχημα*. Hemst.

46, 13. *ἄλλως . . . . . συλλαβήν*] Huc [post *ἀμαθεῖς*] illa revocavi, quae ante fuerunt inter *κιθαρίζοντα* et *διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν* in edd. interiecta: non quod eiusdem esse manus putarem; nam nec bene praecedentia percepit horum auctor: sed quod materiae tractatae ratio videretur habenda. Tum *ἄδοντα τὸ Θρεττανελώ* A. et Fl. ceterae deterius per *ο*· non est enim obscurum, si animum advertas, enarratorem huncce disputare adversus eos, qui mutata binarum vocum sede *τὸν Θρεττανελὼ Κύπλωπα* per *ω*, ut metro succurrerent, legebant, illumque in modum interpretabantur, ut *ὁ Θρεττανελὼ Κύκλωψ* ipsis esset, *Cy-*

clops citharam increpans, pulsata cithara θρεττανελώ resonans. Eo spectat scholii sequentis initium ita scribendum: *Τὸν θρεττανελώ*] *Τὸν κιθαρῳδόν· ἡ γὰρ . . . . θρεττανελώ, θρεττανελώ.* Simul animadverti potest illum aberrare, qui addidit, *ἄλλως τε καὶ τὸ μ. σ. θ. τὴν λο συλλαβήν·* id enim tantummodo verum in recepta lectione; in altera *τὸν θρεττανελώ* minime. Ut autem in edd. nunc repraesentatur, *θρεττανελὸ* fuit acceptum, quasi extra structuram orationis consistens, adeoque *οὐ συναπτόμενον πρὸς τὴν σύνταξιν.* Hemst.

46, 18. *βουλ. . . . ἄγειν*] Nam aliis placebat ex praecedenti repetere *χορεῦσαι* vel *χορεύειν*, ut proximum scholion ostendit: *βουλήσομαι χορεύειν, καὶ ὑμᾶς ἄγειν.* Hemst.

46, 24. *τραγῳδιδάσκαλον*] Apud Suidam reperiuntur in *Θρεττανελὸ* forma orationis variata: ibidem est *τραγῳδοδιδάσκαλον·* vulgaris vel scribendi pronunciandique modus, vel librariorum error, quem saepe MSS. dissidentibus in Polluce offendimus. In Aristotelis I. *περὶ ψυχ.* p. 10. *Φιλίππῳ τῷ κωμῳδιδασκάλῳ·* ubi nescire se fatetur Sylburgius, euphoniae causa contractum sit ab auctore, an per errorem truncatum a librariis. Hemst.

46, 26. *συγγράμματι*] Male Suid. *ἐπιγρ.* ut Kusterus observavit. Hemst.

46, 28. *κιθ. τὴν Γαλ.*] Amplius Suidas *κιθαρίζοντα καὶ ἐρεθίζοντα τὴν Γαλάτειαν·* quod probo, etsi me non praetereat *αὐλεῖσθαι, ᾄδεσθαι* eos dici, qui tibiae vocisque cantum audiunt: frequentius tamen *κατᾴδεσθαι, καταυλεῖσθαι.* Hemst.

46, 32. *παρὰ Δωριεῦσι*] Explicari poterat, *apud Syracusanos:* nam Archias Corinthius, ut ait Marcianus Heracleota, *μετὰ Δωριέων κατῴκισεν* Syracusas. Sed nemo admonitus facile dubitabit, quin ordo rerum narratarum postulet, *παρὰ Διονυσίῳ.* Ad Dionysium maiorem, qui illud habuisse praecipuum traditur, ut satis esset in homines eruditos liberalis, teste Aristippo

apud Lucian. in Necyom. c. XIII. cum multis aliis Philoxenus Cytherius accessit. HEMST.

46, 36. *τοῦτο δὲ*] Hoc si mendo carere ponatur, nihil est prius, quam ut eam in suspicionem venias excidisse unam, quae huic respondeat, orationis partem: *τοῦτο μὲν . . . . τοῦτο δὲ αἰνιττόμενος* etc. *tum fabulam Cyclopis et Galateae illo dramate pertractans, tum tacite respiciens ad Dionysium.* Alioqui parva plane mutatione rectum erit, *τοῦτον* (scil. *τὸν Κύκλωπα*) *αἰνιττόμενος εἰς Διονύσιον*, quod fere malim. Pro *ὠξυδόρκει*, quod est in A. Fl. et B. perperam Portus et Kusterus *ὠξυδέρκει*. HEMST.

P. 47, 7. *ποιᾷ φ. χρ.*] Suidas in *Βληχή· ποιᾷ κεχρῆσθαι φωνῇ*. HEMST.

47, 11. *ἀλλ' εἰ τοῦτ' ἦν, ἐγρ.*] Haec sunt verba recentioris alicuius, qui scholiasten corrigere voluit. Reperiuntur tamen etiam in omnibus editionibus. KUST. *ἀλλ' εἰ . . . . υ ψιλοῦ*] Haec apud Suid. in *Κινάβρα* non leguntur: per se liquet, ab alio fuisse adiecta propositam etymologiam refutante. Porro Suidas habet, *ἡ δυσωδία τῶν μασχαλῶν τῶν αἰγῶν·* et *Κιναβρώντων αἰγῶν, τῶν δυσοσμίαν ἀποπεμπουσῶν ἐκ τῶν μασχαλῶν*. HEMST.

47, 17. Codex *δεικνῦντες*.

47, 18. *τὸ ἑξῆς* etc.] Quo conferri possit, adscribam integrum Suidae locum: *Ἀκρᾶτεια· ἀκρατιεῖσθε. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· Τράγοι δ' ἀκρατιεῖσθε· τουτέστιν, ἀπεψωλημένοι ἀκρατιεῖσθε· ἀντὶ τοῦ, ὡς τράγοι ἀκρατῆ πράξετε· ἐπεὶ μ. τ. σ. οἱ τ. λ. τὸ αἰδοῖον· τὸ ἄκρον λείξετε, ὡς τράγοι.* Cuiuscumque culpa confusa puto, et hunc in modum instauranda: *Ἀπεψωλημένοι τράγοι δ', ἀκρατιεῖσθε· τουτέστι, τράγοι δ' ἀπεψωλημένοι ἀκρ.* etc. nam *τράγοι* apte explicari non possunt per id ipsum vocabulum, quod in Aristophane connectendum est. Verum aliter, quam scholiastes, Suidas *πράξετε* et *λείξετε*, quia *ἀκρατιεῖσθε* non imperativi praesens ab *ἀκρατιέομαι*, sed futurum tempus ab *ἀκρατίζομαι* accepit. HEMST.

47, 31. *ποιήματι*] *Ἐν τῷ ποιήματι·* nimirum Philoxeni Cyclope, ut ex sequenti scholio liquet; quod alieno loco positum in Fl. et B. nec satis commode translatum a Porto et Kustero, in suum restitui. Homerus humanas carnes avide devorare Cyclopem fecit; vide Od. I, 290. 297. 347. HEMST.

47, 35. *ὡς οὔσης*] *ὡς μελλούσης* Iacobs. ad schol. Theocrit. VI. 7.

P. 48, 6. *μεθύοντα*] Addendum ex Suida, qui ista decerpsit, *ἀπὸ τοῦ τὸ κάρα πάλλειν τοὺς μεθύοντας, ἢ ἀπὸ τοῦ τῶν κ. σφ.* HEMST.

48, 9. *μάτην* etc.] Ab Hesychio depromtum. HEMST.

48, 11. *καταδαρθέντα*] Praefigendum est *εἰκῇ·* id enim exponitur per *ὡς ἔοικε.* HEMST.

48, 16. *ἐπιτετήδευται*] Praeter ordinem paulo immutatum, et *κοιλίαν ἐπισυνηγμένην* pro *ἐπισυνεσταλμένην*, nihil habet Suidas, in *Σφηκώδεις*, quod adnotari dignum sit. HEMST.

48, 20. *τοὺς λαγαροὺς δὲ τοῖς σώμ.*] Vide Casaub. ad Athen. lib. VII. cap. XVI. KUST.

48, 27. *εἴκοσι*] A Porto restitutum pro priorum edd. *ὀκτὼ* retinuit Kusterus. *Συστηματικῶς* prave legebatur in B. et G. Tum legi oportet, *ἐστὶ δὲ τὸ πρῶτον σύστημα στ. καὶ κ. ἑπτά·* nisi quis malit, *εἰσὶ δὲ τοῦ πρ. σ. στίχοι καὶ κῶλα ἑπτὰ* cum Kustero. Idem iure scholiasten reprehendit, qui primum versum esse dixerit *τετράμετρον ἀκατάληκτον*, qualis est Alcaei prolatus etiam ab Hephaestione, eiusque enarratore p. 16. 86. quum sine dubio sit *τετράμετρος καταληκτικός·* qui in tam manifestum errorem labi potuerit, miror; nisi credibile putes eum reperisse, *ἐγὼ δὲ τὴν Κίρκην γε τὴν τὰ φάρμακ' ἀνακυκῶσαν ἄν.* HEMST.

48, 28. *στίχων καὶ κώλων*] Sic etiam reliquae editiones. At scribendum potius *στίχοι καὶ κῶλα.* KUST.

48, 29. *τετράμετρος ἀκατάληκτος*] Imo *τετράμετρος*

καταληκτικός. Constat enim versus hic, ἐγὼ δὲ τὴν Κίρκην etc. septem tantum pedibus et dimidio, uti et sequens 509. οὐκοῦν σε τὴν Κίρκην etc. qui huic respondet. Nihil proinde ad rem facit versus Alcaei, qui a scholiaste subiungitur, quippe qui diversi est metri, nimirum τετράμετρος ἀκατάληκτος, ut στιχομετρίας vel leviter peritis facile patebit. Kust.

48, 55. δίμετρος καταληκτικός] Sic rescripsi, sensu et re ipsa manifesto hanc lectionem flagitante. Priores enim edit. male habent, τρίμετρος καταληκτ. Kust. δίμετρος] Ita Kusterus, qui parum accurate priores edd. male habere τρίμετρος adseverat: nam in A. claris literis expressum video δίμετρος. Hemst.

P. 49, 1. ὃ μὲν θέλων etc.] Videbantur, quod feci, secunda sententia non inepte coniungi posse: quamvis alioqui me non fallat, utrumque separari apud Hephaest. p. 16. et Plocium de Metr. p. 2642. Quod Kusterus edi curavit, Ὁ μὲν θέλων μαχέσθω· Πάρεστι γὰρ μάχεσθαι, id ego nusquam reperi. Hemst. Extant in illis, quae nomen Anacreontis gerunt, reliquiis Od. XXXVIII. hoc pacto: Ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι Παρέστω καὶ μαχέσθω. Edere non dubitavit Barnesius. quemadmodum hoc loco scribi fecimus. Hemst. *in Addendis.*

49, 8. εἶπε] Augendus ex Suida scholiastes in Ἀπαίδευτοι· εἶπε. Οὗτος ὁ Φιλωνίδης οὐ μόνον μέγας ἦν, ἀλλὰ καὶ ἀμαθὴς καὶ ὑώδης· κωμῳδεῖ δὲ etc. Ceterum in hisce describendis non ultra ἐφαρμάκευεν processit Suidas. Hemst.

49, 12. εἶπεν. Corrige typothetae errorem εἶπε.

49, 12. Ἄλλως. ὥσπερ καὶ Κίρκ.] Locus hic procul dubio mendosus est: qui ut in integrum restituatur, vel duae illae voces ὥσπερ καὶ ut supervacaneae delendae sunt, vel facta illarum transpositione sic haec legi oportet: ἐφαρμάκευεν, ὥσπερ καὶ Κίρκη. Ἄλλως. Κίρκην φησὶ etc. Sic omnia plana et clara. Kust. ὥσπερ καὶ Κίρκην] Miror a Kustero *locum hunc procul dubio mendosum* praedicari; quem ut in integrum resti-

tuat, vel duas illas voces ὥςπερ καὶ ut supervacaneas esse delendas censet, vel facta illarum transpositione sic legi oportere, ἐφαρμάκευεν, ὥςπερ καὶ Κίρκη. Ἄλλως. Κίρκην φησὶ etc. Ego haec plana esse et clara fateor: sed si capias vulgatam lectionem, quasi tali ordine scripsisset scholiastes, φησὶ παίζων τὴν Λαΐδα, ὥςπερ καὶ Κίρκην, φαρμάσσουσαν τοὺς ἐρῶντας, nihil impeditum invenio. HEMST.

49, 16. τῷ ὅλῳ ἤθει] Gelenius eumque secuti posteriores, tanquam si κάπρους τῷ ὅλῳ ἤθει intelligi voluissent, quod ingenio Graeci sermonis minus convenire mihi videtur, praecedentibus adiunxerunt: verum in A. et Fl. nota magnae distinctionis inde disparari videas. An refingendum, τὸ ὅλον ἐν ἤθει. HEMST.

49, 17—21. Haec etiam liber Ravennas habet.

49, 18. Νικοχάρης] Ante legebatur Νικόχαρις, et ἠδέ τ' ἀπαιδευτότερος· in vide notas ad 27, 40. 28, 1. HEMST. Νικοχάρης Ravennas.

49, 22. — 50, 4. In codice Parisino scriptum: Ἄλλως ἐστὶν ἡ Κύρκη ἐκ τῶν Λαιστρυγόνων, παρελθοῦσα πάσας τὰς γυναῖκας μαγείαις. προσέσχε δὲ αὐτῇ Ὀδυσσεὺς μετὰ τὸ φυγεῖν — ἐκπέμψας (sine καὶ) — ὑπ' αὐτῆς ἐγεγόνεισαν διά τινος ποτοῦ, νυκτὸς εἰς τὴν τούτων — μόλυ — καὶ πρὸς μοιχείαν αὐτῷ συνελθεῖν ἐπ. — ἐμίγη καὶ ἐποίησεν υἱόν. Θέλων οὖν — ἐκεῖσε τῆς Λ.

49, 24. ἐν τῇ νήσῳ] Praepositionem Gelenius, quem secuti Portus et Kusterus, deleverat; recte quidem, si usus frequentissimi rationem habeas: attamen defendunt non A. solum et Fl. verum etiam C. D'O. in cuius margine haec Ἱστορία τῆς Κίρκης, sed depravatior et mutilata, proponitur: ibi mox ridicule μετὰ τοῦ φαγεῖν τὸν Κ. deinde, ἀπελθόντες οὖν οὗτοι· tum, ὁ γοῦν Ὀδυσσεὺς εἰς τὴν τ. ἁ. ζ. paulo post, ἐπιχειρήσασα οὖν ἡ Κίρκη καὶ αὐτὸν (ita restitui pro αὐτῷ vel αὐτῷ priorum edd.) τὰ ὅμοια ποιῆσαι, οὐδὲν ἴσχυσεν· ἀλλὰ συνελθεῖν αὐτὸν ἐπεθύμησεν· ὁ δὲ καὶ ἐμίγη· καὶ

παῖδας αὐτῆς ἔσχον τὸν Τηλέγονον· ὑφ' οὗ ὕστερον κέντρον ἀνηρέθη· quae eo adscripsi, ut pateret, quantae labes saepe a festinantibus atque imperitis librariis inferri soleant, e quibus acumen vel sagacissimum vix evitatur. Hemst.

49, 35. τὸν Τηλέγονον recte Aldina. Omisit articulum Hemsterhusius.

49, 36. ἀνηρέθη κέντρῳ τρυγόνος] Vide scholiasten Homeri ad Odyss. *Λ.* v. 133. Parthenium Erotic. cap. III. et Sext. Empiric. adversus Mathem. cap. XII. p. 52. D. ubi eadem de morte Ulyssis historia, vel fabula traditur. Sextus Empiricus tamen narrat, Ulyssem non a Telegono, sed a Laro κέντρῳ τρυγόνος occisum esse. Kust. κέντρῳ τρυγόνος] Qui de mortis genere, quo Ulyxes extinctus est, tradiderint, plures indicavit vir excellentissimus I. A. Fabricius ad Sext. Empiric. p. 273. Praeterea vide Th. Galeum ad Parthen. p. 123. Hemst.

P. 50, 38. ἐπιφέρωμεν] Scribi debuerat ἐποίσομεν· nam κρεμῶμεν non est praesens subiunctivi, sed idem Attico more, quod κρεμάσομεν. Illa ἐρινεοῦ, quem vespertilionis in modum adglutinatus Ulyxes adprehenderat, ἐποχὴ sumta est ex Od. *Μ*, 432. Melanthii meritissimam poenam ad columnam suspensi graphice descripsit Poëta Od. *Χ*, 175. 193. Hemst. Liber Paris. ξίφος ἐπιφέρομέν σοι.

P. 51, 2. στόματι τῆς Χαρ. Paris.

51, 8. τὸν ἡδύοσμον] Nihil erat, cur Gelenium, cui τὸ ἡδύοσμον reponenti paruerunt posteriores, sequeremur, quum in A. et Fl. prostaret τὸν ἡδ. Dioscor. III. 41. Ἡδύοσμος, οἱ δὲ μίνθην, γνώριμον βοτάνιον· et Suid. in *Μίνθη*. Alibi neutrum genus scholiastes, quippe non minus frequentatum, posuit: ad Batr. v. 1107. *Μίνθη* δὲ τὸ παρ' ἡμῖν ἡδύοσμον· οἱ δὲ τὸν θύμον, ἢ κόπρον αἰγῶν. Hesych. *Μίνθα*, τὸ ἡδύοσμον, καὶ ἀνθρωπεία κόπρος. Idem: Ψώϊζος, ἄφοδος ὑγρά, ἢ ὄνθος, δυσωδία, καὶ ἣν καλοῦσι μίνθαν· οἱ δὲ αὐχμὸν, ἢ μόλυσμα· sanavimus adfectum locum et ma-

le tentatum. Apud Etymologum itidem in *Μίνθη* pro *μίθρον* rectius admitti *μίνθον* nemo, qui nostrum enarratorem legerit, inficias ibit. Vide Poll. VI, 68. et Seber. H. Stephani Ind. Thes. L. G. in *Μίνθα*. Quid illi spectaverint, qui *μίνθον* reddiderunt *τὴν ἴυγγα*, equidem ignoro, et peritioribus enodandum trado. Est autem *Κωμικὴ λέξις* liber comicorum vocabula complexus et declarans. Schol. Apollon. Rh. ad Argon. IV, 973 de orichalco quum diversas veterum opiniones exposuisset, addit: *οὕτως ἦν ἐν τῇ Κωμικῇ λέξει τῇ συμμίκτῳ·* neque aliud existimo *τὸ Κωμικὸν Λεξικὸν*, cuius mentionem fecit ad v. 1614. Auctorem Palamedem Etymologus indicat p. 145. v. 44. *Παλαμήδης ἱστορικὸς ὁ τὴν κωμικὴν λέξιν συναγαγών·* ubi miror historicum vocari, qui fuerit grammaticus, eoque titulo signetur a Suida: *Παλαμήδης, Ἐλεάτης, γραμματικός. Κωμικὴν καὶ Τραγικὴν λέξιν.* etc. Temporis, quo vixit, indicium Athenaeo debemus, a quo Dipnosophistis adnumeratur *ὁ Ἐλεατικὸς Παλαμήδης ὀνοματολόγος* X. p. 397. A. Idem sine dubio Palamedes, cuius auctoritate in verbis obscurioribus explicandis utuntur scholiastae Apollon. Rh. ad I, 704 III, 107. IV, 1563. et Noster ad Pac. et Vesp. ter quaterve. Hemst. Vide Boecklium praefatione ad schol. Pindar. p. XIX.

51, 14. Repone *οὕτως* ex Aldina.

51, 15. *ὁ γὰρ πταρμὸς*] Sic in A. et Fl. legitur, ac Suida; quod bene revocavit Kusterus, quum Gelenius et Portus sine causa dedissent, *πταρμὸς γάρ*. Hemst.

51, 20. *τῷ δυσριγεῖ*] Confer Geopon. lib. XVIII. cap. IX. Caeterum Suidas v. *Μίνθος*, ubi locum hunc descripsit, pro *δυσριγεῖ* legit *δυσεργήτῳ*, me non probante. Kust. *τῷ δυσριγεῖ τῶν τρ. πταρμῷ*] Retulit hanc totam adnotationem, quae sequitur post *ἢ καὶ ἄλλως*, in suum volumen, ordine solum mutato, Suidas: verum quae copulari debebant continua serie, *ἢ ἀνθρωπίνη κόπρος, μίνθος, ἧ χρῶνται* etc. apud eum male sunt divulsa. Quod autem pro *δυσριγεῖ* praefert *δυσεργήτῳ*, id quidem sine controversia mendosum est:

quanquam neque in scholiaste nostro scriptura sit illibata: nam unde pendet, aut quem commodum structurae nexum habet τῷ δυσριγεῖ τῶν τρ. πταρμῷ; Vitium dissimulat interpres Suidae, nec minus H. Stephanus Ind. Thes. in Δυσριγής. Verba quaedam ad implendam sententiam deesse liquet; quae ut adnumerare singula non possim, sensum tamen exhibere ex praecedentibus haud admodum est difficile: ergo tale quidpiam scripserit enarrator: ἢ χρῶνται παρατρίβοντες οἱ ποιμένες τοὺς μυκτῆρας, καὶ οὕτω βοηθοῦντες, vel ἀρήγοντες, τῷ δυσριγεῖ τῶν τράγων πταρμῷ· per stercus naribus adfricatum excitata sternutatione hircorum adfectioni, quam algoris intolerantes contraxerunt, medentur pastores: quod ideo notandum duxi, ne quis fallatur iungenda putans τῷ δυσριγεῖ πταρμῷ, quum τὸ δυσριγὲς τῶν τράγων alsiosa sit hircorum natura, cui sternutationes, ut iam ante dictum, provocando succurritur. HEMST.

51, 29. ἐν Ἐκκλησ.] v. 643. ubi idem infame flagitium notatur. HEMST.

51, 30. Irrepsit error ex Hemsterhusii editione. Recte priores editiones λείπει δὲ τὸ ὡς, ὡς ὁ Ἀρίστυλλος.

51, 31. ποιητὴν] Aristyllum poetam ignoramus: lege ποιητὴς, Aristophanes. Suidas brevioribus usus est scholiis. HEMST.

P. 52, 7. ἐντεῦθεν] Horum nihil aliud in C. D'O. quam δείκνυσιν ἐνταῦθα, ceteris neglectis. HEMST.

52, 22. τοῦ τε] Recte Kusterus edi iussit pro eo, quod in prioribus edd. erat τοῦτο. Dionysius ille quis fuerit, inter tot Dionysios a Meursio, Vossio et Io. Ionsio de Script. H. Ph. III. c. 8. recensitos, definire non est pronum. HEMST.

52, 23. ὑπὸ Κλέωνος πρ. Vide Thom. Magistr. v. Χαίρειν, Menag. ad Laert. lib. III. sect. 61. KUST.

52, 25. ὡς] Ita Kusterus ex A. et Fl. male Gelen. et Port. πῶς. HEMST.

52, 26. *περὶ τὴν σ. ἀσύστατον*] *Locum esse salebrosum* observat in margine sui libri Kusterus: mihi scholiastae mens satis videtur plana; disputat enim, ut Apollon. Alex. pr. p. 231. de usu infinitivi *χαίρειν* in hac epistolari formula, cuius rationem structurae legitimae repugnare monet, nisi quis imperativi vice Homerico more positum accipiat. Ex ea tamen parte vitium huic loco obvenisse suspicor, quod e duobus codd. in unum conflatae sint binae sententiae similis periodi, quarum alterutra fuerat omittenda hunc in modum: *λέγει δὲ* (Dionysius) *αὐτὸ κεῖσθαι περιττὸν, καὶ κατὰ τὴν σύνταξιν ἀσύστατον, εἰ μή τις αὐτὸ λάβοι* etc. vel, *ἐκ δὲ τῆς συντάξεως τοῦ λόγου φησὶν* (Dionysius) *ἀσύστατον, εἰ μὴ* etc. Homeri versus Il. *Δ*, 71. vide parvum scholiasten ad v. 64. HEMST.

52, 32. *ἐμφαίνεται . . . . χωροῦσι*] Haec etiam ora C. D'O. praefert plane eadem, nisi quod ibi sit *ἐμφαίνει*, ut ad v. 287. HEMST.

52, 35. *πένης ὢν*] *Ἦν* editionis Fl. correxit Gelenius, et priorum *τοῦτο* Kusterus, etsi sciam *τῷ χρᾶσθαι* sequiores Graecos accusativum aliquando iungere. HEMST. *πένης ὢν* liber Paris.

P. 53, 26. *αὐτὸν*] Sic Gelenius pro *ἑαυτὸν* A. et Fl. merito sequentibus eum Porto et Kustero. Contra statim illam revocavi orationis interpunctionem, quae, quamvis in utraque veteri ed. reperiretur, temere fuit a Gelenio mutata, *πρακτικὸν ἄκρως. καὶ ἀπειλητικῶς* etc. neque tamen *ἄκρως* genuinum arbitror, ut qui vix dubitem, quin a scholiaste scriptum fuerit, *ἀρείως καὶ ἀπειλητικῶς, Martis in morem, et comminatorio vultu.* Suidas: *Βλέπειν γὰρ ἄ. δ. μ' Ἄρη. ἐπὶ τῶν ὑπισχνουμένων παντὶ σθένει πράττειν* (Mich. Apostol. *συμπράττειν*, nihil amplius addens) *καὶ συνάρασθαι πρὸς βοήθειαν. Δόξεις με, φησὶν, Ἄρεα ὁρᾶν κατορθωτικὸν καὶ πρακτικόν·* ubi primum post *πρακτικὸν* illud *ἄκρως* non comparet: deinde *ἀντὶ τοῦ* perperam, ut puto, deest: tum laciniam ed. Florentinae, quod raro fit, excerptam vides. Notandum autem est, triplicem adferri interpretationem, unam alteramque pra-

vam, quae Frischlinum in errorem induxit; tertiam satis commodam: *βλέπειν* enim *Ἄρῃ* non inepte reddideris, *ἀρείως καὶ ἀπειλητικῶς βλέπειν πρὸς τοὺς βιαζομένους*. Hemst.

P. 54, 1. *οὐχ ἵστατο τοῦ δικ*] Sic infra ad Nub. v. 860. *οὐχ ἵστατο δὲ τῶν δικαστῶν ὁ μισθός*. Caeterum de mercede iudicum apud Athenienses vide etiam schol. infra ad Ran. v. 140. et ad Equit. v. 255. itemque Suid. v. *ὀβολοῦ* et v. *φεῦ*. et Iungermann. ad Pollucem lib. VIII. sect. 21. Kust. *ἵστατο*] Sic in A. legitur: ceteras edd. occupavit *ἵστατο* typorum error, qui a Kustero sublatus, *μετέβαλλον* praeterea mutante in *μετέβαλλε*· utrumque Iungermannus observaverat ad Poll. VIII, 20. n. 15. nisi quod hic *μετέβαλε* malit; quod equidem, utpote minus necessarium, non sum secutus: nam quid vetat, quo minus accipias? *Non constabat iudicum merces*, vel *salarium; sed id pro temporis ratione mutabant:* scilicet aut ipse populus Atheniensis, aut populi moderatores et demagogi. *Ἵστασθαι* in eadem re saepius usurpat, ad Nub. v. 860. ad Av. 1540. *οὐχ εἱστήκει δὲ · τοῖς τὸ τριώβολον*· Hesych. in *Δικαστικόν*· *οὐ μέντοι ἕστηκεν, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλως ἐδίδοτο*· quod ab Aristotele sumtum in Atheniensium Rep. scholiastes noster ostendit ad Vesp. v. 682. Hemst.

54, 5. *ὥστια*] Suidas habet *ὠστίας* in v. ubi priora huius adnotationis descripsit paulo plenius; posteriora totidem verbis in *Τριώβολον*, omissis *ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δέ*. Hemst.

54, 11. 12. Vid. Boeckh. Staatshaush. I. p. 247. Schoemann de comitiis p. 79.

54, 19. Codex *καταλήψαιμι παραχωρῆσαι τινί*. Correxit Schaeferus. *ἤ* Bastius addidisse videtur: exhibet enim uncis ( ) inclusum.

54, 21. *Βλεψίδημος*] Extat in margine C. D'O. sine ulla variatione; nisi quod ibi *κατὰ* vitiose scriptum pro *κἀκ*. Hemst.

54, 35. *οὐκ*] Negantem particulam, quae sen-

sum corrumpit, censeo delendam: optime iunguntur κουρεῖα et ἰατρεῖα, in quibus officinis loquacium rumigerulorum consuetus erat consessus. Eleganter Porphyrion ad Horat. I Serm. VII, 3. *Adeo ait divulgatum esse, quibus modis insectatus sit Persius Rupilium, ut et in tonstrinis haec et medicinis (tabernas medicantium* vocat enarrator Cruquianus) *narrata sint. Fere autem in his officinis otiosi solent considere, ac res rumoribus frequentatas fabulis celebrare:* in quibus melioris aevi reliquias haud difficulter animadvertes. HEMST.

54, 36. ἐργαστήρια ἦσαν τὰ κουρ. Paris.

P. 55, 1. Lege βαρβερεῖα et vide Ducang. BAST.

55, 9. ἐπὶ τοῦ πρ.] In Nub. v. 1178. Ἐπὶ τοῦ πρ. τ' ἐστὶν etc. ubi C. D'O. τ' ἔνεστιν, quod neutiquam adspernor: scholiastae γάρ ἐστιν itidem per metri legem consistere potest. HEMST.

55, 24. οἱ λέγοντες] Eadem fere leguntur in ora C. D'O. Λέγοντες · · · τὸ δὲ λέξας ἀντὶ τοῦ λέγε ψυχρόν· (ψυχρὸν, id est, οὐ καλῶς λέγουσι) ἔχει δὲ οὕτω· λέγε ὅτι φῆς ἀνύσας τοῦτο ποτὲ, τουτέστιν εἰς διασάφησιν καὶ τέλος ἀγαγὼν τὸν σὸν λόγον. HEMST.

P. 56, 2. προείρηται] Ad v. 69. HEMST.

56, 18. Σοφοκλεῖ] Aiac. Flag. v. 582. HEMST.

P. 57, 1. Πλ. Φαίδ.] Locus occurrit in Phaedone p. 67. D. hunc in modum scriptus: τελευτῶν . . . . μισεῖ τε πάντας καὶ ἡγεῖται οὐδενὸς οὐδὲν ὑγιὲς εἶναι τοπαράπαν· in scholiis quidem ὑγιὲς per errorem est omissum, quippe quod ad ipsam loquendi formulam pertineat: sequitur haud longe post in eodem dialogo p. 68. A. τελευτῶντες οἴονται σοφώτατοι γεγονέναι τε καὶ κατανενοηκέναι μόνοι, ὅτι οὐδὲ τῶν πραγμάτων οὐδενὸς οὐδὲν ὑγιὲς, οὐδὲ βέβαιον etc. et in extremo Cratylo: ὡς οὐδὲν ὑγιὲς οὐδενός. Comicus infra v. 871. HEMST.

57, 12. γάρ] Ita recte Fl. eam insecutae edd. καὶ· C. D'O. versibus interpositum habet: πρώην δὲ

χρηστὸς ὢν καὶ νῦν πανοῦργος ἐστί· vel ἦν, vel omittendum erat καί. HEMST.

57, 25. μάτην] Eam voculam quum suppeditaret Suidas in Κρώζει et Οὐκ οἶδ' ὃ κρώζεις, ubi scholiasten descripsit, non negligendam putavi. Elegans est ἄνω καὶ κάτω διαλέγεσθαι, *furtum ubique per omnem orationem ingerere et commemorare:* de cuius locutionis usu apud Platonem et Atticos vario dicemus alias. Hic enarrator D'O. C. distinctionem secutus est; alter recentior vulgatam probat ac defendit: in eo Fl. et B. Gel. ἀντὶ ὅτι· Portus immisit τοῦ. Dein ante Kusterum omnes, ἀντὶ τοῦ καθαστίζων οὖν etc. HEMST.

P. 58, 6. ἀποστερῶ] Extat in margine C. D'O. ex quo pro καὶ ἔλαβον veterum edd. reposui ἃ ἔλ. Kusterus dederat, ὃ ἔλ. HEMST.

58, 23. ἐπιφορτίζεσθαι] Apud H. Stephan. Th. G. L. T. IV. p. 127. Budaeus, ut ostenderet hoc verbum cum dativo iunctum valere nonnunquam metaphorica significatione, molestum esse, negotium exhibere, protulit hunc scholiastae locum. In ora C. D'O. notatum est: Ἵνα, ὅταν καταστῇς εἰς κρίσιν, συνηγοροῦντας αὐτοὺς ἔχω (forte melius ἔχῃς) διὰ τὴν δωροδοκίαν. Vide Etymol. in Ἑκατόμβη. HEMST.

58, 27. καταστὰς codex Paris.

58, 32. ἐξοδιάσας] Illud ἐξοδιάζειν recentioribus quidem Graecis perquam usitatum, sicut ex Du Cangii Gloss. M. et I. Gr. in v. Ἔξοδος compertum habemus; nam Meursium facile videas Gloss. Gr. B. in Ἐξοδιαστὴς rationem vocabuli minime percepisse: sed longe tamen vetustius, quam Viri Docti sibi persuaserunt, et magno intervallo aetatem eorum, quos citant testes, scriptorum superans, atque adeo veteri Graeciae non prorsus ignotum: ut enim taceam interpretem Graecum IV. Reg. XII, 12. πάντα ὅσα ἐξοδιάσθη ἐπὶ τὸν οἶκον, et v. 11. in ed. Compl. καὶ ἐξωδίασαν αὐτὸ τοῖς τέκτοσι pro ἐξέδοσαν, marmorea testamenti tabula monumentum egregium in Gruter. Inscr. Ant.

p. CCXVI. saepe suppeditat ἐξοδιάξει et ἐξοδιαζέτω· itidemque columna Sicula, quam mihi praestantiss. D'Orvillius a se descriptam ostendit: *Εἰς δὲ τὰν κατασκευὰν τᾶς στάλας ἐξοδιάξαι τὸ τριάκοντα μέρος*· unde iure colligas Doribus in primis hoc verbum fuisse familiare, minusque mireris, quoniam eadem erat Macedonum dialectus, ad Alexandrinos pervenisse. Hinc non solum in Glossis Ἐξοδιασμὸς, *erogatio*, sed etiam apud Artemidor. I, 59. *ζημίας τινὰς, ἢ δαπάνας ἀκαίρους, ἢ ἐξοδιασμοὺς τινὰς παρὰ γνώμην.* Ἔξοδον, a quo vocabulo ista proficiscuntur, nonnunquam ita sumi monstrat Hesychius verbis ad hocce scholion accommodatissimis: Ἀνάλωμα, ἔξοδος· et enarrator Theocriti Eid. XV, 35. — *πόσσω κατέβα τοι ἀφ' ἑστῶ* declarans, *διὰ πόσης ἐξόδου σοι κέκοπται ἀπὸ τοῦ ἑστοῦ.* Verum insignis est tabulae marmoreae, quam ante designavi, locus p. CCXVIII. *γραφέτω δὲ καὶ τὰν ἔξοδον καὶ ἔξοδον τὰν γινομέναν ἐπ' αὐτοῦ.* Ab εἴσοδος, εἰσόδιον similiter oritur εἰσοδιάζειν, quod praeter auctores a Du Cangio prolatos invenies IV. Reg. XII, 4. *Πᾶν τὸ ἀργύριον τῶν ἁγίων τὸ εἰσοδιαζόμενον ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου.* Ex his simul aberrasse Suicerum liquet, qui ἐξοδιάζειν putaverit esse proprie, sumtum ad exequias impendere. De λογαριάζειν vide Du Cangium, et Vetus Rationarium: rarius apud Suidam ἀπολογαριάζω ad exponendum ἀπολογίζω adhibitum, et a Cangio praetermissum. Hemst. Conf. Valckenar. ad Adoniaz. p. 339. C.

P. 59, 1. κλ. ἑλ.] Has solas voces ad explicandam ἱκετηρίαν habet C. D'O. Pro ἐρίῳ πεπλεγμένος Harpocrat. et Suidas posuerunt στέμματι ἐστεμμένος· plura dabit Ios. Wasse ad Sallust. p. 360. Quod autem huic proxime subiunctum est scholion, margini C. D'O. totum debetur; in quo corrigere non dubitavi, quae mendosius erant scripta, ἀπήλασαν et περιειλυμένος· nam περιειλημμένος a περιλαμβάνω minus placebat. In Plutarchi Parallelis ad finem reperies χορεύοντας ἀγροίκους Θαλλοῖς (statim φύλλοις) ἐλαίας ἐστεφανωμένους· nihil, ut opinor, aliud in illo libello, quod ad hanc rem pertineat. Hemst. περιπεπλεγμένος volebat Coraes ad Isocratem II. p. 144.

59, 5. *οὗτος ζωγράφος ἦν, ἔγραψεν οὖν τοὺς* codex Parisinus.

59, 7. *αὐτοὺς* addidi ex libro Parisino. Ex eodem l. 10. *δὲ* post *ἐχρῶντο* accessit.

59, 8. *ἀπηλάθησαν* Hemsterhusius.

59, 13. *Πάμφιλος ζωγράφος ἦν* etc.] Ad hunc locum scholiastae Palmerius in Exercitationibus pag. 787. 788. sequentia notavit: „Plures scholiastae ad haec verba (*τῶν Ἡρακλειδῶν οὐδ' ὁτιοῦν τῶν Παμφίλου*) multa commentati sunt, et alius per Pamphilum illum intelligit celebrem pictorem, qui Heraclidas supplices depinxerat in quadam porticu Athenis: quod videtur satis verisimile. Nam comicus de iis loquitur tanquam de re visibili, cui comparari possit alia res, quae videtur, dum ait, *ὁρῶ τιν' ἐπὶ τοῦ βήματος*. Alter Pamphilum ait fuisse tragicum poetam, qui drama fecerat *Ἡρακλεῖδαι*: sed ab altero reprehenditur eo quod Pamphilus ille tragicus posterior fuit Aristophane. Alius denique ad ea verba haec *ἄτοπα* commentatur: *ὁ Πάμφιλος οὗτος εἷς ἦν τῶν Ἡρακλειδῶν*, etc. *Pamphilus ille unus erat ex Heraclidis, filius quidem Aegimii, frater vero Dymai et Dori, a qua tribus Lacedaemone, Pamphilenses et Dymenenses et Dores; a qua Dorienses, qui quidem primum habitantes Pindum, quae una erat ex urbibus Tetrapolis, quae est ad Euboeam, migrarunt Doridem, quae est inter Oetam et Parnassum, sex urbibus habitatam: sunt autem Erineum, Cytinium, Boeum, Lilaeum, Carphaea, Dryope.* Hic locus multum me exercuit; multa movi, ut lucem afferrem his tenebris, sed incassum: nam tandem animadverti, haec esse non commentaria, sed monstra chronologica et geographica. Nam ait de tribu illa, quae Lacedaemone erat et vocabatur *Δωρεῖς, ἀφ' ἧς οἱ Δωριεῖς*, etc. quid absurdius in ratione temporum dici potest? Nam Dores qui Erineum et Cytinium et Boeum habitabant, antiquiores fuerunt Hercule, qui Aepalium eorum regem a Dryopibus pulsum in regnum reduxit. At Heraclidae centum post Herculis mortem aut circiter annis Lace-

daemonem occupaverunt, quod a nemine ignoratur, et videtur ipse qui haec scripsit palinodiam cecinisse, dum ait Hexapoli, quae est inter Parnassum et Oetam, Heraclidas cum iis, qui ex Attica migrabant, Lacedaemonem venisse. Ideo nescit quid sibi velit. Nec minus in geographicis peccat, dum Pindum ponit ἐν Τετραπόλει ἐπ' Εὐβοίᾳ. Nam omnes qui de ea Tetrapoli tractarunt nunquam de Pindo mentionem in ea fecerunt, sed quatuor urbes, quae eam Τετράπολιν constituebant, fuerunt Marathon, Probalinthus, Oenoë et Tricorythus. Sed originem erroris video. Secutus est hic scholiastes errorem codicum Diodori, ubi legitur lib. IV. καὶ κατῴκησεν ἐν Ἐχινέῳ καὶ Κυτινίῳ καὶ Εὐβοίᾳ, ubi legendum est ἐν Βοίῳ. Doriensium enim Tetrapolis quatuor urbibus celebris erat, Erineo, Pindo, Boeo et Cytinio. Vide Thucydidem lib. I. Scymnum Chium in Periegesi v. 593. Strabonem, Plinium, Stephanum et alios." Haec Palmerius recte. KUST.

59, 16. ἐμφύλιον μῖσος] Non quadrat: mihi vix dubium est, quin legendum sit, ἔμφυτον μῖσος· quod ipsum aliunde profertur a Suida. De Pamphilo pictore scholiastae nostri locum adhibuit Fr. Iunius in Catal. Artif. Clariss. P. Burmann. ad Quinctilian. I. O. III, 6. p. 247. in suspicionem incidit plane singularem, Ciceronem de Orat. III. §. 81. *forte alludere ad pictorem Pamphilum, qui cum supplices Heraclidas Atheniensibus in porticu pinxisset, recte* in infulis pinxisse artem Rhetoricam *dici posset, quia forte tanta arte supplicantium figuras expresserat, ut quasi artis rhetoricae praecepta ex pictura et eorum vultibus et infulis possint deprehendi.* Hoc ego tam subtile, qua sum ingenii tarditate, nullus capio. HEMST.

59, 26. Εὐρ. δὲ δεδιότες] Illud δὲ, quod in priscis edd. a sequente syllaba subreptum aberat, huc immisit Kusterus, idque iure merito. Ἡρακλέους θυγάτηρ, quam modo scholiastes commemoravit, est sine dubio Macaria, quae pro salute fratrum Atheniensiumque mortem voluntariam subire non detrectavit. Pausan. I. p. 80. Zenobius autem c. II. n. 61. et schol.

Aristoph. ad Equ. v. 1148. ipsis fere verbis conveniunt cum Apollodoro II. p. 151. Cui non lecti sunt Euripidis Heraclidae? Hemst.

59, 35. οἱ καταδικαζόμενοι] Quid haec sibi velint, non prorsus quidem est obscurum: sed oratio tamen minime plana, dum ex plenioribus scholiis excerpitur, pluribus omissis vitium contraxit: mendosum est et commodam structuram respuit τῷ ἐγκλήματι· forte τῶν ἐγκλημάτων· nam λόγον ὑπέχειν est *causam sustinere, ad rationes reddendas in iudicium vocari:* vide Budaeum C. L. G. p. 173. Hemst.

P. 60, 1. Οἵτης] Prave Fl. ἥτις· turpem maculam sustulit Gelenius. Hemst.

60, 5. Θέλοντι δὲ Παμφίλου] Se, quid haec sibi velint, non videre Kusterus fatetur, et, quia cum praecedentibus nullam habeant connexionem, nec sensui quicquam sit decessurum, ea delenda censet. Palmerius, ubi hanc ἄτοπον, ut ait, commentationem diu multumque versavit, tandem de hoc scholio lectorem audacter pronunciare iubet, οὐδὲν ὑγιές· neque iniuria, si ad explicationem versus Aristophanei pertinere putes: verum si suo loco, unde huc per vim migrare iussum fuit, legatur, nihil minus quam absurdum videbitur. Scilicet eruditissimis viris imposuit ineptus aliquis, sive is fuerit ipse Fracinus, sive alius, qui eximiam vetusti enarratoris observationem ad Pindari *Π. Α,* 121. Θέλοντι δὲ Παμφύλου Καὶ μὰν Ἡρακλειδᾶν ἔκγονοι etc. comici verbis, quibuscum plane nihil habent commune, illustrandis conducere stulte sibi persuasit: Πάμφιλον, ut exactius Aristophanis vel pictori vel poëtae tragico responderet, scripsit, quem omnes Πάμφυλον appellant cum fratre Dyma, Dymane, vel Dymante Aegimii filium: Pausan. II. p. 176. Apollodor. II. p. 155. neque aliter Pindarus eiusque scholiastes, et Stephanus in Δυμᾶν. Ergo minus accuratum, quod de suo largitus est, εἷς τῶν Ἡρακλειδῶν· quanquam utrique cum Heraclidis ad occupandam Peloponnesum profecti tradantur. Nunc utrumque scholiasten paucis conferre lubet, ut, quid noster ille acutulus in

altero corrumpendo sibi indulserit, patescat. Tale est ad Pindarum adnotationis initium: *Πάμφυλος καὶ Δύμας καὶ Δῶρος υἱοὶ Αἰγιμιοῦ· ἀφ' ὧν Παμφυλὶς καὶ Δυμανὶς φυλαὶ ἐν Λακεδαίμονι·* isti Doro, ne tribu a se orta miser careret, prospexit noster, posterosque tribuit *Δωρεῖς*. Ego Dorum Hellenis filium, itemque alium Neptuni cognitos habeo; Aegimii nullum, quippe qui, teste Stephano, *ἔσχε δύο παῖδας Πάμφυλον καὶ Δυμᾶνα, καὶ τὸν τοῦ Ἡρακλέους Ὕλλον ἐποιήσατο τρίτον, χάριν ἀποδιδοὺς ἀνθ' ὧν Ἡρακλῆς ἐκπεπτωκότα κατήγαγεν.* Quocirca res ipsa diligenter considerata refingi iubet, *Πάμφυλος καὶ Δύμας Δωριεῖς, υἱοὶ Αἰγιμιοῦ.* Sequitur paulo post, sed alterius scholiastae: *Οἱ Δωριεῖς οἰκοῦντες πρ. τὴν Π. μ. οὔ. τῆς τ. τῆς ἐν Περεβοίᾳ, ἀφ. εἰς τὴν μ. Οἴτης καὶ Παρνασσοῦ Δ. ἐξ. οὖσαν· ἔστι δὲ Ἐ. Κ. Β. Λ. Κάρφαια* (*Σκάρφεια* restituit Berkel. ad Stephan. in *Αἴλαια·* ego ferme malim *Σπερχείαν*) *Δ. ἐκ δὲ τούτων σὺν τοῖς Ἡρακλείδαις εἰς Λακεδαίμονα κατέρχονται·* ubi primum facinus improbum admisit comici scholiastes, qui ista praecedentibus adglutinaverit inserto *ἀφ' ἧς*, scilicet *φυλῆς*, atque ea ratione vere monstrum nobis chronologicum ediderit. Deinde pravum illud *ἐπ' Εὐβοίᾳ*, cuius erroris originem detexisse sibi videbatur Palmerius in corruptis Diodori codicibus IV. p. 187. D. in quibus sine controversia vitiose legitur *Εὐβοίᾳ* pro *καὶ Βοίῳ*, longe aliud remedium postulat: quum enim in Pindari scholiasta scribatur *ἐν Περεβοίᾳ*, inde levi negotio conficere licet *ἐν Περραιβίᾳ·* atque ita non multo inferius, *Πίνδος δὲ Περραιβίας ὄρος* pro *Περρεβοίας*, vel *Περραιβοίας*, quod una tantum litera vitiatum extat in Theocriti enarratore ad Eid. I, 67. sed optime lectioni restitutae patrocinatur ipse Pindari schol. ad *Π. Θ*, 27. *Πίνδος γὰρ ὄρος Περραιβίας· (Περραιβίας) ἡ δὲ Περραιβία τετράπολις τῆς Θεσσαλίας·* ubi Perrhaebia nobis occurrit Thessaliae tetrapolis, haud sane diversa ab ea, quam hic commemorat, tetrapoli *τῇ ἐν Περραιβίᾳ·* nihil itaque minus est intelligendum, quam, quod Palmerius existimabat graviter scholiasten incusans, tetrapolis Attica; de qua si forte cogitasse credatur Aristophanis enarrator ob mendosam scripturam *ἐπ' Εὐ-*

βοίᾳ et Atticae mox factam mentionem, tanti erroris certe prorsus inmunis est Pindari scholiastes. Meminit etiam Doricae tetrapoleos loco valde notabili Strabo IX. p. 654. Inter utrosque Locros *μέσοι Δωριεῖς· οὗτοι μὲν οὖν εἰσὶν οἱ τὴν τετράπολιν οἰκήσαντες, ἣν φασιν εἶναι μητρόπολιν τῶν ἁπάντων Δωριέων· πόλεις δὲ εἶχον Ἐρινεὸν, Βοῖον, Πίνδον, Κυτίνιον· ὑπέρκειται δ' ὁ Πίνδος τοῦ Ἐρινεοῦ· παραῤῥεῖ δ' αὐτὴν ὁμώνυμος ποταμὸς ἐμβάλλων εἰς τὸν Κηφισσὸν οὐ πολὺ τῆς Λιλαίας ἄπωθεν· τινὲς δ' Ἀκύφαντα λέγουσι τὸν Πίνδον.* Pindi nullum in hac regione vestigium apud reliquos omnes inveniri miror: nam Melae verba II. c. 3. n. 58. *in Doride Pindus, et iuxta situm Erineum*, in quibus emendandis solitam ingenii modestiam non approbavit magnus Pintianus, quum in omnibus, quae viderit, exemplaribus abesse testetur Is. Vossius, pro spuriis et ex Strabone suppositis habenda verosimillimum videtur. Quare dubito, an decipi se passus fuerit vir accuratissimus, et, quae scriptor aliquis vetustus de tetrapoli Perrhaebica tradiderat, ad hanc posteriorem Doricae gentis sedem transtulerit: cui nostrae suspicioni mirifice favet Pindari schol. Praeterea Ἀκύφας a Stephano describitur *πόλις μία τῆς Δωρικῆς τετραπόλεως*· qua quidem loquendi ratione neque in Ἐρινεὸς, nec in *Κυτίνιον* fuit usus: inter Ἀκύφαντα vero et Homeri *Κύφον* Il. *B*, 748. nullum aliud discrimen statuo, nisi diversam vocum formam: parvus schol. *πόλιν περὶ τὴν Περραιβίαν* exponit, et Straboni *Κύφος Περραιβικὸν ὄρος ὁμώνυμον κατοικίαν ἔχον* IX. p. 675. A. nam quod Stephanus duplicem facit, Perrhaebicam alteram, alteram Thessalicam, errore non vacat: huic autem idem atque Pindo contigit, ut montis, fluvii, oppidique iuxta siti nomina non discrepent. Iam Dorienses variis acti casibus alias ex aliis sedes habuerunt; antiquissimas circa Ossam et Olympum in Doride, quae postmodum Histiaeotis dicta: inde pulsi Perrhaebiam Pindumque incoluerunt, Macednorum quoque nomen gerentes: idcirco ex veteribus ad Lycophronem scholiis Tzetzes v. 1388. *Δάκμων, ὄρος Περραιβίας, ἔνθα ᾤκουν Δωριεῖς*· neque alibi quam his in locis est collocanda *ἡ τετράπολις ἡ ἐν Περραιβίᾳ*, ex qua tandem

devenerunt *ἐς τὴν Δρυοπίδα*, quae Pindari scholiastae dicitur *ἡ μεταξὺ Οἴτης καὶ Παρνασσοῦ Δωρὶς ἐξάπολις οὖσα* in sex urbibus numeranti *Δρυόπην*. Migrationes Doriensium, quas proposui, fide nituntur Herodoti, testis inprimis idonei, I. c. 56. cum quo fere conspirat Andron citatus a Strab. x. p. 729. A. et Stephano in *Δώριον*. Ex his demum postremis sedibus profecti cum Heraclidis partem Peloponnesi occuparunt: idcirco Thucydidi *Δωριεῖς ἡ μητρόπολις τῶν Λακεδαιμονίων* I, 107. III, 92. qui quando tres tantum eorum urbes cum Diodoro recenset, Boeum, Erineon, et Cytinium, id scilicet indicio est, reliquas iam tum avulsas in alienam ditionem concessisse. Mitto errores Meursii Miscell. Lacon. III, 9. IV, 6. aliorumque: haec a nobis in transcursu duntaxat breviter delibata: res enim est maioris operae, quam quae arctis notularum limitibus includi possit. Denique stupor enarratoris nostri ad finem importune inseruit, *ἀναχωροῦσιν ὁμοῦ ἐκ τῆς Ἀττικῆς*, quibus apud Pindarum eiusve scholiasten nihil extat simile. Neque tamen propterea negavero, quosdam Atticorum Heraclidis fuisse comites susceptae in Peloponnesum expeditionis: nam ita Tzetzes scribit ad Lycophr. v. 1388. *μετέσχον γὰρ καὶ Ἀθηναῖοι τῆς ἀποικίας τῶν Ἡρακλειδῶν*. Nunc difficultates, quae praestantissimos homines impediverant, levatas arbitror. Hemst.

60, 18. *Ἡρόδοτος*] Hoc scholion a Suida descriptum in *Ἀπαρτὶ*, qui pro *στάδια δύο* praebet *στάδιοι ο* sive *ἑβδομήκοντα*. Herodoti me locus, aeque ac Gatakerum et Kusterum, hactenus fugit. Idem Gatakerus, quod ex Pherecratis Crapatallis adfertur, mancum et incertum esse monet: hariolari ergo licebit: - - - - *A. φράζε μοι. B. Ἀπαρτὶ δήπου προὔλαβον* - - - - qui melius coniecerit, vatem eum perhibebo optimum. Hemst. Herodoti locum II, 158. indicarunt et scholion hoc emendarunt Porsonus et Dobraeus p. 103. De Pherecratis loco vide Iungermann. ad Pollucem VII. 152. et Lobeckium ad Phrynich. p. 21.

P. 61, 1. *ἡ ἑστία*] *Ἑστία θεὰ ἦν θυγ. Κρ.* Sic ora C. D O. qui in ceteris usque ad *φύλαξ* cum edd.

consentit. Mox impressum fuit, εἰς ὄν· quod tolerari poterat, si Graece diceretur εἴς τινα γράφειν pro *alicui adscribere:* ego vocalarum ordinem immutavi; *quem ad custodiam domorum pingunt;* ut modo de Vesta, ἣν ἐντὸς τῶν οἴκων ἔγραφον. HEMST. ὄν εἰς Parisinus.

61, 7. λέγω] F. λέγεις. In libro quem scriba transscribebat, voci Ἑστίας verbum λέγεις, ut a poeta scriptum, male adhaerebat. Id librarius dicit se delevisse: recte enim habuit pro additamento glossatoris, quod debebat ἄνω κεῖσθαι, i. e. superscriptum esse voci Ἑστίας. SCHAEFER.

61, 12. Lubrica emendandi via in scriptis hominum, quos graece magis balbutire quam loqui dicas. Interim suspicor legendum esse, ἐφ' ἕκαστον ἔπος περιτρέπειν — περί του. SCHAEFER.

61, 22. δεῖ] A. Fl. et BG. δί. Portus δεῖ· atque ita Suidas scholiastem describens in Νῷ· additur in C. D'O. ἡμᾶς. HEMST.

61, 25. ἔπρεπε] ἔβλεπε. SCHAEFER.

61, 30. οὐκ ἀληθῶς] Clariss. L. Bos Anim. c. III. p. 14. positis scholiastae verbis subiicit: *quod postremum* (οὐκ ἀληθῶς) *etiam interrogative scribendum:* quid causae habeat, cur ita scribi velit, prorsus ignoro. Praeterea: *alii forsan pro* οὐκ ἀληθῶς *legent potius* οὐκ ἄλλως· inter illos alios ego quidem censeri nolim, ut qui scholiasten monere videam ἐτὸς idem esse, quod ἐτῶς contractum ex ἐτεῶς· ἐτεὸν autem, praesertim apud Ionas ac Dores, est ἀληθές· Suidas ἐτῶς in ipso hoc Aristophanis versu dedit. Ceterum plane sunt aliena, quae vir doctus adversus emendationem summi Bentleii certissimam ibi disputat: *non scit an ullibi reperiatur* μὰ τὴν, *uti* μὰ τόν· quid si nusquam? an manifesta ratio, et forma loquendi par atque eadem propterea reiicietur? At res salva est: Hesychius habet in Ναὶ τάν, illudque μάτην hactenus mendosum in Theophilo apud Athen. p. 472. E. refingi debet in μὰ τήν. HEMST.

62, 14. ᾠκονόμουν typothetae culpa excusum pro ᾠκονομούμην.

62, 15. Paris. καταθύσειν.

62, 22. τοῦτο τὸ νῦν ex Hemsterhusii editione. Repone ex Aldina τοῦτο τὸ νυν.

62, 22. καθ' ὁμαλισμόν] ὁμαλισμὸς a grammaticis dicitur, cum vox aliqua non cum tono vel accentu, sed absque eo, velut appendix alterius, pronuntiatur, quod encliticis sic dictis contingit. Vel etiam cum vox quaedam eodem cum caeteris tenore absque figura interrogationis vel exclamationis pronuntiatur. Nam figurae eiusmodi faciunt ut vox aliqua tono et pronuntiatione prae reliquis emineat: quod contrarium est τῷ ὁμαλισμῷ, utpote quod proprie *complanationem* vel *aequationem* notat. Confer etiam scholiasten infra ad Ran. v. 490. ubi τὸ κατ' ἐρώτησιν et καθ' ὁμαλισμὸν inter se opponuntur. Kust.

62, 27. παρὰ Σοφοκλεῖ] Aiac. Flag. v. 87. Hemst. νῦν τε περισπ. — χρονικόν· ὃ μακρὸν ἀεὶ Paris.

62, 35. παράδοξον] Ultra hanc vocem Suidas in Θερμὸν non procedit. Cur εὐκίνητον exponat schol. rationem dabit Etymol. p. 447. v. 30. et p. 453. v. 44. ταύτῃ γοῦν τοὺς μὲν ταχεῖς θερμοὺς λέγουσι, τοὺς δὲ βραδεῖς ψυχροὺς· vide ad v. 561. Παρελθεῖν, παριέναι, προέρχεσθαι, in scenam prodire, quod pluribus explicatum ad Lucian. p. 33. Hemst.

P. 63, 15. τὴν διὰ τῶν Ἐ. Α. ὑπόθ.] Vide Stanleium ad Tit. Eumenid. Aeschyli. Hemst.

63, 17. Εὐριπίδης] Orest. v. 261. unde versus, qui pedibus laborat, hunc in modum est reficiendus: Ἰοργῶπες, ἐνέρων ἔρεσιαι, δεινὰι θεαί. Νεοτέρων nihil aliud, quam verae lectionis interpretatio. Hemst.

63, 24. εὕρηται γὰρ καὶ Paris.

63, 26. οἷον] Forte melius οἵαν. Hinc pertinere putat Kusterus, quae scripsit Suidas in Τραγῳδικόν· ego secus existimo. Hemst.

63, 27. *βλέπεις* typothetae error pro *βλέπει*.

63, 32. *εἰσήγοντο*] *εἰσήρχοντο* Suid. in *Τραγῳδία*, ubi plura quaedam hinc sunt excerpta: nihil interest, utro modo scribatur: scholiastae maneat suum *εἰσήγοντο*· paulo ante: *οἱ ποιηταὶ εἰσάγουσι*· quod frequentissimum; nam quod supra dixit, *Ἐριννύας εἰσφέρειν*, multo minus est usitatum. Mox dedi *τῷ ἀλλὰ* pro *τοῦ* omnium edd. Hemst.

63, 35. Codex *δεικνῦντες*.

P. 64, 3. *ἀντὶ τοῦ κάπηλιν*] Sine ulla fere mutatione descripsit Suidas in *Πανδοκεύτρια*, et posteriorem partem in *Καπηλίς*. Originem vocis *ἄμπελος* non dissimilem tradidit Etymol. p. 86. v. 37. ubi delenda particula negans, *ἡ ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ τὸν πηλὸν*, quum edatur, *ἡ μὴ ἔχουσα*. Hemst.

64, 8. *καπήλισαν*. H. e. *καπήλισσαν*.

64, 9. *τοῦ ὠοῦ*] In edd. abfuit *τοῦ* non minus hic necessarium, quam in eo, quod sequitur, *τὸ ξανθὸν τοῦ ὠοῦ*, vel *τὸ τοῦ ὠοῦ ὠχρὸν*, ut est apud scholiasten Lexiphanis Lucianei. De utraque *λεκίθου* potestate vide Foesii Oecon. Hippocr. Horum minimam partem, ceteris vel neglectis, vel in suo libro non repertis, lexico Suidas inseruit. Hemst.

64, 14. *ἐν Λυσιστράτῃ*] V. 561. Haec inde metri causa corrigenda duxi: in prioribus enim edd. legebatur *νὴ τὸν Δί' ἔγωγ' οὖν*, quod *τὸν* retineri nequit, nisi *οὖν* abieceris; *φιλαρχοῦντα*, et *ἐφ' ἵππῳ*· quod tamen relinqui potuisset, etiamsi Perizonius in Aelian. V. H. I, 30. *ἐπὶ ἵππῳ* contra MSS. mutari voluerit in *ἐφ' ἵππων*. Hemst.

64, 19. *ὀσπριόπωλιν* in cod. Dorvill. eum in modum est scriptum, ut discernere non liceat utrum *ὀσπριοπῶλις* sit, an mendose *ὀσπριοπῶλησαν* pro *ὀσπριοπωλήσασαν*. Hemst.

64, 21. *ἀγγῦα* codex.

64, 27. Leg. *λέγετε, ὅτι οὐκ*. Schaefer.

64, 36. *ὀγκίνοι*] Fefellit Kusterum, quae in hac voce apud Suidam leguntur, hinc esse depromta: in *Βάραθρον* vero scholion integrum comparet: adi H. Vales. ad Harpocr. p. 30. De *ὀγκίνοις* et *uncinis* in utroque Glossario Du Cangius. HEMST.

P. 65, 3. *ἀκαρπίας*] Kusterus adnotavit: melius scribetur *ἀκαρπίαν ἐπέπεμψε*. Contenti sumus verbo simplice: singularem in nomine non hic tantum, sed statim etiam Suidas agnoscit *διὰ χρησμοῦ*· utrumque rectius: nec aliter in *Μητραγύρτης*, ubi eadem in barathrum coniecti Phrygis, ex diversis tamen auctoribus, historia narratur: *λοιμοῦ δὲ* (*λιμοῦ* potius, qui sequitur *ἀκαρπίαν*) *γενομένου ἔλαβον χρησμὸν, ἱλάσασθαι τὸν πεφονευμένον*. HEMST.

65, 15. *γυνὴ*] In Fl. *πιπράσκουσα δηλοῖ ἀπὸ τοῦ* etc. Interpunxerunt B. et G. *πιπράσκουσα. δηλοῖ* etc. Kusterus *πιπράσκουσα δηλοῖ· ἀπὸ τοῦ*· nullius est pretii *δηλοῖ* culpa librarii natum: cuius in vicem eo confidentius supposui *γυνή*, quia sic plane legebatur in C. D'O. Pro *τελοῦν* praecedentium edd. *δολοῦν* optime coniecerat Kusterus, quod revocare non dubitavi: firmat C. D'O. in quo una tantum litera vitiata *δηλοῦν*. *Δολοῦν τὸν οἶνον* est apud Lucian. *τὰ ἔρια* Poll. VII, 169. *βαφὴ γνησία, ἀλλ' οὐ δεδολωμένη* Aelian. de Anim. c. XVI, 1. HEMST. Codex Paris. plane *πιπρ. γυνὴ* et *δολοῦν*. Deinde; *ἤτοι τὸν οἶνον, ὡς καὶ ἄμπελος ἡ ἔμπηλος οὖσα. καπηλὶς — ὑπηρέτις*.

65, 23. *ταῖς μεταφοραῖς*] Nunc sollicitandum, quod aliquando putavi, non videtur: intelligo mensurarum subdolas immutationes: illa caupona Blepsidemum minorem pro maiore mensura subiiciendo deceperat. HEMST.

65, 33. Parum apparet *ἰσχὺν* ante *ἰσχύον* scriptum sit. BAST. In hoc v. suspicor latere *ἰσχίον*. Conf. Homer. Il. V. v. 305. sq. SCHAEFER.

P. 66, 12. 13. *καὶ ἐστι* et *καὶ ἐστιν* Hemsterhusius Recte Aldina *καὶ ἔστι* et *καὶ ἔστιν*.

66, 16. *ἔν τινι τρόπῳ*] Glossator videtur ante oculos habuisse alteram scripturam, *οὐδαμῶς*. Schaefer.

66, 18. *ἢ μᾶλλον* etc.] Pro his Suidas in *Ἐξωλέστερον, ἢ χεῖρον*. Hemst.

66, 24. *Θ. ἐν πρώτῳ*] C. 29. ubi vide Ios. Wassium. Suidas utrumque comici nostri et Thucydidis locum protulit. Hemst.

66, 28. *ἔρημος*] Excerpsit, quod a Kustero non animadversum, Suidas in V. omissis, *ὃ σημαίνει τὴν γῆν*. Eadem fere in Etymologo, sed ab recentiore manu adiecta, in V. *Ἐρημία*.

66, 34. *παρ' Εὐριπίδῃ*] Hecub. v. 1057. Vide schol. ad v. 1075. Hisce non dissimilia tradit Thom. Mag. in *Ὅποι*. Hemst.

P. 67, 3. Codex *αὐτήν*. Correxit Hemsterhusius.

67, 6. Voci *ὅπλον* pro *lorica* locus concedi debuerat in Glossario M. et I. Graecitatis. Sic apud Mauricium in Strat. atque alios usurpatur. Hemst.

67, 8. *δῆλον ὡς* etc.] Eos ferit haec observatio, qui ab Atticis *ἐνέχυρον* singulari numero usurpari negabant: Thom. Mag. in V. Suidas ordinem invertit: *οὐ μόνον ἐνέχυρον φασὶν, ἀλλὰ καὶ ἐνέχυρα*. cetera nostri scholiastae fideliter ab eodem exscripta. Hemst.

67, 14. *εἰκότως*] Haec parum diversa praebet margo C. D'O. *Εἰκότως εἶπε τ. καὶ οὐ τ. δ. ὡς οἱ πέντητες διὰ παντὸς δανείζονται*. Hemst.

67, 17. *περισπῶσι*] Suidas in *Τρόπαια, προπερισπῶσι*, et pariter Etymol. p. 769. v. 16. Ceterum haec tantum priora usque ad *προπαροξύνουσιν* habet Suidas: tum explicationem addidit, quae sit *ἡ παλαιὰ Ἀτθὶς*, quae *ἡ νέα*· quod an olim in nostris scholiis itidem extiterit, haud scio. Comici locus in Thesmoph. v. 703. Hemst. Vide Gregor. Corinth. p. 20 — 22. et Dobraeum ad h. l. p. 108.

67, 22. *ἢ τοῦτο*] Ante nos in cunctis edd. legebatur, *παρὰ σφίσι τοῦτο*, ubi sensus nullus constat,

quem particula reducta concinnavimus: *equidem existimo*, inquit enarrator, *secundum analogiam illud magis cum accentu circumflexo, quam hoc proferri.* HEMST. In annotatione 1) textui subiecta pro *Iunt.* lege *Ald.*

67, 24. ἔστι δὲ τρ.] Haec itidem in ora C. D'O. leguntur, sed eiusmodi mendis infecta, quas notasse operae non sit. HEMST.

67, 31. καθάρματα ἐλέγοντο] Confer scholiasten infra ad Ran. v. 745. KUST.

67, 32. λοιμοῦ] Obtemperavi Kustero, maxime propter ἢ τινος ἑτέρας νόσου· non aliter apud Thomam in Καθάρσια, ἐπικειμένου λοιμοῦ, ἢ ἄλλου κακοῦ τινός. Ante legebatur λιμοῦ· inimicae voces altera saepius alteram subsedit. De καθάρμασι praeter alios L. Bos in I. ad Cor. IV, 13. qui scholiastae locum non praeteriit. HEMST.

67, 34. φλέγκεσθαι codex Dorvill.

67, 35. βδελύματα codex Dorvill.

P. 68, 4. τὸ λοιδοροῦμαι παθητικῶς δοτικῇ συντ.] Suidas contra: *Λοιδορῶ, δοτικῇ. τὰ δὲ παθητικὰ, αἰτιατικῇ*: cui magnus Salmasius ad Achill. Tatium p. 725. potius credendum esse putat quam scholiastae nostro: sed male. Nam recte scholiastes censet, λοιδορεῖν cum accusativo, at λοιδορεῖσθαι cum dativo construi debere; quod exemplis tum ex aliis scriptoribus tum etiam ex comico nostro prolatis abunde demonstrari potest. Vide saltem indicem nostrum v. λοιδορεῖν. Apud Lucianum tamen in Icaro-Menippo p. 209. edit. Amst. reperio, λοιδοροῦσι τοῖς πλησίον: quod rarius est et proinde notandum. KUST. δοτικῇ] Salmas. ad Achill. Tat. p. 725. corrigendum ait hic αἰτιατικῇ, infra δοτικῇ, atque adeo sedem mutare iubet utrasque voces: utitur autem vir summus ratione tali, quae festinationem scribentis palam faciat; nam, *si scribatur*, inquit, *ut vulgo est, sibi contraria diceret, ut nimirum* λοιδορεῖσθαι, *cum patiendi forma iungatur dativo, in agentis specie accusativum habere de-*

beat. Emendationem Salmasii non alio argumento impugnarem: sed video, quid virum magnum plus aequo properantem deceperit; ed. nimirum Genev. quae in ipso comici contextu expressit λοιδορεῖς. Suidae locus, quem idem adtulit, a Kustero resectus in editione novissima, quoniam scilicet eo MSSti Paris. carebant. Vulgarem scholiastae lectionem satis confirmat Moschopul. περὶ Σχεδ. p. 179. Λοιδορῶ καὶ λοιδοροῦμαι τὸ αὐτό· ὧν τὸ μὲν πρὸς αἰτιατικὴν ἔχει τὴν σύνταξιν· τὸ δὲ λοιδορουῦμαι πρὸς δοτικήν. Λέγεται τὸ λοιδορουῦμαι καὶ ἐπὶ παθητικῆς σημασίας· eundem vide in Ἐκλ. Ἀ. Ὀ. Quia tamen structura inter grammaticos erat controversa, ideo permutantur aliquando λοιδορεῖν et λοιδορεῖσθαι· veluti quod editur in Aristophanis Equit. v. 1271. λοιδορῆσαι τοὺς πονηροὺς, scholiastes et Suidas legunt λοιδορεῖσθαι· quanquam hoc intelligi possit, *mali si conviciis inpetantur.* In proximis habent pleraeque, εἰ καί τινες ἀγνοοῦντες λοιδορεῖς ἐντ. γρ. ineptum illud ἀγνοοῦντες e F. profectum ignorat A. quapropter delendum censui. Hemst. In codice Parisino scriptum παθητικῶς μὲν δοτ. συντ., ἐνεργ. δὲ αἰτ., ὃ καὶ ἀγνοοῦντες τινὲς λοιδορεῖς κ. τ. λ. Unde ὃ pro vulgato εἰ ascivi.

68, 21. ἐπιλαθοίμεθα] Haec sine distinctione sequentibus adiunguntur in A. et F. sed bene divisit Gelenius. Secundum scholion, modo sincerum fuerit, valde est obscurum. Hemst.

68, 31. ἐκ παραλλήλου] Adscriptum erat in C. D'O. supra αὐτοῦ· priores edd. τὸ αὐτὸ, quod mutavi. Hemst.

P. 69, 1. ἰστέον] Ut perspicuo documento constet, quantae difficultates nasci subinde soleant ex malefida librariorum negligentia, ponere non gravabor notam orae D'O. C. inscriptam: Ἰστέον ὅτι ἡ Ἀττικὴ ἔλληψις ἢ ἐν ἀρχῇ τίθεται· ὡς τὸ ὅπως μὴ ποιήσεις τὸ δὲ τοούμενον, ἔξωθεν τοῦ σκοποῦ ἦγουν ἐν τῇ μέσῃ· ὡς ἐνταῦθα· ἢ ἐν τῷ τέλει ὡς ἔχει. Ecquis a scholiaste vulgato destitutus istorum aut mentem adsequi potuisset, aut labes, praesertim partis ultimae, tam foe-

das expurgare? Atqui neutiquam est dubitandum, quin permulta his ipsis in scholiis non dissimili modo corrupta reperiantur, quorum sanatio, usque dum sinceriores libros nanciscamur, extra spem omnem est posita. Hoc autem genus elegans ellipseos illustrarunt, locorum Aristophanis atque enarratoris vetusti non obliti, H. Stephan. ad Xenoph. p. 116. v. 3. Animadv. in Corinth. de Dial. p. 21. L. Bos Ell. Gr. p. 247. 340. 343. HEMST.

69, 4. *Νεφέλαις*] V. 267. Statim in Pl. et B. Gel. pro *νοεῖται* errore consueto *νοεῖτε*. HEMST.

69, 8. *Ὁμήρῳ*] Il. *A*, 135. Thucydidis verba III, 3. hunc in modum eduntur: *καὶ ἦν μὲν ξυμβῇ ἢ πεῖρα·* vel C. D'O. nos admonuerit v. 216. 350. nihil esse frequentius in membranis, quam *εἰ*, *ἄν* et *ἦν* vicissim permutari. Notat autem scholiastes, *τὸ σχῆμα καλεῖται ἀνανταπόδοτον*, eundemque Homeri, quem noster, versum profert. Itaque primus Gelenius optime verum figurae nomen hic reposuit, quum perperam duabus literis minus legeretur in A. et Fl. *ἀνταπόδοτον*. HEMST.

69, 19. *πρότερον* referendum videtur ad *τὸ πρῶτον* versus praecedentis. SCHAEFER.

69, 30. *λέγοντας* si scripsit glossator, ante oculos aut habuit aut habere sibi visus est *ἁμαρτάνοντας*. SCHAEFER.

69, 36. *ἐφ' οἷς*] *Ἐν οἷς* Suid. in *Τύμπανα*, *βάκλα παρὰ τὸ τύπτειν· ξύλα, ἐν οἷς ἐτυμπάνιζον· ἐχρῶντο γὰρ ταύτῃ τῇ τιμωρίᾳ*. Probat, accedente Kustero, Gatakerus Adv. Misc. c. XLVI. p. 912. B. Suidam vicissim e scholiaste supplendum monens: neutrum mihi placet. Duplicem *τῶν τυμπάνων* potestatem noster enarrator tradit, primam equulei, sive stipitum ita constructorum, ut iis adstricti illigatique rei membris expansis distenderentur, totoque corpore plagis paterent: eo spectat, *ἐφ' οἷς·* alteram fustium, quibus caedebantur: solam posteriorem, seu de industria, sive quod verba scholiastae minus intelligeret, quod potius

credo, Suidas adnotavit: quapropter ut hic commode scripsit ἐν οἷς pro οἷς, sic ille non minus bene ἐφ' οἷς. Βάκλον, *baculum*, *fustis*: Io. Meurs. in Gl. GB. et Du Cangius. HEMST.

P. 70, 4. οἱ δὲ καλιόν] Bochartus Hierozoic. Part. II. lib. V. cap. VII. p. 709. hic emendat, οἱ δὲ κολλάριον: fretus auctoritate Hesychii et scholiastae nostri infra ad Vesp. v. 892. qui κλοιὸς per κολλάριον exponunt. Non damno quidem viri summi coniecturam, sed tamen leviori mutatione hic rescribi posse putem κλῳόν. Nam quem alii vulgo κλοιόν, Attici vocare solebant κλῳόν, teste modo laudato scholiaste ad Vespas. Suidas v. κύφων legit καλοιὸν, itidem corrupte. KUST. καλιόν] Καλοιὸν, Suid. in Κύφωνες, ubi haec pleraque descripsit, et schol. ad Pseudol. Lucian. p. 41. Κολλάριον Bochartus corrigit: Kusterus, etiamsi non damnet viri summi coniecturam, leviore tamen mutatione rescribi posse putat κλῳόν. Operam egregii Viri perdiderunt: mutari quidquam vetat Hesych. Κάλιον, κυνάριον, βακτηρίδιον. Κάλιος, τὸ δεσμωτήριον, καὶ ξύλον, ᾧ ἐδέοντο. Καλιῶσαι, πατάξαι. nam quod praecedit πράξαι, ex hoc verbo corruptum auguror, atque ideo reiiciendum; intellige vero *percutere fuste*, vel *ligno*, quod Graecis κᾶλον. Idem in Κύφων quae protulit, quanquam resectis pluribus sint imminuta, adeo parum a nostro scholiaste distant, ut ab eodem fonte uterque videantur hausisse: legendum autem, Κύφων, ὅπερ ἔνιοι κυνάγχην καλοῦσι· quod, si conferre libeat voces Κυνάγχη et Δερβίστης, vix in dubium vocari poterit: ad medicorum certe συνάγχην vel κυνάγχην nullum est, quo deducamur, in verbo κύφων vestigium. Ceterum Ez. Spanhemius Prob. Adnot. ad Iulian. Caes. p. 38. adhibuit hunc scholiastae locum, ut κλοιὸν explicaret. HEMST.

70, 8. τοὺς δ. ἀ.] Suidas: παρὰ τὸ ἀναγκάζειν τοὺς δεσμίους· reliquis usque ad ἀνανεύειν δύνασθαι omissis. Apud eum itidem desunt illa in fine scholii valde inepta: καὶ γὰρ τὸν κριόμενον ποιοῦσι κύφειν. HEMST.

70, 13. Ante *βοηθήσετε* videtur excidisse negans *οὐ*. SCHAEFER.

70, 30. *τῇ* ante *τιμωρίᾳ* addidit Hemsterhusius.

70, 30. *εἴθιστο*] Haec mendosissime legi inde satis apparet, quod nec structura verborum, nec sensus commode procedant: deserit autem nos Suidas, qui nihil ex his ultra *τὶ τοιοῦτον* excerpsit in *Τίμημα*. S. Petitus etiam ad LL. AA. p. 336. partem istorum adferens ab hoc ulcere tangendo prudenter sibi cavit. Sine dubio quaedam desunt, quibus integrandis absque MSS. ope nemo forte par fuerit. HEMST.

70, 36. In libro Parisino scriptum, *ἐπειδὴ ὀφείλεται τιμωρηθῆναί σε, ἐὰν ἡττηθῇς, τίνα κόλασιν ὑπόσχῃς. — πρὸ τῆς κρίσεως, ὡς τ. ἡττ. δοίη, ἐπιγράφειν δὲ, ἤγουν ἐπὶ τῇ πρ. — τοιάντε τιμωρίαν, ἢ βίου τύχως* (sic) *ἀφαίρεσιν ἢ κεφαλῆς.*

70, 37. *ὑπόσχῃς*] Ita Portus ad grammaticae normam edidit, quum in Fl. et B. Gel. extaret *ὑπέσχῃς*· nihil tamen est, unde pendeat *ὑπόσχῃς*, nisi pro *τίνα* simul scripseris *ἵνα*. Sed verius arbitror, *τίνα κόλασιν ὑφέξεις*. Mox *πρὸ τῆς κρίσεως* est a Gelenio: nam male Fl. *πρός*. Salmas. Obs. ad I. A. et R. p. 245. posuit, *ἣν τιμωρίαν ἡττηθεὶς δοίη*, vice *τοῦ ὡς*· scilicet Petito contentus sequentia non legerat, *ὡς καὶ τοιόνδε* etc. Est autem scholion hocce recens, et plane nugatorium, cuius auctor, dum formam iudiciorum apud Athenienses penitus ignorat, insulsam distinctionem comminiscitur inter *γράφειν* et *ἐπιγράφειν*, quasi hoc foret, *iterum litem aestimare* vel *taxare*, designato iam poenae genere, quod scilicet prius fuerat omissum. Heraldus Anim. in Salmas. Obs. ad I. A. et R. III. c. 1. §. 13. *haec non esse satis explicata, nec verbis admodum propriis* fassus, *ex iis tamen facile apparere* scribit *doctum illum grammaticum de publicis iudiciis agere, in quibus erat γραφὴ, et in ea τιμωρίας, id est, τοῦ τιμήματος ἐπιγραφὴ, poena autem capitis, vel bonorum ademtio.* Docti quomodo titulus huic homini conveniat, ipse viderit: in antiquorum, qui comici nostri fabulis enodandis operam

dederunt, grammaticorum numero plures esse largior, quibus egregiae doctrinae laudem minime negandam putem: sed ita per incogitantiam de scholiis istis saepe loquuntur eruditi, quasi unus aliquis grammaticus omnium esset conditor; quum mixtas habeamus, summoque studio discernendas, et optimae notae, et nullius pretii aevique serioris reliquias. Sensum vero, quem vir eximius, adversus Salmasium causae suae nimis serviens, inepti scholiastae verbis adfingit, vereor, ut quisquam alius in iis reperiat. Hemst.

P. 71, 11. *ἀρκοῦντας*] Suidas adlatis comici verbis exscripsit in *Ἰκαρός*. Hemst.

71, 22. *ἀντὶ τοῦ, ἀποθ.*] Primum, quae C. D'O. praebet, enotabo. Inter versus ad *πράττοντ'* legitur adiectum *πάσχοντι*, vitiose pro *πάσχοντε*· margo rationem exponit: *πράττω καὶ τὸ ποιῶ, καὶ τὸ πάσχω*· tum sede sua dimota paululum observatio huc revocari debet: *Τοῦτο διπλοῦν· ἢ ταχέως πείσεσθε τοῦτο· ἢ ταχέως ποιήσετε τοῦτο πρός με ἡττηθεῖσαν*· ubi, quae deterius aliquanto scribebantur, correxi. Igitur ambigua sententia haec capi voluit: *Quin vos, quam potestis celerrime, id agite, ut alterutra pars ex conditione poenam patiatur: quid enim quis causae dicat, cur, quando victus fuerit, legem propositam subterfugiat?* Haec ille. Nunc, quid scholiastae spectaverint, videamus. Primus verba comici istum in modum intellexit: *Vos enimvero nullam interponite moram, quin mortem statim oppetatis:* Paupertas, inquit, hoc ut e vestigio faciant, per iocum hortatur; nam, si causa sint superiores, non amplius iustum fuerit eos morte plecti. Alter ab illa ratione multum discedit, tali pacto sensum enucleans: *Me ut in hac lite vincatis, omnino fieri non potest: quod si tamen fiat, nihil erit iniquius: quid enim est tandem, quod ad causam meam arguendam iure quis proferat?* Quae illi concise dixerant, ne quis in errorem laberetur, paulo fusius erant explicanda. Kusterus *τελευτήσατε*, quod ante eum ubique legebatur, perperam mutavit in *τελευτήσετε*. Hemst. Vide Dobraeum p. 112.

71, 36. *δέχεται* etc.] Additum ab Hephaestione p. 25. eiusque schol. p. 91. ex quibus haec sunt decerpta, iambum, *παρὰ δὲ τοῖς δραματοποιοῖς καὶ ἴαμβον καὶ δάκτυλον*, omisit enarrator noster: haud scio, an recte: in Aristophaneo quidem metro, si modo reperiatur, rarissime comparet; quippe *τρίχορος*, ceterosque pedes mensura temporum non aequans. HEMST.

P. 72, 6. *πρὶν καταθ.*] In quatuor ante Kusterum edd. *πρὶν καὶ καταθεῖναι·* copulam deleri iubet non metri tantum norma, sed ipse Aristophanes v. 597. Pro *κατακόρως*, quod simili modo non infrequens est grammaticis, *διὰ τὸ τὸν Ἀριστοφάνην αὐτῷ κεχρῆσθαι πολλῷ* in Hephaestione legitur. HEMST.

72, 10. *τῷ Σελινουντίῳ*] *Σελληνουντίῳ* A. et Fl. literam detraxit Gelenius, cui Portus et Kusterus obtemperant. Ego, quod Hephaestion habet, *Σελινούντιος* reposui: oriundus enim fuit Aristoxenus oppido Siciliae Selinunte, de quo Cluver. Sic. Ant. p. 225. 226. popularis eius Epicharmus. Mar. Victorin. Art. Gramm. II. p. 2521. postquam monuerat, *Quod genus* (tetrametri catalectici) *frequens est apud Aristophanem*, addit, *Unde et Aristophanium vocatur; non quia conditor eius idem fuit; nam et Aeschylus, et Cratinus, et alii priores usi sunt eo: verum quia plurimus in hoc metro Aristophanes est.* Aeschyli quae partes hic esse possint, mihi non liquet: quam ob rem aut Aristoxeno Selinuntio, aut Epicharmo locum illum potiore iure deberi persuasum habeo. HEMST. Vox *Aeschylus* haud dubie mendosa est, parum tamen feliciter excogitata est Hemsterhusii correctio. Aperte enim legendum *Eupolis*. Ipse Victorinus non multo post p. 2523. *Nostri enim in modulandis metris seu rhythmis, veteris comoediae scriptores sequi maluerunt, id est, Eupolin, Cratinum, Aristophanem.* GAISFORD ad Hephaestion. p. 277.

72, 16. *Θαλεία*] III, 105. Io. Gronovius eo in loco restituens *διδόναι* calculum adiicere maluit Florentini libri certissimae maculae, quam rationi linguae Graecae et usui, ipsique Herodoto obsecundare: haud

iniuria fuit veritus, *ne nimio studio in membranas Mediceas abductus* videretur. HEMST.

72, 32. *τῶν Σοφ. ἀντιγρ.*] Ai. Mastig. v. 44. ubi in nostris edd. extat *βούλημα*· inveni tamen alterum in manuscripto D'Orvillii libro, sed notae non optimae, atque admodum recenti. Suidas nihil aliud, quam *Βούλευμα, τὸ ἴδιον· Βούλημα δὲ, τὸ δημόσιον*, subdito Aristophanis hoc loco. HEMST.

P. 73, 2. *δηλοῖ*] Structura labat: fulciendam opinor hoc pacto: *δῆλον ἐκ π. τ. σημαίνειν*, sive potius *σημαῖνον*. HEMST.

73, 5. *τὸ δὲ, δήπου*] Acervus brevium adnotationum temere congestus: hoc et proxima pertinent ad v. 491. HEMST.

73, 12. *οἱ πονηροὶ* etc.] Haec paulo maculatius ora C. D'O. ostendit e regione v. 502. 503. *Ἰδόντες γὰρ οἱ πονηροὶ τοὺς ἀγαθοὺς διὰ τοῦτο εὖ πράττοντας, ἐθελήσουσιν τὸν πρῶτον ἀφέντες βίον· ἵνα δι' αὐτὸ εὖ πάθωσιν.* Ex scholiis editis, quae loco aptiore collocantur, emendatu sunt facilia. HEMST.

73, 20. *σημαίνει*] Hoc quidem est *significat:* alium usum apud grammaticos id verbi non habet: dicere tamen voluit scholiastes, observandum esse notatuque dignum, quem commemorat, poëtarum morem. Quare legendum *σημειοῦ* vel *σημείωσαι*· id tali signo *σῆ* plerumque in antiquis codd. exprimitur, cuius vice descriptores ignari saepe *σημαίνει*, vel *σημαίνεται* dederunt: ita non raro peccatum est in Suida, scholiaste Luciani, aliisque. HEMST.

73, 36. *φυγεῖ*] Mira neque usquam mihi, nisi hoc loco, lecta futuri forma. SCHAEFER.

P. 74, 11. *ἐπιλύσει*] Hoc unum est intricatissimorum in fabulam istam scholiorum, quod aliqua saltem parte expedire dabitur, si ad varias lectiones fingendas, quas diversi quisque suis in libris scholiastae vel repererint, vel ab aliis adnotatas memorarint, confugiamus. Illud *ἐπιλύσει* aut mendo laborat inveterato,

quod sine membranis integrioribus plane tolli nequeat, aut eiusmodi versus Aristophanei scripturam postulat: *Οὔκουν εἶναί φημ' (ἐπιλύσει ταῦτ', ἢν βλέψῃ ποθ', ὁ Πλοῦτος) Ὁδὸν* etc. *Neutiquam esse aio (solvet eas difficultates et discutiet, si visum tandem aliquando recuperarit, Plutus) viam* etc. quorum ut structura est molesta, ita sensus satis perspicuus: ergo reformandum videtur hoc loco: *ὁ τοῦς, οὔκουν (ἐπιλύσει . . . . βλέψῃ) φημὶ* etc. huius autem scholii finis est statuendus in *ἄμετρος*· exinde aliud incipit: *Ὁ τοῦς δῆλος . . . ἀναβ. ποιῆσαι*· quod ego metuo, ne quadam parte sit mutilatum: *οὔκουν* certe legi debet, et *ἀγαθόν τι μεῖζον*· forte etiam, *λέγω δὲ ὅτι* etc. vix autem dubites, quin illud *ἢ 'ν*, quod restituendum putavi, huius enarratoris auctoritate firmetur. Sequitur, *Ἐὰν δέ τις προσθείη . . . πορίσειεν*, iterum ab alio profectum; quippe qui sententiam eum in modum explanet, ut poscat *οὐκοῦν*· ceterum sicut absurdissimam lectionem, pauloque post merito notatam invenit, *Οὐκοῦν, εἶναί φημι, παύσει ταῦτ', ἢν βλέψῃ ποθ' ὁ Πλοῦτος, Ὁδὸν, ἥτιν' ἰὼν, τοῖς ἀνθρ.* etc. ita fieri non potuit aliter, quam ut explicationem promeret non dissimilem: eandem prorsus illi scripturam habuerunt, quibus *γὰρ* extrinsecus adsciscendum videbatur; tametsi ratione paulum diversa ordinem orationis constituerent. Hemst. De scholiis ad versum 505. vide Dobraeum p. 115. 116.

74, 17. *τὸν καὶ* Aldina.

74, 20. *ἀποφατικὸν*] Quod in edd. quae nostram antecesserunt, fuit *ἀποφαντικὸν*, recte me facturum existimavi, si litera sublata melius exhiberem. Ut *ἀπόφανσις* est *enunciatum* vel *pronunciatum*, sic *ἀποφαντικὸν*, *quod vim effati per adfirmationem vel negationem formandi continet*, de quo Budaeus C. L. G. p. 293. 294. Sic *ἔγκλισις ὁριστικὴ* itidem appellatur, teste Apollon. Alex. p. 243. *ἀποφαντική*· *εἴγε καὶ τὸ ἀποφαίνεσθαι κατὰ πάσης φράσεως παραλαμβάνεται· ἀλλὰ καὶ ἐπιρρήματά τινα ἀποφαντικὰ καλοῦμεν.* Talis potestas in hunc locum non convenit; nec periculum est, ne quis Apollonii verbis ad tuendum *ἀποφαντικὸν*

abutatur: id enim solum in controversiam venit, utrum in comici loco *ουκουν* eo accentu ornari debeat, qui adfirmationem, an illo, qui negationem infert: posterius quia huic scholiastae probatur, idcirco scribendum etiam fuit *οὔκουν*, non, quod priores ediderunt, *οὐκοῦν*. Pari plane modo notatur ad v. 917. *γράφεται δὲ καὶ ἐν σχήματι ἀποφατικῷ οὔκουν*· quo fulcro causa nostra satis est firma. Verum quid sibi vult, quod scribit, *καὶ παύσῃ τὴν Πενίαν;* nonne manifestis propemodum vestigiis deducimur ad diversam lectionem, eamque talem? *Οὔκουν εἶναί φημ', ἢ 'ν παύσῃ ταύτην βλέψας πόθ' ὁ Πλοῦτος, Ὁδὸν, ἣν τις ἰὼν* (aut, *ἤντιν' ἰὼν*, quod vulgare placuit enarratori Plutum intelligenti) *τοῖς ἀνθρώποις ἀγάθ' ἂν μείζω πορίσειεν*· in qua profecto quum omnia sint plana, atque interpretationi apte congruant, nihil est, quod iure quis desideret. Porro mox, uti *πορίσειε*, sic et scribi malim *βλάψαι* vel *βλάψειε*· ex quo verbo ceperit aliquis suspicionem, forte ipsum illud *βλάψαι* nonnullis in comici codicibus extitisse pro *βλέψῃ*· et poterat quidem haud magno negotio eiusmodi concinnari lectio, ubi minima variatione commodam id verbi sedem inveniat: sed ne quis coniectando ludere nos dicat, et supra modum lascivire, cavendum est: quanquam alias curae nobis erit, ut fundamentum satis, ut opinor, stabile demonstremus, cui nostra haec procudendae lectionis variae libertas innitatur. HEMST.

P. 75, 3. Dele uncum [

75, 3. *εἰ γὰρ ὁ Πλοῦτος*] Diiungendam esse hanc adnotationem puto tali modo: *Εἰ τοῦτο γένοιτο*] *Εἰ ὁ Πλοῦτος βλέψειε πάλιν. Διανείμειέ τ' ἴσον ἑαυτὸν*] *Πᾶσι δηλονότι* etc. Nisi quis, *Εἰ τοῦτο γένοιτο*, prorsus adiicere malit, et integrum comici versum, tanquam caput, notulae sequenti praefigere: *Εἰ γὰρ ὁ Πλοῦτος βλέψειε πάλιν, διανείμειε τ' ἴσον ἑαυτὸν*] *Πᾶσι δηλονότι*. Hic etiam ante Kusterum omnes edd. *διανέμειε*. HEMST.

75, 12. *αὐτὴν*] *αὐτῆς* C. D'O. in cuius margine totidem verbis scholion hoc invenitur, nisi quod ab initio pro *σοφίαν* depravate sit scriptum *ἱστορίαν*. HEMST.

75, 20. Corrige *πλίνθους*. SCHAEFER.

75, 21. *γεωργίας*] Kustero debetur: priores edd. *γεώργους*. HEMST.

75, 22. Vide Dobraeum p. 118.

75, 31. *ἦν ἐξῆ*] *ἦν ἐξῆν* A. et Fl. Mutanti Gelenio morem gesserunt Portus et Kusterus: non repugno, quanquam pro varia lectione haberi posset. Si *ἐξῆν* in antiquis fuisse membranis existimes, reducto *ῆ*, quod a prima manu C. D'O. praeferre vidimus, haud inconcinne scribas, *Ἦ ἐξῆν ζῆν ἀργοῖς ὑμῖν* etc. ea conditione, ut initium hic orationis novae et a praecedentibus seiunctae statuatur. HEMST.

P. 76, 1. *ἐπάγεται*] Prave A. *ἐπαγάγεται*. In prioribus edd. extitit, *ὡς τὸ μανίαν μαίνῃ, καὶ φυγὴν φεύγεις*· supervacua delevi praeeunte Suida, qui post *μαίνῃ* paulo plenius: *ἔστι δὲ Ἀττικὸν τὸ σχῆμα τὸ εἰπόντα τὸ πρᾶγμα ἐπαγαγεῖν τὸ ἀπὸ τοῦ πράγματος ῥῆμα* etc. HEMST.

76, 4. *ἀπηρίθμησας*] Nimirum *λέγειν* saepius exponunt grammatici *ἀριθμεῖν*. Hesych. in v. et *ἔλεξεν*. vide schol. Pindar. ad *Π. Δ*, 336. HEMST.

76, 9. *ἔμπορος*] Haec iisdem fere verbis usque ad *ὑδατικοῦ πόρου*, et plura leguntur apud Harpocr. in *Πόριος*, sed alienissimo loco; quae causa fuit, cur delenda Valesius putaret; Suid. in *Ἔμπορος* et *Πόρος*, et in Access. ad Ulpian. e Lutec. Cod. p. 1159. HEMST.

76, 13. *ἀνδροποδισταὶ* Aldina.

76, 16. *πολλοὶ*] Paulo diversam lectionem suppeditat schol. Euripid. ad Phoen. v. 1416. *λοιδορεῖ δὲ Θεσσαλοὺς ὁ Εὐριπίδης, Πολλοὶ γάρ εἰσιν, ἀλλ' ἄπιστα Θεσσαλοῖς*. quae minus est, quam nostri enarratoris, intellectu facilis. Ab Euripide profectum auguror: *Πολλοὶ γάρ εἰσιν*· (vel *πάρεισιν*, aut *παρῆσαν*) *ἀλλ' ἄπιστα Θεσσαλῶν*, vel *Θετταλῶν*· idque propius etiam accedit ad paroemiam memoratam, quae ipsa principium est iambi, forte sumti ex aliquo veterum Tragicorum, ut

creberrime solent versus celebrium poëtarum in proverbia transire: certe Demosthenes eo respexit Olynth. I. p. 4. C. ubi notatur etiam ab Ulpiano Iason, qui Medeae datam fidem violando locum proverbio dederit: *ἄπιστοι δὲ Θετταλοὶ ἐνομίσθησαν, ἢ διὰ τὸ τὸν Ἰάσονα, Θετταλὸν ὄντα, ἄπιστον ὀφθῆναι περὶ τὴν Μήδειαν* etc. quanquam scholiastae consentiat Eustath. ad Od. *Δ* p. 1416. v. 25. *Τοιούτῳ δὲ ἀνδρὶ συγκροτεῖται καὶ ὁ ἀνδραποδιστής· οἷοι* (ita legendum puto pro *οὗ*) *ἐν τοῖς μάλιστα οἱ ἄπιστοι Θετταλοὶ, ὧν καὶ Ἰάσων ἀνδραποδίσας τὴν Μήδειαν·* ideo peregrinum latronem vocat Medea spreta in Ovid. Her. XII, 110. Praeterea *Θεσσαλῶν ἀνδραποδιστῶν* meminit Eustath. ad Il. *B.* p. 331. *Π.* p. 692. v. 27. quibus in locis ante oculos eum habuisse Aristophanem et scholiasten apertum est: vide Erasmi Chil. in Thessalorum commentum. Horum quaedam excerpsit Suid. in *Θετταλῶν σόφισμα* et *Ἀνδραποδίζω*, ubi est, *Ὃς ἠνδραποδίσατο τὴν Μ.* et quae peioris sunt notae, *ἀνδράποδον δὲ . . . . σώματι*, prorsus omittuntur, subiectis statim, *εἴρηται δὲ ἀνδραποδιστὴς παρὰ τὸ ἀποδίδοσθαι ἄνδρα, τουτέστι, πωλεῖν· ὁ τοὺς ἐλευθέρους καταδουλούμενος.* *Ἰάσονος* autem ex A. et Fl. repetii: sequentes edd. auctore Gelenio, perperam *Ἰάσωνος*. HEMST.

76, 22. *ἀνδροποδιστὴς* Aldina.

76, 23. *ἀνδραποδιστὴς*] Eadem usque ad *ἑαυτὸν* Etymologus exhibet. HEMST.

76, 37. *ψυχὴ* etc.] Huc derivata sunt ex scholiis ad Euripid. Hec. v. 177. paulo brevius contractis: unde simul discere licet, prave *παρ' Εὐριπίδῃ* poni pro *παρὰ Σοφοκλεῖ·* est enim revera versus ille Sophoclis in Electr. 777. Vid. Thom. Mag. in *Ψυχή*. HEMST.

P. 77, 1. *ἐν τοῖς ζώοις τοῖς ἀλόγοις* liber Parisinus.

77, 14. *κυρίως* etc.] Suidam in *Καταδαρθάνειν* aliquanto plenioribus usum scholiis credo. HEMST.

77, 17. *τάπητες*] Non indignum fuit visum, quod ex margine C. D'O. huc transferretur, scholion: in-

haeserant maculae leves, nec difficiles ad eluendum, praesertim quum eadem propemodum verba Thom. Mag. adnumeraret. Paria scribit Ammon. in *Τάπητες*, nisi quod apud eum vitiose legitur *μαλακὸν* pro *μαλλόν*· quam pronus sit in hunc errorem lapsus, intelligi potest ex hoc ipso scholio, ubi *μαλὸν* offendi scriptum vice *μαλλόν*. *Δάπιδας* usurpari genere feminino Nicander ostendet Ther. v. 326. ad quem versum egregia notat antiquus enarrator. HEMST.

77, 31. *χρισίμοις*] *δοκίμοις* Suid. in *Σταικτοῖς*. *χρησίμοις* praeferunt A. et Fl. laudo Gelenium, qui primus correxit. HEMST.

77, 32. *ῥοδοστάμασιν*] Ita recentiores solent pro *ῥοδοστάγμασιν*. Vid. Du Cang. Gl. M. et I. Gr. in V. HEMST.

77, 37. *τῆς φθορᾶς*] Sic ex Suida v. *βαπτὰ*, ubi locus hic describitur, reponere non dubitavi pro *βαφῆς*, quod priores editiones nullo sensu habent. Quis enim ferat *ταυτολογίαν* illam, *βαπτὰ ἱμάτια, vestes coloribus variis tinctas*, indicium fuisse *τῆς βαφῆς*, i. e. *tincturae*. At si *φθορᾶς* scribas, locus recte se habebit, sensusque erit, vestes diversicolores, sive variis coloribus sparsas, quibus sponsi induti erant, occulte significasse *commixtionem* sive *concubitum sponsi cum sponsa*, vel simpliciter, *vitiationem sponsae*, a *φθείρω*, *corrumpo*, *vitio*. Allusit nimirum scholiastes ad sententiam philosophorum, qui cuiusvis rei cum altera commixtionem *φθορὰν* vocabant, quod nimirum res cum altera commixta quodammodo corrumpi puritatemque et vim suam naturalem amittere videretur. Hinc *βαφὴ ἱματίων* ipsis erat *φθορὰ* quaedam, quod nempe adscititius ille color naturalem vestis colorem quasi corrumperet: quo spectat quod pictores communiter *colorum mixtionem φθορὰν* appellare solerent. Porphyr. de Abstin. lib. IV. sect. 20. *καὶ γάρ πως καὶ ὁ μολυσμὸς καὶ ἡ μίανσις δηλοῖ τὴν μίξιν τὴν ἑτερογενοῦς πρὸς ἕτερον, καὶ μᾶλισθ' ὅταν δυσέκνιπτον γένηται. ὅθεν καὶ ἐπὶ τῶν βαμμάτων, ἃ δὴ διὰ μίξεων συνίστανται, εἴδους ἄλλου ἄλλῳ συμπλεκομένου, μιαίνειν φασίν·*

ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ.

Καὶ ἔμπαλιν τὰς μίξεις φθορὰς οἱ ζωγράφοι λέγουσι. Mani-

ieste imitatus est Plutarchum in libro de *Ei* apud Delphos pag. 393. C. cuius verba haec sunt: *τὸ δὲ ἓν εἰλικρινὲς καὶ καθαρόν. ἑτέρου γὰρ μίξει πρὸς ἕτερον ὁ μιασμός. ὥς που καὶ Ὅμηρος ἐλέφαντά τινα φοινισσόμενον βαφῇ μιαίνεσθαι φησί. καὶ τὰ μιγνύμενα τῶν χρωμάτων οἱ βαφεῖς φθείρεσθαι· καὶ φθορὰν τὴν μίξιν ὀνομάζουσιν.* Idem Symposiac. l. VIII. Quaest. V. *διὸ τάς τε μίξεις τῶν χρωμάτων οἱ ζωγράφοι φθορὰς ὀνομάζουσι, καὶ τὸ βάψαι δεῖναι* (leg. *μεῖναι*) *κέκληκεν ὁ ποιητής.* Respexit nimirum ad locum Homeri paulo ante ex Porphyrio adductum. Idem de Glor. Atheniens. p. 346. A. *καὶ γὰρ Ἀπολλόδωρος ὁ ζωγράφος ἀνθρώπων πρῶτος ἐξευρὼν φθορὰν* etc. Idem de Oraculis Pythiae pag. 395. D. mixtionem auri cum argento *φθορὰν ἀκαλλῆ* vocat. Uti autem *φθορὰ* interdum de mixtione colorum vel aliarum rerum dicitur, ita *συμφθείρεσθαι* aliquando notat *commisceri* vel *confundi*, veluti apud modo laudatum Plutarchum Sympos. l. VII. cap. VI. pag. 708. *ἀνθρώπων μὴ ὁμοφύλων μηδὲ ὁμοιοπαθῶν εἰς τὸ αὐτὸ συμφθαρέντων.* Et de Oraculor. Defect. pag. 436. B. *φαρμακειῶν συντριβέντων καὶ συμφθαρέντων ἀλλήλοις.* Haec praeter morem meum paulo fusius exponere volui tum ut locum scholiastae paulo obscuriorem eo magis illustrarem, tum etiam ut quodammodo hic supplerem defectum lexicorum vulgarium, quae de his, quae de vocibus *φθείρεσθαι*, *φθορὰ* et *συμφθείρεσθαι* a nobis dicta sunt, prorsus tacent. Sed quantum adhuc lexicis istis desit, accuratius aliquando singulari opere, si fata siverint, ostendam. Kust. *φθορᾶς*] *βαφῆς* fuit in cunctis edd. ante Kusterum, qui contra quam iudicaverat ad Suidam, ex eo deinde nostrum scholiasten emendavit: factum probo, quamvis quae de usu verbi *φθείρειν* et *φθορὰ* in arte pictoria miscendisque coloribus pulchre docuit, ab aliis iamdudum sint occupata, ut indicavi ad Lucian. p. 31. In Suida quoque desideratur *οἶμαι*. Ceterum dubitari potest, an melius inserenda sit particula negans *πρὸς τὸ μὴ φαίνεσθαι* etc. Hemst.

P. 78, 4. *ἐγχρωμάτων*] Rara vox *ἐγχρώματος* pro *variis coloribus dinctus*. Hemst.

78, 13. λούβεις] Frustra quaeras id verbi apud Meursium et Du Cangium. Conf. p. 76, 6. HEMST.

78, 15. φλυκταίνων Aldina.

78, 17. Scribe ψῦχος.

78, 17. καὶ ἐκ θέρμης ἢ ἀέρος αὐτοὺς ἐξ.] Scribe, καὶ ἐκ θέρμης ἐξιόντας αὐτοὺς, τοῦ ἀέρος παραχρῆμα προσβαλόντος etc. Sensus enim est, pauperibus ex balneo egressis et ex calido in frigidum aërem subito translatis pustulas erumpere solere. KUST. ἐκ θέρμης] Ut sensum commodum efficerent, ordinem verborum immutandum esse Kusterus existimavit: ἐκ θέρμης ἐξιόντας αὐτοὺς, τοῦ ἀέρος παραχρῆμα πρ. Ego nihil amplius requiro, quam ut ἢ in τοῦ convertatur. Suidas in Φᾶδον habet tantum, καθεύδειν, καὶ φλυκταίνας ποιεῖν· quae porro sequuntur, vel praetermisit, vel suo in codice non invenit. HEMST.

78, 20. ἐπικαύματα] Eustath. ad Il. P. p. 1123. v. 21. παρὰ τῷ Κωμικῷ φῶδες τὰ ἀποκαύματα· sic et Suidas in Χιμέτλα· utrum scribatur, nihil interesse docui ad Lucian. A. Ἐr. XI. p. 317. Hunc eundem comici locum ob oculos habuit Eustath. ad Il. N. p. 962. v. 50. φῶδες αἱ ἀπὸ φλογὸς φλύκταιναι, ὧν καὶ ὁ Κωμικὸς μέμνηται. Verum scholiastae verba nonnihil perturbata, suaque sede sunt emota: huic vitio tali remedio succurrendum puto: Σίπ. τὰ ἐκ τοῦ πυρὸς ἐρυθήματα, ἢ τὰ ἐπικαύματα τὰ ἐκ τοῦ πυρὸς, ἢ ἐκ ψύχους· ἢ τοὺς τύλους, ὡς τῶν πενήτων διὰ τὸ αὐτουργεῖν τοῦτο πασχόντων· scilicet non pustulas ab igne natas, sed callum contrahunt pauperes ex eo, quod ipsi operi faciundo insudent. HEMST.

78, 22. πλὴν typotheta pro πλήν

78, 25. φούσκα proprie *vesica*, ut patet ex Du Cangii Gl. M. et I. Gr. sed et *vesicula* vel *pustula* vi ignis in cute excitata. HEMST.

78, 26. στιβιλίδας] Hanc vocem omiserunt Meursius et Ducangius. SCHAEFER.

78, 29. προσβαλόντος] De constructione verbi

προσβάλλειν cum dativo v. not. ad Gregor. Corinth. p. 37. ubi Bastius iam usus est hoc scholio. SCHAEFER.

78, 39. Dele uncum [

P. 79, 6. περιΐπταται] Quum in priscis edd. extaret περιΐπτατο ἢ περιΐπταται, priora, quippe prorsus inutilia, Kusterus eiecit. Facile vero deprehendi potest, separata duorum scholia in unum esse congesta: nihil aliud Suidas, quam Κώνωψ· θηλυκῶς παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ· εἶδος μυίας· hausta videntur e grammatico eam opinionem probante, quae hic refutatur. HEMST.

79, 19. ψιάθιον] Fl. ψίσθιον· Gelenius maculam abstersit. HEMST. φορμὸν] ψιάθιον. C. D'O. Ita schol. Thucydid. ad II, 75. IV, 48. Vid. Moschopul. περὶ Σχ. p. 43. et inprimis Du Cang. Gl. M. et I. Gr. in V. Ψιάθιον. HEMST.

79, 21. τάπητος] τάπιτος errore vulgari C. D'O. sed interpretationis vice adscriptum habet, πευχίου, ut v. 528. πευκίοις. Utramque scribendi formam usurpant Graeci recentiores; illa propius ab origine abest, quam Meursio minime perspectam cognoscere licet ex Du Cangii Gl. M. et I. Gr. in Ἐπεύχιον· ibi profertur ex Glossis MSS. ad Aristophanis Plutum, Τάπησι, ἐπευχίοις. HEMST.

79, 23. Μάκτρα] Descripsit Suidas in V. Eadem mox repetuntur: propterea Kusterus hic deleverat. HEMST.

79, 26. ἀττικῶς] Ἀττικοὶ potius, si Suidam sequimur in Ῥαφανίς. Vide Nunnes. ad Phrynich. Ecl. p. 27. HEMST.

79, 34. ὃ Aldina recte.

P. 80, 1. Post θρανίτης Aldina et Iuntina addit quae recentiores editores recte deleverunt, ὑποκοριστικῶς, ὡς πολίχνης. Vid. p. 80, 20.

80, 2. θρῆσαι] Repraesentavi hic lectionem edit. Ald. Nam reliquae editt. corrupte habent vel θρῆναι,

ut ed. Flor. vel *θορῆναι*, ut ed. Basil. et Genev. *θορῆσαι* autem vel *θορήσασθαι* significare idem quod *καθῆσθαι*, testatur etiam Athenaeus lib. V. cap. IV. p. 192. et ex eo Eustath. ad Odyss. *A.* p. 1400, 23. edit. Rom. Kust. *θορῆσαι*] Quum in A. foret inpressum, *θορῆσαι ὅ ἐστι καθῆσαι*, Fracinus in Fl. dedit, *θορῆναι* etc. ut scilicet propius cum *θράνος* et *θορῆνυς* conveniret. Gelenius in B. ad proximum *θορεῖν* adcommodare voluit hoc etiam verbum, ideoque fecit, *θορῆναι ὅ ἐστι καθῆσαι*· ab eo Portus, alioquin rei grammaticae haud parum studiosus, non discessit. A Kustero reducta est postliminio germana lectio; nisi quod forte pro *καθῆσθαι*, Eustathio duce, scribere praestitisset *καθίσαι*· sic enim ille ad Il. *Ξ*. p. 982. v. 64. Od. *A.* p. 1400. v. 24. quibus in locis alterius itidem, quamvis ridiculae, notationis meminit *παρὰ τὸ θορεῖν ἄνω*. Athenaei locus, quem designat, est libro v. p. 192. F. *τοῦ θρήσασθαι χάριν, ὅπερ ἐπὶ τοῦ καθέζεσθαι τάσσουσιν* etc. Modo post *θρανίτης* A. et Fl. praeferunt, *ὑποκοριστικῶς ὡς πολίχνης*· quae merito tanquam alienissimo posita resecuit Gelenius. Horum fere nihil excerpsit Suidas. Hemst.

80, 9. *τῷ ποιητῇ*] Od. *Γ*, 392. ubi schol. parvus: *Τὸ πῶμα τοῦ πίθου, μεταφορικῶς*. Vid. Eustath. p. 1473. v. 61. Arbitror autem legendum, *ὃ δὲ στάμνου κ.* non, quod in edd. est, *εἰ*. Hemst.

80, 11. *Στάμνιος*] Ran. v. 22. ubi *Διόνυσος, υἱὸς Σταμνίου*· quod praeter expectatum dici scholiastes monet pro, *υἱὸς Διός*. Hemst.

80, 12. *γράφεται*] *γράφει*· Kusterus maluit, *ἔν τισι δὲ τῶν ἀντ.* Credi potest conflatum ex duobus exemplaribus, in quorum uno fuit, *Τινὰ δὲ τῶν ἀ. ἀ. στ. κεραμίου*, in altero tantum, *ἀντὶ στάμνου κεραμίου γράφεται. Κεραμίου* vero quum versum intrare nequeat, sine dubio scriptum fuisse oportet *κεράμου*. Hemst.

80, 16. *προείρηται*] Supra v. 305. Hemst.

80, 21. *κάλλους*] Lege *κάλλιστον*. Forte non decrit aliquis stomachi durioris, qui tali emendatione

structuram elegantem sublatam expostulet, atque etiam Hebraismos nobis ingerat. HEMST.

P. 81, 7. *ἐφθέγξω*] Suidas ubi primum *ὑπερρούσω* exposuit *ἠνίξω*, quod non ita multum ab interpretatione C. D'O. distat, tum comici locum, et ipsa scholiastae verba profert. De Pollucis *ἐπιρροῦσαι* vel *ἐπιρρούσασθαι*, quod huc pertinere viri docti arbitrantur, commodum alibi videbimus. HEMST.

81, 8. *πιθάρων* Aldina.

81, 9. *ἡ μὲν πενία*] *οἱ μὲν* A. Fl. B. Gel. Sic paulo inferius ante nos scholiastae verba ferebantur: *θηρῶσα. παρὰ δὲ τὸ πέτεσθαι* etc. quae deerant, ut contextus orationis satis indicabat, adiecimus a Suida subministrata in v. *Πτωχεία*· apud eum legitur, *ἐκ τοῦ πορίζεσθαι τὰ χρ.* quod hinc vicissim est corrigendum, *ἐκ τούτου*, scilicet *τοῦ ἐνεργεῖν*. Idem *πέτητος* et *πτωχοῦ* discrimen traditur ab Ammonio in *Πέτης*, et Eustath. ad Od. Σ. p. 1833. v. 55. HEMST.

81, 17. *τὰ μὴ ὅμοια*] Initium tam abruptum, ut facile mendi suspicionem excitet. Suidas in *Πενία* nihil aliud ex hac adnotatione satis intricata protulit praeter ista paucula, quae positis comici versibus subiungit: *Ὁ μὲν γὰρ Διονύσιος ἐξώλης τύραννος· ὁ δὲ Θρασύβουλος φιλόπολις καὶ παντὸς λόγου κρείττων· ἐπὶ τῶν μὴ τὰ ὅμοια ποιούντων.* Latine vertitur: *de illis, qui dissimilia inter se conferunt:* nec diversus abit Schottus in Proverbiis ex Suida collectis: quod ut sensui probe convenire non diffiteor, sic quemadmodum ex Graecis procudatur, minime perspicio; illorum enim mens: *De illis, qui non faciunt similia:* velut Dionysius, qui tyrannus cives oppressit; Thrasybulus, qui oppressos liberavit: quanquam ita melius afuisset articulus *τά*. Interpretes tamen acutius credo, quam ipsi putarint, vidisse, et Graeca, ut illorum versioni respondeant, hunc in modum esse refingenda, *ἐπὶ τῶν τὰ μὴ ὅμοια ὁμοιούντων*· in scholiaste nostro clare *τὰ μὴ ὅμοια*, pauloque post, *ὁμοιοῦν σφόδρα ἀνομοίους*· in quo sane nescio, an oratio existat planior, si unum alterumque, quod forte perierat, verbum repetatur;

Ὡς ὁμοιούντων τὰ μὴ ὅμοιά φησιν. Mox Kusterus hic, perinde ut infra legitur, scribi iussit, *ὡς εἴ τις λέγοι·* in reliquis edd. erat *λέγει.* Hemst. De hoc scholio vide Dobraeum p. 123.

81, 21. *νίκας*] Omnes edd. *δίκας.* Non erat, quod codices scriptos expectarem, ut emendatio certissima pristinas in sedes inmitteretur. Hemst.

81, 23. *ὁ ἀξιωματικὸς*] Articulum, qui in ceteris edd. deerat, ex A. Kusterus revocavit. Indicari videtur is Thrasybulus, cuius fit mentio in Ecclesiaz. v. 203. nam ibi quoque describitur a scholiaste *αὐθάδης καὶ δωροδόκος* (vid. v. 356.) et *ὑπερόπτης τοῦ δήμου·* idemne fuerit qui Colyttensis, nec ne, non adfirmavero. *Στράτις* semper in scholiis ad comicum exaratur; alibi saepe *τ* geminato *Στράττις·* quare utrumque invenire se scribit Casaubon. ad Athen. VII, 23. illud in Polluce deteriores libri, hoc vetusti et accuratiores exhibebant, quos ego probandos existimo. De Cinesia Strattidis fabula quae Kuhnius observat ad Poll. X, 189. omnia praecepit Th. Reines. ad Daum. Ep. XC. p. 228. Hemst.

81, 27. *ἀνομοίους*] Ita scribere non dubitavi, quod in cunctis edd. erat *ἀνομοίως.* Hactenus a me nusquam repertum *περισκώπτειν·* eamque praepositionem, ni fallor, verbi natura respuit: legendum puto, *μήποτε δὲ καὶ ἐπὶ,* vel potius, *εἰς τὴν ὄψιν παρασκώπτει.* Hemst.

81, 28. *τοῦ Κολυττέως*] Priores edd. *Κωλυττέως·* eiusmodi scriptura peperit errorem Suidae: *Κωλυπὲς, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος·* unde natus est, auctore Meursio in Rel. Att. novus et ignorabilis Atticae regionis demus. Ex parte Kusterus ope MSS. Paris. maculam abstersit: Suidas deceptus dederat, *Κωλυπεύς· Κωλυπὸς, δ.* etc. pro *Κολυττεύς· Κολυττὸς δ.* etc. Dicitur autem Thrasybulus hicce Colyttensis, ut ab illo nobilissimo patriae libertatis vindice distinguatur, qui *Στειριεύς,* sive Stiria demo oriundus: quod eo diligentius veteres observant, quia easdem reip. partes secuti aetate propemodum fuerunt aequales. Utriusque meminit Xeno-

phon, huius Hell. IV. p. 316. v. 24. *Θρασύβουλον τὸν Στυρέα*, quod facile patet mutandum esse in *Στειριέα* vel *Στειριᾶ*· illius lib. v. p. 321. *Θρασύβουλος ὁ Κολυττεύς*· ubi quod ex uno codice notat H. Stephanus *Κολλητεὺς* pro *Κολλυτεὺς*, plane cum ea scribendi forma congruit, quam, monente Sponio, antiqui lapides ostendunt. Eundem habet *Θρασύβουλον τὸν Κολυττέα* Demosth. in Timocr. p. 794. A. quem refert *δὶς δεθέντα καὶ κριθέντα ἀμφοτέρας τὰς κρίσεις ἐν τῷ δήμῳ· καί τοι*, inquit, *τῶν ἐκ Πειραιῶς, καὶ ἀπὸ Φυλῆς οὗτος ἦν*. De altero Lyci filio rationem inire non possum, cur ita Diodorus scripserit XIV. p. 413. D. *Θρασύβουλος ὁ Τυριεὺς* (*Στειριεὺς* iamdudum emendavit Io. Meursius) *ὀνομαζόμενος, ὢν Ἀθηναῖος*· an metus erat, ne quis Atheniensem esse non putaret, qui Attici demi nomine discriminis ergo saepius insigniebatur? Sua Diodoro si constet lectio, effugere vix potest, quin in suspicionem cadat originis, a qua fluxerit agnomen *τοῦ Στειριέως*, ignoratae: nam ut menda in scriptore, quem sequebatur, a librariis commissa in errorem induci se fuerit passus, credibile non videtur: tali quidem orationis structura, *Θρασύβουλος ὁ Ἀθηναῖος, ἀπὸ τοῦ δήμου Στειριεὺς ὀνομαζόμενος*, neminem offendisset. Ceterum a Lysia, quando mentionem facit p. 147. v. 13. *τοῦ σεμνοῦ Στειριέως τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις δειλίαν ὠνειδικότος*, Thrasybulum designari iuxta cum Henr. Valesio statuo. In scholiaste vero quo iure conglutinari possint, *ἀδελφὸν ἔγγιστα συγγενείας εἶναι*, mihi non liquet: melius erit huic loco consultum, si interiecta particula separemus *ἀδελφὸν ἢ ἔγγιστα συγγενείας εἶναι*· sensus enim: *potius autem suspicetur aliquis alium esse Dionysium Thrasybuli Colyttensis, aut fratrem, aut genere proximum:* qui scilicet facie fuerint tam dissimili, ut, si quis res longissime disparatas inter se componere aggrederetur, idem iure contendere dici posset, Thrasybulo similem esse vel fratrem, vel propinquum eius Dionysium. His quae continuo subiiciuntur, velim mihi dari, qui vel exponat, vel potius, quoniam id ne sperandum quidem est, apte corrigat: interea quid in mentem mihi venerit, non celabo, ut simul pateat, qua via, si conatus noster forte parum

prospere successerit, inveniri posse verum existimem: ἢ ἔγγιστα συγγενείας εἶναι· καὶ ἐν Τηρυτάδῃ σαφέστερον οἶδεν. Ἢ κατὰ Δίδυμον, ὡς εἴ τις λέγοι etc. *et istum quidem Dionysium Aristophanes in fabula Gerytade clarius novit ac descripsit:* exinde sequitur explicatio prorsus alia: *Aut enodandus est hic versus secundum Didymi sententiam; ac si quis dicat* etc. Ista iam initio fuerant prolata; sed nunc auctor Didymus accedit minime contemnendus, quem sane grammaticorum laboriosissimum constat commentarios etiam edidisse ad fabulas Aristophanis. Verum ex ea interpretatione subodorari mihi videor vestigium quoddam variae lectionis, eiusque non penitus adspernandae: Τμεῖς γ', εἶπεν καὶ Θρασυβούλῳ etc. [Vide Dobraeum p. 125.] Dixerat Chremylus, Οὐκοῦν (Devarius de Partic. in Δήπου malebat Οὔκουν, me non probante) δήπου etc. *Quin ergo mendicitatis sororem esse dicimus paupertatem:* aut, *Quid igitur obest, quominus mendicitatis sororem esse dicamus paupertatem:* Penia faceti senis iocum arguto responso ulciscitur: *Ita sane, siquidem et Thrasybulo Dionysium esse similem dicatis.* Quam difficile vero fuerit visum definire, quem Thrasybulum Aristophanes, quemque Dionysium cogitaverit, illa varietas opinionum permolesta luculenter prodit; quae potissimum orta mihi videtur ex duplici fabulae Pluti editione. Si in solo versus hic extiterit Pluto secundo, fieri non potuit, quin quivis interpres historiae veteris haud inperitus sponte delaberetur ad Thrasybulum et Dionysium, qui tum utrique in Graecis fama rerum gestarum, sed longe diversa, celeberrimi ferebantur: at eundem versum si primus itidem habuerit Plutus, iam nihil erat absurdius, quam istorum a comico factam esse mentionem putare, qui post Dioclem demum, quo archonte prior Pluti fabula fuit commissa, factis insignibus floruerunt: atque adeo opera fuit danda, ut in Atheniensium civitate iis nominibus homines investigarentur, quibus et tempus actae fabulae, et dissimilitudo faciei vel morum ab Aristophane notata convenirent. Haec igitur ad eos enarratores cura pertinuit, qui versantes in isto versu illustrando primam Pluti fabulam in manibus

habere se credebant: rectene an secus, nunc non disputo; quanquam, si Phylen occupatam consideres v. 1147. litem diiudicare in proclivi sit: ibi tamen quod unus scholiastarum observat, non leviter est animadvertendum: *Τοῦτο οὖν ἔοικέ τις ἐκ τοῦ δευτέρου Πλούτου μετενεγκὼν ἐνθάδε ὀλιγωρῆσαι τῆς ἀλογίας ταύτης.* Hemst.

P. 82, 4. *μεθ' ὧν*] *μεθ' ἧς* A. et Fl. bene Gelenius mutavit: error ab eo propagatus, qui *Φυλὴν* stulte *tribum* intelligebat: eiusdem culpae reum deprehendit interpretem Philostrati Io. Meurs. de Pop. Att. in *Φυλή*. Hemst.

82, 7. *ἐν τῷ*] Malim *ἐν τούτῳ*. Post *ὅμοιον εἶναι* deesse putat Kusterus *λέγοις*, vel simile quid: intelligi potest. Hemst.

82, 11. *ὁ μὲν Διονύσιος*] Scholion hoc suppeditavit margo C. D'O. quod ideo visum est in lucem proferre, ut egregio specimine constaret, quam indignis modis ab hominibus rerum antiquarum ignaris, quae bene fuerant a veteribus grammaticis tradita, corrumpantur. *Φυλὴν*, nam ita legendum est, haud aliter accepit, atque alter ille scholiastes, de cuius inscitia paulo ante monuimus; idque satis declarat addendo *μίαν*. *Ἀάθρα ἀπέκτεινε* non maioris est pretii, quam quod in fine scholii ad v. 1147. narratur. Lege vero *τὴν αὐτῶν*, scilicet *Ἀθηναίων*, vel *τὴν αὐτοῦ πόλιν*. Hemst.

82, 13. *ἑαυτοῦ* dedi ex libro Parisino. *αὐτὴν* Dorvillianus.

82, 22. *περιγίνεσθαι*] Moschopul. *Ἐκλ. Ἀ. Ὀ.* et Thom. Mag. in *Περιεγένετο*. Hemst.

82, 28. *νεκρόβιον*] Suidas in *Μακαρίτας*, *νεκροῦ βίον*· utrum verius, haud facile dixerim: blanditur tamen *νεκρόβιος βίος*, quam vocem non inscite finxerit ipse scholiastes. Hemst. *οἱ* ex codice Parisino accessit.

82, 29. *ἐπειδὰν*] *ὅταν* MS. Paris.

P. 83, 10. *βίου* additum ex MS. Paris.

83, 17. *ἀσωφρόνως* proprie pertinet ad explicandum *ἀσελγῶς*. HEMST.

83, 22. *δριμώτεροι* Aldina.

83, 25. *τὸ μέσον*] *ἐς τὸ μέσον* a Gelenio Portus et Kusterus acceperunt: praepositionem illam, qua carent A. et Fl. delevi. In Suida, quod huc pertineat, nihil est, praeterquam, *Σφηκώδεις, σκληροὶ, κάτισχνοι τοῖς σώμασι*. HEMST.

83, 34. *νῦν βούλεται*] In ora D'O. C. haec quoque notata usque ad *τοὐναντίον· Νῦν οὖν βούλεται ἡ Πενία ἀποδεῖξαι* etc. HEMST.

83, 36. *καὶ γὰρ ὅτε γαστρώδεις ἔλεγε τ.*] Locus hic rectius se habebit, si sic scribatur: *καὶ γὰρ ὅτε γαστρώδεις ἔλεγε τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ τοῦ πλούτου γίνεσθαι, καὶ ἀσελγεῖς ἔλεγεν*. KUST.

P. 84, 8. *ἀναντίῤῥητος*] Quod corrupte legebatur in Fl. *ζητουμένου· ἀντίῤῥητος ἡ πενία γοῦν καταλέξασα* etc. Gelenius emendavit. Post *ἀναντίῤῥητος* autem, quae iam ante ab initio scholii fuerant proposita, iisdem paene verbis, nisi quod paulo magis vitiata sunt, iterum ingerebantur. Onere minime necessario scholiasten liberavi. HEMST.

84, 19. *τὸ παλαιὸν* Aldina recte.

84, 19. *εἰ μὴ φωραθεὶς κλ.*] Respexit procul dubio scholiastes ad mores et instituta Lacedaemoniorum, quippe apud quos furta olim licita erant et impunita, modo ita fierent, ne quis in ipso furto deprehenderetur. Vide Cragium de Republ. Lacedaemon. lib. III. cap. XII. KUST.

84, 29. *διαβάλλει*] A. expressi, in qua *λαμβάνοντες*· reliquae *λαμβάνοντας*. Kusterus insuper, ut orationis male cohaerenti structurae subveniret, interpunctionem induxit: *παρὰ τῶν πολεμίων. Ἀσύμφορα* etc. atque ita fere margo C. D'O. *Διαβάλλει τοὺς ῥη-*

τορας ὡς δῶρα λαμβάνοντας παρὰ τῶν ἐναντίων. ἀσύμφορα τῇ πόλει συμβουλεύουσι. ceteris omissis. HEMST.

84, 35. τὸ κατὰ τῶν ῥ. πρ.] Maculae quiddam huic loco adspersum: an? διϊσχυριζόμενός τε καὶ τὸ τῶν ῥ. πρ. διασύρων. Sequentia leguntur apud Suidam in Βασκανία· vid. Etymol. in Βάσκανος. HEMST.

P. 85, 2. ταὐτὰ] Sic scribitur in A. et Fl. reliquae pcius ταῦτα, ut Suidas indicio est, qui solute τὰ αὐτά. Tum παρὰ τοὺς κομῶντας parum exacte metaphorae rationem explanat: Suidas pleniora praebet: παρὰ τὸ κομῶντας, vel potius, τοὺς κομῶντας καυχητιᾶν· firmat Etymol. οἱ γὰρ κομῶντες εἰώθασιν ὑπερηφανεύειν. Desideratur in scholiaste nostro varia lectio pro κομήσῃς, sed futilis et nullius pretii, quam tamen non est dubitandum, quin Suidas inde hauserit: τινὲς δὲ κομπάσῃς γράφουσιν· ferri posset, si interpretationis loco foret ad κομήσῃς adscriptum. In extremo scholio Fl. τὸ ὅτι ζητεῖς τὸ πρὸς τὸ κλαύσει· cui reliquae consentiunt: ego τὸ medium expunxi. HEMST.

85, 14. ἀντειπεῖν] Pro εἰπεῖν omnium edd. ex Suida in Πτερυγίζειν reposui. Idem habet ἀπὸ τῶν νεοττῶν, οἳ πειράζουσι, quamvis ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν νεοσσῶν pro eo, quod hic legitur τῶν ὀρνέων· illa variata scribendi forma diversos esse scholii auctores monet. Sine dubio mutilata, Ἀλλὰ φλυαρεῖς διὰ λόγων· hunc in modum explenda labes: Ἀλλὰ φλυαρεῖς καὶ πτερυγίζεις] ἀντὶ τοῦ θορυβῇ διὰ λόγων· sic plane Suidas, nisi quod omittit διὰ λόγων, quod tamen ad hunc locum bene quadrat. HEMST.

85, 21. πρήσεως typothetae lapsus. Lege πτήσεως.

85, 21. πολυλογίζειν adde Ducangii Glossario. SCHAEFER.

85, 22. πτερυγίζεις] ματεάζεις C. D²O. pro ματαιάζεις. ματάζειν, ματαιάζειν, et ματαΐζειν sunt usitata: duo priora verba saepe descriptores permutant, ut in Sexto Emp. Ἀντιῤῥ. IX. §. 282. pro, ἔνθεν καὶ ματάζουσιν οἱ Μαθηματικοί, MS. Ciz. ostendit, ὅθεν καὶ

ματαιάζουσιν etc. quod apud eundem invenies lib. III. §. 107. Praecedente versu ad, *Καὶ σύ γ' ἐλέγξαι* etc. notatur in C. D'O. quasi sententiae supplendae gratia, *ναὶ ζητῶ τοῦτο εἰκότως*· dixerat enim Chremylus, *Ὅτι γε ζητεῖς* etc. HEMST.

85, 31. *ἐνταῦθα*] Iungenda monet *διαγινώσκειν δίκαιον*. Praefigitur autem *γνῶ*, quomodo sententiam vel dictum morale solent indicare. HEMST.

P. 86, 1. *τὸ φήσεις*] Primam voculam, in ceteris edd. neglectam, ex A. revocavit Kusterus. HEMST.

86, 5. *ἀρχαίαις μωρίαις*] Videtur hic enarrator non ad *γνώμαις*, sed ad lectionem alteram *λήμαις*, illud scholium adiecisse; quod colligitur ex *μωρίαις*, et explicatione vocis *λήμη* perquam adcurata: quare ad finem adnotationis est removendum, quod nec Suidas agnoscit, *Ἀντὶ δὲ τοῦ γνώμαις γράφεται λήμαις*, velut ab alio scholiaste profectum, qui, quum in suo codice reperisset *γνώμαις*, quod edd. occupavit, alterius etiam scripturae lectorem admonere voluit. Porro neque illis, *παροιμία δέ ἐστιν* etc. nihil ad integritatem deesse credo, quippe qui vix putem, nisi ipsum proverbium interponatur, sensum loci satis commode consistere: sic igitur refinge: *παροιμία δέ ἐστιν ἐπὶ τῶν ἀμβλυωπούντων, λήμαις λημῶν, ἢ κολοκύνταις, ἥτις εἴρηται καὶ ἐν Νεφέλαις*· quod multo etiam clarius apparebit, si Nubium inspicias v. 326. alius enim in hac fabula nullus est, quem respicere potuerit: amplius suspicioni nostrae favet Append. Vatic. C. II. n. 36. *Κρονικαὶ λῆμαι*· *ὡς τὸ χύτραις λημῶν καὶ κολοκύνταις, ἐπὶ τῶν ἀμβλυωπούντων*. illae *Κρονικαὶ λῆμαι* digito quasi demonstrant hunc ipsum comici locum. Suidae tamen tempore scholium hocce non aliter, ac nunc, legebatur, ut patet ex *Λήμη*, et *Κρονικαῖς γνώμαις λημῶν* (sic enim ibi numero mutato scribit) *τὰς φρένας*· utrobique nihil habet, quod adiumenti quicquam adferat, ne in illis quidem *σημαίνει οὖν τὸ τετυφλωμένοι τὰς φρένας*, ubi supplendum est: *σημαίνει οὖν τὸ λημῶντες τὰς φρένας τετυφλ.* etc. nam quae proxime sequuntur, *οἳ τὰς λήμας ἔχοντες τῶν ὀφθαλμῶν*, deterius

uno loco dedit, *τῶν ὀφθαλμιώντων*, nisi librario vitium hoc inputetur; altero satis recte *ἐν ὀφθαλμοῖς*. HEMST.

86, 14. *μεγάλαις* in codice hoc compendio scriptum, $\frac{\Gamma\lambda'}{\mu\varsigma}$.

86, 20. *πεντέχρονον*] *χρόνον* Graeci recentiores annum appellant; quod universe negandum non erat a Rittershusio ad Porphyr. de V. P. p. 70. cautius Is. Casaubon. ad Diogen. L. I. 112. inde *πεντέχρονον*, quod hactenus effugit eos, quibus vocabula serioris Graeciae colligere curae fuit. HEMST.

86, 24. *οὐ κοτίνῳ δὲ ἐστέφοντο, ἀλλὰ τῷ τῆς καλλ.*] Contra hunc locum scholiastae prolixe disputat Paschalius de Coronis lib. VI. cap. XVIII. ubi recte ostendit, *κότινον* et *καλλιστέφανον ἐλαίαν* unam eandemque arborem fuisse; eamque dictam fuisse *καλλιστέφανον*, quod eius frondibus Olympionicae coronari solerent. Eum igitur vide. KUST.

86, 25. *τῷ τῆς κ. ἐ. κλάδῳ*] Haec paulo brevius Suidas in *Κοτίνου στεφάνῳ* descripsit: *οὐ κοτίνῳ οἱ νικῶντες ἐστέφοντο, ἀλλὰ καλλιστεφάνῳ· ταύτης δὲ . . . . τὰ λευκά· ὃ δὲ ἐκφαυλίζων·* quae sinceriora mihi videntur, (dummodo servanda putes) minusque, quam in edd. nostris, interpolata. Scholiastes vero non is quidem aperte reprehendit, sed de industria parumper a veritate recessisse comicum observat, quando ioci causa, ut eo vilior appareret ad aurum comparata coronae materia, sylvestris oleae ramis Olympionicas ornavit, quos potius *ἐλαίᾳ καλλιστεφάνῳ* cingi fuisse solitos Aristotele teste constet. Eadem fere L. Cael. Rhodiginus, quanquam alibi diversam opinionem sequatur, Latine versa tradidit L. A. XII, 19. refutatus ab Er. Schmidio Prol. ad Olymp. Pindar. qui ex Pausan. v. p. 414. patere notat, etsi revera *κότινος* fuerit, unde victoribus coronae nectebantur, *ἐλαίας* tamen *καλλιστεφάνου* nomen accepisse. Sed acriter et magno conatu in scholiasten disputat Paschal. Coron. VI, 18. 19. partim bene, quantum quidem ad causae caput adti-

net, partim secus. Hemst. De toto hoc scholio vide Dobraeum p. 129.

86, 29. *Ἀριστοτέλης δὲ οὕτω φησίν*] *ἐν τῷ περὶ θαυμασ. ἀκουσμ.* p. 704. Vide nos ad Suidam v. *κοτίνου στεφάνῳ*, ubi plura de hoc loco Aristotelis notavimus et simul scholiastae nostro, cuius verba Suidas ibi more suo descripsit, lucem affudimus. Kust. *ἐν τῷ Πανθείῳ*] Fl. *Παιστηθίῳ*, quod equidem unde Fracinus adripuerit, excogitare nequeo: solus Gelenius retinuit: ceteri iure spreverunt A. secuti, quae cum Aristotele consentit: adhuc enim, ut iam Dalecampius ad Plinium et alii plures indicarunt, is philosophi locus extat *περὶ Θαυμασ. Ἀκουσμ.* p. 96. v. 3. Hoc quum forte Casaubonum effugisset Lect. Theocr. c. VI. integra verba Dan. Heinsius ambitiose protulit c. VIII. ita scribens: *Quem philosophi locum grammatici omnes quotquot adduxerunt, partim depravarunt insigniter mutilaruntque, partim non inspicere dignati sunt:* iterumque: *Apud Aristophanis interpretes multa male scripta sunt: apud Suidae collectores multo plura partim corrupta, partim mutila; e quibus seorsim capita integra criticarum notarum crescerent iis, quibus hoc curae est.* Quae quanto plus iuvenilis habent iactantiae, tanto minus fidei: certissimis enim indiciis dilucidum est, quam haec res parum considerate fuerit ab Heinsio perpensa. Ego sane lubens fateor, eas inhaerere verbis Aristotelis difficultates, quas licet lenta meditatione diu multumque pertractaveris, superari tamen atque amoveri posse diffidas. Nam primum, quodnam est illud *Πανθεῖον* nobilis oleae matrix, unde demtum surculum Olympiae deposuerit Hercules? Rhodiginum non moror, qui solum comici enarratorem in manibus habens ita scripsit, ut libri titulum putasse videatur. Dan. Heinsius, quasi de re prorsus explorata, *Philosophus*, inquit, *duas καλλιστεφάνους constituit, alteram apud Eleos, alteram apud Athenienses.* Quin signatius aliquanto Er. Schmid. Prolog. ad Pindari Olymp. In Pantheo Athenis etc. Neque Pantheum, sive *θεοῖς τοῖς πᾶσιν ἱερὸν κοινὸν* ibi fuisse negari potest; sed

quod nihil huc faciat, quippe ab Hadriano constructum. Cautius incedere dicas Ortelium in Thes. Geogr. *Pantheium vocatur apud Suidam et Aristotelem in Admirandis locus in Attica* LX *stadiis ab Ilisso, ubi oliva, callistephanus vocata, nascebatur, ex qua sola victores in Olympiacis coronabantur.* Verum istius in Attica regione Panthei, si Aristotelem, unde fluxit ad scholiasten comici et Suidam, excipias, nullum usquam vestigium adparet; atque adeo nihil a Meursio, si recte memini, quantumvis adcuratissimo, quod lucem adferat, expromtum invenies. Deinde quid minus est consentaneum, quam ut Aristoteles simul atque oleastri Olympiam translati honorem Herculi adscripsit, statim non solum eam arborem ad Ilissum collocet, sed et Eleos plantam inde scilicet ab Attica petitam Olympiae deposuisse tradat, ex cuius foliis coronae victoribus tribuerentur: ex philosophi certe verbis, prout nunc in Admirandorum opere corruptissimo publicantur, sensus alius, quantumcumque verses, oriri nequit. Tum porro quis praeter Aristotelem oleastri plantam in Olympiam esse delatam scripsit ex Atticae partibus, ubi quemadmodum olearum benigna, sic oleastrorum, ut puto, nulla fuit copia. Scimus utique auctore Pausania Graecarum antiquitatum diligentissimo v. p. 592. ab Hyperboreis usque Herculem Idaeum oleastri stirpem in Peloponesum deportasse: in Herculem Thebanum sine ullis ambagibus idem factum confert Pindarus Thebanus, quo minus mireris eum populari suo favere *O. I'*, 25. qua de re tota planius, opinor, constaret, si veterum grammaticorum ad hunc locum integra superessent scholia. Iam pluribus adscribi solere constat, quae ab Herculum uno sunt patrata; quorum ultimus, profecto dignus qui fortissimum agmen clauderet, saepenumero maximorum, quae priores ediderant, facinorum titulos ad se derivavit. Nunc etiamsi scrupulos hosce penitus eximere non detur, ut parte tamen aliqua leniantur, existimo *Παν θεῖον* illud, sive vox sincera sit, sive, quod potius arbitror, mendosa, longe ab Atticae finibus apud Hyperboreos esse quaerendum. Levibus coniecturis, quae tamen haud prorsus inprobabiles ad ma-

num sunt, indulgere opportunum non videtur; neque etiam adcuratius scrutari, cur sylvestrem oleam, teste Dioscoride I, 137. nonnulli dixerint *Αἰθιοπικὴν ἐλαίαν*. Quod si suspicio mea fidem inveniat, iam locus erit Ilisso, Attico certe, quem intellexerunt omnes, negandus. Eius in vicem qui succedat, nullus est Alpheo propior, si rem consideres: si literarum discrimen, alium, modo in vicinia reperiri possit, esse circumspiciendum statuas. Nec sane longe ab Olympica regione, quam a philosopho denotari persuasum habeo, Elisson currit, vel Elissa fluvius: nam utroque nominis flexu gaudere Strabo docet VIII. p. 520. C. *Αὐτοῦ δέ που καὶ ὁ Ἐλίσσων, ἢ Ἔλισσα ῥεῖ ποταμὸς ἐν τῇ λεχθείσῃ μεθορίᾳ*, id est, ut paulo ante dixerat, *ἐν μεθορίοις τῆς τε Κυλλήνης καὶ Ἤλιδος καὶ τῆς τῶν Πισσατῶν*· ubi quid de lectione veterum librorum sit tenendum, alias examinabimus. Viden, quam non procul abhinc Ilisson sese ostendat? Idem est sine controversia, qui a Theocrito memoratur Eid. XXV, 9. *Ἀλλ' αἱ μέν ῥα νάοντος ἐπ' ὄχθαις ἀμφ' Ἐλισοῦντος, Αἱ δ' ἱερὸν θείοιο παρὰ ῥόον Ἀλφειοῖο, Αἱ δ' ἐπὶ Βουπρασίου πολυβότρυος, αἱ δὲ καὶ ὧδε*· ut ex Alphei Buprasiique adiuncta mentione manifestum est: illud haud iniuria dubitari potest, an satius fuerit, ut scribatur, *ἀμφ' Ἐλίσοντος*· Ἐλισόεις enim et Ἐλισοῦς ne usus unquam receperit, valde vereor, etsi me non fugiat Ἐλισσοῦντα Pausaniae p. 661. de quo recte censuit Sylburg. Aberrat autem Ortelius in Elissus, et non mediocri intervallo disparata confundit: adcuratior Casaubonus ad Strabonem diversos fluvios iisdem Elissontis nominibus insignes separavit. Quid ergo? absurdumne duxeris in Aristotele refingi *παρὰ τὴν Ἔλισσαν*, vel *παρὰ τὸν Ἐλίσσοντα ποταμὸν*, aut, si mavis, *τὸν Εἰλίσσοντα*, ut eo clariora sint facillimae corruptelae vestigia, quia non Ἴλισσος solum, sed Εἴλισσος etiam scribatur. Iam, quo magis credibile fiat Atticum Ilissum, utpote tum urbis, quam adluebat, tum Platonis munere notissimum, in alienos alveos a librariis esse derivatum, in medium adferam Statii versus Theb. IV. 52. *Qui Drepani scopulos, et oliviferae Sicyonis Culta serunt, quos pigra vado Langia tacenti Lam-*

lit, et amfractu riparum incurvus Elissos. Hunc ubi semel Lactantius *fluvium Atticae regionis* explicuit nescio quid praeterea nugarum adtexens, errorem ad viros eruditissimos nimium credulos inpune propagavit: sequuntur enim nihil subesse sinistri suspicati non solum Io. Meursius Ath. Att. II, 5. et Barthius ad hunc locum, sed et sagacissimae naris homines Io. Fr. Gronov. ad Senec. Hippol. v. 14. Ilissus ibi scribens, quamvis Elissos in Statio dedisset, et N. Heinsius ad Vell. Paterc. I. c. 17. Duo sunt in primis, quae, ne caeco duci comites adiungerentur, eos retinere debuissent. Unum, quod de Ilisso cogitare vetat locorum situs, in quibus exponendis poëta versatur: hoc argumentum ut est validissimum ad illam opinionem evertendam, sic simul ad veram lectionem, quae perquam levi unius literae mutatione constat, facilem aditum praebet; quippe reponendum est Elisson Sicyoniae flumen cognitum ex Pausan. II. p. 138. et Statii instituto convenientissimum. Alterum, quod causa non erat, cur consuetum in Ilissus syllabae modum spernerent: qualem Statius agnoverit, ipse declarat Theb. XII, 631. Video Barthium praetexere poëtarum in nominibus propriis licentiam, atque adeo hunc quoque fluvium modo corripi, modo extendi. Saltem speciem aliquam documenti probabilis adtulisset; ne dicam, dum in Pausaniae verbis pro *Εἰλισσὸν* et *Εἰλισσιάδων* supponit *Ἔλισσὸν* et *Ἐλισσιάδων*, culpam admisisse. Fateor obduci Senecam Hippol. v. 13. in quo reiecta scriptura vulgari caute dedit, ne metro noceret, N. Heinsius, *lenis Elissos.* Sed hunc in Atticae fluvio scribendi morem nisi liquido probaverit vir egregius, quid inpediet, quo minus optimo iure repudiemus? Seneca certe quam syllabae primae legem ac formam inposuerit, satis indicat v. 504. — *niveo corpus Ilisso fovet.* Quoniam igitur in eadem Tragoedia mensuram variasse nequaquam credibile videtur, revocandam censeo quanquam inferioris notae membranarum lectionem — *levis Ilissos*, vel invito praestantissimo Mediceo; in quo pariter atque apud Maximum *περὶ Καταρχ.* v. 418. de Borea Orithyiam rapiente — *χορὸν ἀγνὸν ἐπ' Ἰλισσοῖο ῥοῇσι Ἱσταμένην*, liquida duplicata Illissos exhibe-

tur. Videor ergo, quod hoc exemplo testatum volui, consecutus, ut haud temere liceat adfirmare, obscuri fluminis adpellationem ex similitudine literarum nobilius oppressisse. Verum si, quae in Admirandis prostat, illam lectionem amplectaris, *ἀπὸ ταύτης δὲ τὸ φυτὸν λαβόντες ἐφύτευσαν Ἠλεῖοι ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ τοὺς στεφάνους ἀπ' αὐτῆς ἔδωκαν*, et emendationi nostrae momentum accedet, et duplex, ni fallor, admittendus erit oleaster; nimirum alter, quem Hercules a Pangaeo (sumamus enim ab Aristotele sic scribi potuisse) delatum in Olympica regione non procul Elissonte conseverit; alter, quem postmodum Elei ludorum praesides, ex priore surculo deciso, in ipsa Olympia plantaverint propius illum locum, ubi certamen agebatur. Sin resectis quibusdam contractior arrideat scholiastae nostri oratio, *ἀπὸ ταύτης ἔφερον λαβόντες Ἠλεῖοι τῶν ἀθλητῶν* (hic *τῶν* Suidas interponit) *ἐν Ὀλυμπίᾳ τοὺς στεφάνους*, iam uno nos oleastro contentos esse oportebit: is enim idem, qui manu Herculis fuit institutus, materiem victorum coronis suppeditaverit: existetque forsitan audacior aliquis, qui, praelata posteriore scriptura, in Ilissi sedem Alpheum malit quam Elissonta substitui. Admirabilem huius oleastri vitam, quae ad suam usque aetatem perduraverit, praedicat Plinius H. N. XVI, 44. *Olympiae oleaster, ex quo primus Hercules coronatus est, et nunc custoditur religiose.* Brevius, quem tamen hic ob oculos habuit, Theophrast. H. Pl. IV, 14. *κότινον δὲ τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ, ἀφ' οὗ ὁ στέφανος.* Nec praetermittendus est, qui nonnihil ab aliis dissentit, Phlegon Trall. de Olymp. per quinque primas Olympiadas neminem abiisse coronatum narrans; deinde missum ab Eleis Iphitum, ut Apollinem interrogaret, ornandine forent victores coronis, hoc oraculi responsum tulisse: *Ἴφιτε, μήλειον καρπὸν μὴ θῇς ἐπὶ νίκῃ· Ἀλλὰ τὸν ἄγριον ἀμφιτίθει καρπώδη ἐλαιῶν*, (lege *ἔλαιον*, vel *ἐλαιών*. Pro *καρπώδη* quid reponam, nam corruptum esse non ambigo, nihil succurrit; nisi forte placet *καμχώδη. καμχώδης* Hesychio *τραχύς.*) *Ὃς νῦν ἀμφέχεται λεπτοῖσιν ὑφάσμασ' ἀράχνης. Παραγενόμενος οὖν εἰς τὴν Ὀλυμπίαν, πολλῶν ἐν τῷ τεμένει κοτίνων ὄντων, εὑρὼν ἕνα περιεχόμενον*

ἀραχνίοις, περιφκοδόμησεν αὐτόν· καὶ τοῖς νικῶσιν ἐκ τούτου ἐδόθη ὁ στέφανος. Haec verbis integris proponere non piguit, tum ut oraculi auctoritate noster scholiastes deterreretur, ne κότινον amplius Olympionicis eripere pertendat; tum ut pateat, Aristotelis illud περιφκοδόμηται cum Ilisso nihil habere posse commune. Quod autem ingentem oleastrorum copiam ἐν τῷ τεμένει adfuisse scribit Phlegon, id etiam Strabonem habet testem locupletem VIII. p. 542. A. Ἔστι δ' ἐν τῇ Πεισάτιδι τὸ ἱερὸν (τῆς Ὀλυμπίας) σταδίους τῆς Ἤλιδος ἐλάττους ἢ τριακοσίους διέχον· πρόκειται δ' ἄλσος ἀγριελαίων, ἐν ᾧ τὸ στάδιον· παραῤῥεῖ δ' Ἀλφειὸς ἐκ τῆς Ἀρκαδίας ῥέων etc. Hemst.

86, 31. ταύτης δὲ ἔμπ.] Primum Suidas post πέφυκεν iterum subnectit: ἔξω γὰρ, ἀλλ' οὐκ ἐντὸς, ἔχει τὰ λευκά. Quod ea conditione probo, ut supra ταύτης δὲ τὰ φ . . . . . κοτίνου, tanquam alieno loco posita, deleantur: repeti saepe, quae necesse non sit, in his scholiis, dum ex variis codd. adcumulantur, compertum est. Deinde Philosophi edd. discrepant: ταύτης δὲ πάντα τὰ φύλλα ταῖς λοιπαῖς ἐλαίαις ἐναντία πέφυκεν· ἔξω γὰρ [ἀλλ'] οὐκ ἐντὸς ἔχει τὰ χλωρά. Kusterus ad Suidam, quia callistephanus eo pacto nihil differat a vulgari olea, legendum videri testatur, ἔξω γὰρ οὐκ, ἀλλ' ἐντός· vel, si haec emendatio non placeat, pro χλωρὰ cum scholiaste et Suida scribendum esse λευκά. Hoc ingenio suo retulerit acceptum, an monitori primo Io. Bodaeo a Stapel ad Theophrasti H. Pl. p. 52. 491. nihil adtinet: ego quidem neutri conjecturae repugno, sic tamen, ut in posteriorem magis propendeam. Mox συμμέτρους legeris, an cum Aristotelis edd. συμμέτρως, perparum interest: quod sequitur, ibi plenius, ἀπὸ ταύτης δὲ φυτὸν λαβὼν ὁ Ἡρακλῆς. Suidas: ἀπὸ ταύτης λαβὼν καρπὸν ἤδ. et ἐδίδοντο, quod meo arbitratu melius est, pro δίδονται. Hemst.

86, 37. Ἰλισσὸν Aldina.

86, 37. σταδίους ξ τοῦ π. ἁ.] Absunt a Suida, qui idem non aliter atque Aristotelis edd. παρὰ τὸν Ἰλ.

solus habet, περιωκοδόμητο, quod nimirum apte congruit cum τῷ ἐδίδοντο. In stadiorum numero finiendo multum abit schol. Theocrit. ad Eid. IV, 7. Ἀγνοοῦσι δὲ, ὅτι οὗτος (ὁ Ὀλυμπιακὸς στέφανος) ἐκ τῆς καλλιστοῦς ἢ καλλιστεφάνου ἐλαίας γενόμενος δίδοται, ἥτις ἀπέχει σταδίων ὀκτὼ, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης. Quod *parum abesse* profitetur D. Heinsius, *quin eundem eum, quem duo reliqui, locum philosophi in animo habuisse existimet*, id ego iuxta cum Kustero ne dubitandum quidem arbitror: at quod addit, *si quis rescribat* ἑπτὰ, *non* ὀκτώ· *et potest certe deceptus fuisse homo Graecus, qui Aristotelem negligenter inspexit, legitque*, σταδίους ζ τοῦ ποταμοῦ ἀπέχουσα, *non* ξ, *id est*, ἑπτὰ, *non* ἑξήκοντα, minus considerate scriptum est, nulloque plane fundamento nititur. Quin autem hic scholiastes ex Aristotele sit emendandus, ideo non dubitat Kusterus, quod ἑξήκοντα etiam legatur apud scholiastam Aristophanis. Mihi sententia longe alia sedet: ut enim Theocriti scholiastae suum ὀκτὼ libenter relinquo, sic stadiorum numerum in nostro atque Aristotele magis etiam inminutum velim. Equidem valde mihi persuadeo, a philosopho venisse σταδίους ἕξ, cuius voculae prima litera quum forte evanuisset, ξ pro numeri signo fuit acceptum, et peperit ἑξήκοντα. Iam si ex propinquo notoque loco determinanda sit oleastri Olympici sedes, utram stadiorum designationem commodius instituto respondere dicas, sex an sexaginta? eam rationem quivis facile, vel me tacente, collegerit. Ceterum in Theocriti scholiaste deesse quiddam ultro largior: nec difficile tamen fuerit labem explere, modo revocari patiaris fluvii nomen, ἥτις Ἐλίσσης, aut Ἐλίσσοντος, aut, si quis hoc forte praeoptet, Ἀλφειοῦ ἀπέχει etc. Eadem vero, qua noster scholiastes, oberrat chorda, et frustra κοτίνου στέφανον Olympionicis detrahere conatur. De variatione, quae ultimam Aristotelis verborum partem occupavit, dictum est supra. HEMST.

86, 39. Scribendum θυγόντι.

P. 87, 4. καταῤῥητορευθεὶς] Gelenius hunc in modum correxit, quod in A. et Fl. legebatur, καταῤ-

ῥητορεύσει· haud scio, an satis bene. Nihil est quidem in sensu, quod merito reprehendas, *Chremylus enim argumentis Peniae callidis atque oratoriis prostratus et victus dicet:* nam illa potestas residet in verbo καταῤῥητορεύεσθαι, quod paulo diversa ratione posuit Lucian. de Gymn. p. 401. B. uti monitum a Budaeo C. L. G. p. 1079. Sed nec alterum illud καταῤῥητορεύσει tam est alienum, ut commodam explicationem non admittat: quid enim in tali sententia desideres? *nam figuram istam Chremylus oratoriam adversus Paupertatem intorquebit, et superatus dicet:* sic autem intellige, τῆς Πενίας· sin quartum casum addideris, καταῤῥητορεύσει τὴν Πενίαν, capiendum erit hoc pacto: artibus et more oratorum Peniam depellet ac reiiciet. Hemst.

87, 11. ἐνευθηνεῖσθαι] ἀνευθηνεῖσθαι sine causa dedit Kusterus: ego a prioribus edd. discedendum non putavi. Retulit etiam H. Stephanus ex scholiaste hoc compositum in Ind. Thes. G. L. Talia sunt ἐνευδαιμονῆσαι, ἐνδυστυχῆσαι, ἐνενφρανθῆναι, ἐνευδοκιμεῖν, eiusque generis apud veteres plura. Dionysii locus, quem respicit, Perieg. v. 456. Vide Suarezii Ant. Gadit. I. c. 1. 2. In Hesychio vice Κονοῦσα literarum ordo legendum monstrat, Κοντινοῦσα pro Κοτινοῦσα· quae menda non fefellit Holstenium ad Ortel. Thes. Geogr. Myrrhinuntem et Rhamnusium demum illustrat Io. Meursius de Pop. Att. usurpato scholiastae loco. Hemst.

87, 20. οὕτω καί τις Π.] Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 463. ubi ducta locorum a plantis arboribusve nomina recenset, dum fere nostrum enarratorem exscribit, haec tamen, in quibus aliquid haerere vitii manifestum est, omisit. Auguror intercidisse vocem οἶνος· οὕτω καί τις οἶνος Πιτνούσιος· Πιτνοῦντα vero intelligo τῆς Παριανῆς, cuius apud Strabonem mentio XIII. p. 880. C. in quo tractu, qui vitium satis ferax, urbs quoque Πιτύεια. Quin et Lampsacus in propinquo sita olim appellationem habuit Πιτνοῦσσαν· neque ignotum est vinum Lampsacenum; illudque oppidum Themistocli tributum εἰς οἶνον. Multo plures autem et

regiones et urbes ex copia pinuum idem induisse nomen constat. HEMST.

87, 23. *ὡς εἰ καὶ*] Ex A. et Fl. particulam *εἰ* in reliquis edd. neglectam restitui. HEMST.

87, 30. *φασκία*] Car. Du Cangium non fugit scholiastae locus in Gl. M. et I. Gr. V. *Φασκία*. Taeniam vero itidem ut hic vetus enarrator exponit ad *Batr.* v. 396. *ῥάμμα τοῦ στεφάνου*. HEMST.

P. 88, 6. *ἀκριβολογούμενος*] Sic glossatores *φείδεσθαι* passim interpretantur. V. Hemsterhus. ad v. 246. et 553. De hac significatione verbi *ἀκριβολογεῖσθαι* lexicographi nostri tacent. SCHAEFER.

88, 11. *ἐκφλαυρίζεσθαι*] Kustero debetur, ante quem in cunctis edd. erat, *ἐκφλυαρίζεσθαι*· quod ferri nequit, etsi scholiastes habeat *ἐκφλυαρεῖν* ad v. 885. Suid. *Ἐκφαυλίζων, εὐτελίζων*· Hesych. in *Ἐξεφαύλιζον*. HEMST.

88, 13. *πρὸς ὁμοιότητα τοῦ ἤχου τοῦ κατά τε τὸν λῆρον*] Observatio haec scholiastae frigida est et longe petita; quae tamen etiam placuit Eustathio ad Il. *A*, p. 125. ed. Rom. qui cum hoc loco conferri potest. KUST.

88, 15. *τὶ ἄνθος*] Ita scribas cum A. et Fl. quas Kusterus sequitur, an cum Gelenio et Porto *τὸ ἄνθος*, parum interest, quantum ad ipsam rem adtinet: veteres enim *λείριον* exponunt et *τὸ ἄνθος*, quomodo Lucian. in Herc. p. 520. Etymol. in V. et *Ποδαλείριος*, Pompeius Anth. III. c. 12. Ep. 8. *Ἡ μούνη Χαρίτων λείρια δρεψαμένη*, quem versum Suidas protulit in *Λείρια*· et *τὶ ἄνθος*, vel *ἄνθους εἶδος*, ut Eustath. ad Il. *Γ*. p. 395. quanquam aliis in locis, in quibus aperta sunt inspecti scholiastae nostri vestigia p. 125. v. 39. p. 962. v. 56. priori interpretationi accedat. Vid. Erotian. et Galen. Lex. Hippocr. De utroque post H. Stephan. in Ind. Thes. Salmasius egit ad Solin. p. 862. 865. Sed hic quidem cur antiqua scriptura mutaretur, causa non erat. *Φωνὴν* vero *λειριόεσσαν* ab Homero petiit Il. *Γ*, 152. quem versum venustissima figura Ti-

mon Sillographus apud Diogen. L. III, 7. ad Platonis, eiusque sodalium in Academia consessus et argutas disputationes transtulit. HEMST.

88, 21. *ἐν Ὄρνισι*] V. 300. 301. ubi lege veterum grammaticorum observata. HEMST.

88, 28. *τοῦ περιδουμένου δι' ὅλου σώματος*] Quomodo interpretatio haec voci *διάδημα* convenire queat, videant alii. *διάδημα* enim est ornamentum capitis tantum, non vero totius corporis. KUST. *δι' ὅλου σώματος*] Illud, opinor, voluit scholiastes, fasciam candidam non capiti tantum circumvolutam, sed quacumque corporis parte adstringatur, dici diadema: quomodo Pompeio tali fascia crus adligatum habenti Favonius, *Non refert*, inquiens, *qua in parte corporis sit diadema*, regias vires exprobravit, teste Valer. Maxim. VI, 2, 7. Ἀναδέσμη apud Suidam: Damasc. in Phot. Biblioth. p. 561. v. 35. *ἀναδεδεμένη τὴν κεφαλὴν ἀναδέσμῃ· γυναικεῖος τῆς κεφαλῆς ἀνάδεσμος* apud Etymol. qui sic *μίτραν* interpretatur. HEMST.

88, 33. Ὀμήρῳ] Od. *B*, 86. schol. parvus exponit: *περιποιῆσαι, περιθεῖναι*. HEMST.

P. 89, 1. *οἷς ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτά*.] Haec Christiani hominis ingenium ac stylum redolent, quae alibi quoque, tametsi locus non succurrat, me legisse memini. Posteriora claudicant: vitium sustuleris, si scribas, *οἷς ἐπελπίζουσι*, vel, *ὅτι*, sive *ὅσον ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτά*. Sensus est, *περίαπτα dici, quod iis appensis mali sibi persuadeant, se melius habituros; sic ut ipsi potius dicendi sint ex illis pendere, in quibus spem prosperae valetudinis aut fortunae collocent:* sive, *quia spem salutis in iis habent repositam*. De *περιάπτοις* autem, quorum virtutis opinio Christianae quoque plebis animis alte inhaeserat, quid censuerint Patres, exponunt Is. Casaub. ad Spartian. Caracall. p. 131. Lindenbr. ad Amm. Marcell. XIX. p. 251. et, qui horum opera gnaviter usus fuit, Ia. Gothofred. ad L. 3. C. Th. de Mal. et Mathem. In Constit. Apost. VIII, 32. cautum est, qua conditione *περιάμματα ποιῶν*, eiusque farinae alii ad baptismum

admitti debeant. *Περιάμματα* vero sunt, ut in Lexico veteri MS. explicantur, *τὰ κατὰ τοὺς τραχήλους, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας βεβαμμένα κλωσμάτια, ἅτινα αἱ γυναῖκες περιάπτουσι.* Pro grammatici verbis in medium adductis gratiam referemus Car. Du Fresnio, cui vitium unius literae non animadversum persuasit, ut Glossario suo *Κλωσμάτιον* insereret, vocem, ut ait, formatam a *κλοιὸς*, *torques*, quaeque significet *quicquid collo, manibus et alibi appenditur ornatus gratia.* Atqui vocem illam nihil moror, quin eo abeat, unde malum pedem huc intulit: quippe legendum est sine dubio, *κλωσμάτια, fila*, quae variis coloribus infecta collo corporisve partibus aliis adligari solebant. Eadem apud medicos etiam dicuntur *περιαρτήματα*, et *ἐξαρτήματα* Tatiano. Hemst.

89, 3. *ὁ ἐλεύθερος*] Mallem scholiastes scripsisset, quod si quis ipsum scripsisse velit, facile patiar, *ὁ ἐλευθέριος*· apud Graecos enim ut significandi proprietate separantur *καθαρὸς* et *καθάριος*, ita non minus *ἐλεύθερος* et *ἐλευθέριος*. Inde manant *ἐλευθεριότης*, et contrarium vitium *ἀνελευθερία*, vel, quod rarius, *ἀνελευθεριότης*· de quibus accurate tradidit Aristot. *Ἠθ. Νικ.* IV. c. 1. *Ἠθ. Μεγ.* I. c. 24. 25. et in libello *περὶ Ἀρ. καὶ Κακ.* Apud Poll. III, 114. *ἐλεύθερος* extare novi de homine liberali: sed bene Iungermannus *ἐλευθέριος*· quod eo minorem habet dubitationem, quia §. 118. ipsi codices *ἐλεύθερος* expellunt. Hemst.

89, 5. *σκνιφούς*] I. e. *sordidos et avaros.* Caeterum vetustiores editiones ut Ald. et Flor. habent *σκιφούς*: sed minus recte. Vix enim alibi, ut puto, vocem illam reperias. At *σκνιφὸς* occurrit etiam apud scholiasten nostrum supra ad v. 84. consentientibus omnibus edit. itemque apud Hesych. v. *γλίσχρος* et v. *φειδωλὸς*, et Etymol. v. *γλίσχρος*. Sopingius tamen vocem *σκνιφὸς* ut male Graecam apud Hesychium v. *φειδωλὸς* sollicitat, eiusque loco *σκνιπὸς* scribendum esse censet, sed cui minime sum credulus. Nam utrumque olim in usu fuisse, et *σκνιφὸς* et *σκνιπὸς*, exempla satis probant. Kust. *σκνιφοὺς*] Equidem hunc in modum, quod Kustero videbatur, emendatius, praesertim

si vocis originem adtendas, quam in edd. A. et Fl. *σκιφοὺς* legi, nullus abnuo. Verum tamen ideo penitus inprobandam esse non concesserim scripturam veterem, quam genuit forsitan, atque in usum vulgi produxit expeditior pronunciandi cursus. Hesychius certe non tantum *Σκιπὸν, μικρολόγον* adnotavit, sed etiam *Σκιπὸς, σκιφὸς, ὁ μικρολόγος*· quanquam alibi saepius ipse *σκιφὸς* et *σκιφῶς* usurpet in *Γλίσχρος, Ὀλιγώρως, Φειδωλός*. Suidae quidem testimonium ita disertum, ut dubitandi locus non sit: *Σκιφὸς, ὁ παρ' ἡμῖν λεγόμενος σκιπός*. Quare Casaubonus etiam ad Theophr. Char. c. x. recensens nomina, quibus Graeci, praecipue comici, parcos homines ac sordidos insigniunt, eum in numerum adiecit *σκιφὸς* et *σκιπός*. Neque aliunde, me iudice, sunt explanandi, quos Crantor vocabat, *σκίφης μεστοὶ στίχοι* apud Diogen. L. IV, 27. quorum mentem solus percepisse mihi videtur Kühnius. Indidem oritur *σκιφία* vel *σκιφεία*, quod in Hesychii loco leviter adfecto restituendum arbitror: *Κιμβία, σκυφία, μικρολογία*· quamvis enim aliquis suspicari possit, confudisse Lexicographum, ut creberrime solet, *τὰ κυμβία*, quibus interpretatio *σκυφία* non inepte conveniat, et *τὴν κιμβίαν* vel *κιμβείαν*, malo tamen unius literae prona mutatione huius erroris eum absolvi. Experiamur, an Suidam eadem opera iuvare liceat: nam quae ferunter et mire corrupta, et ab inperito homine, ni fallor, interpolata, *Κίμβεια, σφηκία, ἢ μελίσσια, ἢ μικρολογία*, quanto formam ornatiorem accipient, si tali modo constituas: *Κιμβεία*, vel *Κιμβικεία, σκιφία, ἢ μικρολογία, ἢ διαστροφή*· *ὅθεν καὶ κίμβιξ ὁ λίαν μικρολόγος περὶ χρήματα. Κιμβεία* scripseris an *κιμβικεία*, nihil admodum refert: illud a *κιμβὸς, κιμβεύειν*, hoc a *κίμβιξ, κίμβικος* descendit: in Aristotele quidem *περὶ Ἀρ. καὶ Κακ.* p. 226. quam bis edd. *κιμβείαν* ostentant, Stobaeus invenit *κιμβικίαν* p. 134. Unde vero *σφηκία* processerint, et male sedulae manus adsumentum *ἢ μελίσσια*, non erit operosum expedire, dummodo supponas *σκιφία* primum abiisse in *σκηφία*, deinde literis, ut labes labem trahit, perversis in *σφηκία*. Aberraturum puto, si quis, ut huic loco remedium quaerat, aliam viam ingressus ad *κύ-*

βεθρα vel κύμβεθρα confugerit. Nullum autem inter σκηφίαν et σκηπίαν est discrimen: insignia Theophanis ad eam rem sunt verba Chronogr. p. 248. B. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ θανατικὸν, καὶ κνιπία παντὸς εἴδους· quorum propterea mentionem eo libentius feci, tum quod codd. ibi scribendi in isto nomine varietatem clare designent; nam velut a κνιπὸς, quod Etymologus habet v. Φειδωλὸς, in editionem defluxit ex Regiis membranis κνιπία, sic a σκνιπὸς vel σκνηπὸς Barberinus liber σκνηπία, Peirescianus a σκηπὸς σκηπία praeferunt: tum quia viris eruditis, licet significationem ab Historia Miscella didicissent XVII. p. 529. *inopia omnis speciei*, nativa tamen vocis potestas atque incunabula minime fuerunt perspecta. De Iac. Goaro, cui perpauxillum est, quod debemus, taceo: Du Cangius in Gl. M. et I. Gr. accentus vitio deceptus, quum Κνίπια reperisset, formam vocis inusitatam atque abhorrentem κνίπιον effinxit. Illud praeterea notatu non indignum, κνιπίαν a Theophane, quemadmodum ab inferioribus Latinis *parsimoniam*, aliter atque usu vulgari solet pro caritate rerum necessariarum ac penuria poni, quando nimirum annonariae species, ut ICti loquuntur, non nisi parce stricteque praeberi comparative possunt. Ut autem κυμβείαν et σκνιφίαν aut σκιφίαν iam ante copulata vidimus, sic κίμβικας et σκνιφοὺς, tanquam proximi plane generis, non solus enarrator noster adiunxit, sed et Aspasius ad Aristot. Eth. Nic. IV. f. 51. a. κίμβικες (λέγονται) καὶ κυμινοπρίσται καὶ γνίφωνες καὶ σκνιποὶ οἱ μικρὰ προϊέμενοι καὶ διδόντες. Forte mirabitur aliquis, ubi γνίφωνας hic memoratos et σκνιποὺς vel σκνιφοὺς ab una origine dixero pendere; quo tamen, si quid est in notationibus verborum exquirendis firmum, nihil esse verius existimo. Priores binae voces in Plutarcho, nisi alteram menda deformasset, reperiri poterant: nam quod Sympos. II. p. 632. C. legitur, ἢ τὸν εὐδάπανον, καὶ μεγαλοπρεπῆ, καὶ χαριστικὸν κίμβικα καὶ κύμινον προσαγορεύων, mutandum est in κυμινοπρίστην· cuius adpellationis, ne de usu frequentissimo dicam, ratio sponte patet; quum e contrario nulla detur, quae talem significandi vim κυμίνῳ per se soli vindicet: aliud est, quod con-

flatis in unam vocibus prodiit κυμινοκίμβιξ observatus ab Eustathio ad Od. *P.* p. 1828. Hoc quandoquidem ab Erasmo non fuerat animadversum, fieri vix potuit, quin vir magnus laberetur in *Cumini sector.* Apud Demetrium περὶ Ἑρμ. §. 157. in Sophrone pro κύμινον ἔσπειρε corrigendum esse κύμινον ἔπρισε, quantumvis verosimillimum videatur, minore fiducia et segnius adfirmem, probe memor, quem lectioni receptae colorem conciliarit Hadr. Iunius in Adag. *Cuminum serere.* Quis vero credat Simonidem illum, magni spiritus foecundissimaeque venae poëtam, iis fuisse moribus, in quos convicium κίμβικος quadraret? huius tamen tituli summo vati notam inpressit Xenophanes Colophonius, teste scholiaste Aristoph. ad Εἰρ. v. 696. idque opprobrium, ne vanum fuisse putes, repetere non dubitavit, sordidaeque vitae documentis conprobare Chamaeleon ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδου, ut colligi potest ex Athen. XIV. p. 656. D. Ὄντως δὲ ἦν ὡς ἀληθῶς κίμβιξ ὁ Σιμωνίδης καὶ αἰσχροκερδὴς, ὡς Χαμαιλέων φησί. HEMST. Vid. Gaisford. ad schol. Theocriti p. 188.

89, 15. ἐπιστομηθεὶς] Kusterus ad oram sui libri: *Rectius* ἐπιστομισθείς· itaque restituit contra priores edd. nec dissentio; quamquam memini formam utramque multis in verbis promiscue saepius usurpari, λοιδορεῖν, λοιδορίζειν· ἀπολογεῖσθαι, ἀπολογίζεσθαι· sed ἐπιστομίζειν perpetuae consuetudinis auctoritatem habet: vid. Aristoph. Equ. v. 841. et Suicer. Thes. HEMST.

89, 23. Post οὐκ excidit ἂν Hemsterhusii culpa.

89, 28. καὶ] Aptius conveniat ὡς, quae particulae non raro in veteribus membranis permutantur. HEMST.

89, 29. αὕτη ἡ κ. etc.] Haec ed. Fl. non magni pretii mantissa marginem etiam occupat C. D'O. sed aliquanto depravatior, et in ista verba desinens: ἡ γὰρ ἀντιλογία ἡμῶν εἰς τούτους· καὶ τοὺς ἀσεβεῖς ὤθησε λόγους. HEMST.

89, 39. κατὰ δὲ νουμηνίαν] Revocavi sinceram principis ed. lectionem, quam Fracinus, ceteris socor-

dius eum, quam par erat, sequentibus, hunc in modum interpolavit: *κατὰ δὲ νουμηνίαν οἱ πλούσιοι, δεῖπνον ἑσπέρας ὡς θυσίαν τῇ ἑκάτῃ προσάγοντες ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἐτίθουν, οἱ δὲ πένητες* etc. Haec licet ex antiquo codice depromta forent, quod vix crediderim, vel sic tamen postponenda ducerem. Docti hominis est, et proprietatem loquendi sectantis *πέμπειν δεῖπνον τῇ Ἑκάτῃ*· contra, si non plane vitiosum, at languidum certe et inficetum, *δεῖπνον τῇ Ἑκάτῃ προσάγοντα ἐπὶ ταῖς τριόδοις τιθέναι.* HEMST.

P. 90, 5. *ἔθος ἦν*] Nihil ex adnotatione tota praeter haec paucula decerpsit Suidas in *Ἑκάτην* usque ad *καὶ λαμβάνειν . . . . . τοὺς πένητας.* Pluribus indiciis constat, nostra in Plutum scholia, quam quae ille habuit, esse pleniora. HEMST.

90, 13. Supra *δεῖπνον* scribitur in C. D'O. *ἐξ ὠῶν καὶ τηροῦ (τυροῦ) τηγανιακοῦ*· nisi me literae fallunt postremae vocis. Ova lustraminibus et Hecates sacris adhiberi vulgatum est: eundem usum an caseus frixus praestiterit, nescire me profiteor. HEMST. Imo *τηγανισμένου* habet C. D'O. pro *τετηγανισμένου*. PORSON. apud Dobraeum p. 131.

90, 24. *ἕβδομον*] Exempli causa notandum est in A. scribi *ἔνδομον*, in Fl. *ἔυδομον*. In iisdem *ἐφθημιμερές*· spiritum correxit Gelenius. HEMST.

90, 33. *σιγὰν* etc.] Dabo futilem ed. Fl. interpolationem: *ἔχε σιγάν· καλεῖται δὲ καὶ παροιμιακὸν διὰ τὸ πολλὰς παροιμίας τούτῳ πεποιῆσθαι τῷ μέτρῳ· ἄλλως. παροιμία ἐπὶ τῶν ἀκριβῶς εἰδότων τί. Καὶ πάντα λ.* etc. Qui cohaerere debebant, discerptos vides, alienis interiectis, Cratini versus: quum ne minimum quidem horum vestigium in ed. A. compareat, iacturam inutilis sarcinae nullus moleste feret. Praeiverat Kusterus; sed ita, ut medicina partem sanam traxerit: simul enim omissus est per negligentiam Cratini versuum primus; in quo ne metrum laboret, accentu mutato scribe, *Σιγάν νυν ἅπας* etc. rationem reddet scholiastes noster ad v. 414. Prior autem additamenti Florentini pars nihil aliud docet, quam quod statim verbis

Hephaestionis, quem vide p. 26. ab enarratore in hac causa castigatum p. 28. proponitur: alteram, *παροιμία ἐπὶ τῶν ἀκριβῶς εἰδότων τι*, pertinere suspicor ad v. 600. quasi ab iis proverbialiter usurpari monere voluisset, qui de veritate cuiusvis rei persuasi a suscepta semel sententia nullis machinis dimoveri se patiuntur. Haec in veteri libro quum alio, quam oporteret, loco essent posita, quod saepe fieri solere vel solus monstret C. D'O. Fracinus, prout invenerat, incaute relinquendo turbas dedit. Ceterum in versu Cratini secundo *μόγον* ed. postrema praefert: id utrum literae vitio male collocatae acciderit, an a Kustero de industria fuerit mutatum, dicere non habeo: *λόγον* certe, quod Hephaestion etiam tuetur, minime sollicitandum arbitror. HEMST. Conf. Gaisford. ad Hephaestion. p. 46. et Arnald. animadv. p. 128.

P. 91, 8. Additum inter versus: *καὶ μὴ φθέγκεσθαι δὴ ὡς* (pro duabus istis voculis figura erat, qualis fere ad exprimendum *δηλαδὴ* adhiberi solet, paulo intricatius formata, quam vereor, ut recte sim adsecutus) *χοῖρος ποσῶς·* vid. ad v. 455. *Φθείρου*] *ἀφανίσθητι.* Graecis serioribus *ἀφανισθῆναι* non solum est *evanescere*, *interire*, sed et *in malam rem abire.* HEMST. Codex Dorvill. *δίκην χοιρος* (l. *χοίρου*). PORSON. apud Dobraeum p. 131.

91, 12. *ἐν ὑπερβ.*] Contractius Suidas: *καθ' ὑπερβολὴν λέγει· κἂν πείσῃς, οὐχ ἕξεις ἡμᾶς πειθομένους.* HEMST.

91, 16. Post *πόλις* adde *Ἄργους*, ab Hemsterhusio omissum.

91, 16. *ταῦτα, φασὶν, ἐκ Τ.*] Illud *φασὶν* indicium prodit grammatici recentioris genuinas veterum adnotationes noxia brevitate mutilantis. Haec autem, *Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει*, reperiuntur itidem in Equit. v. 810. ubi scholiastes observat sumtam esse partem priorem ex Euripidis Telepho, ex Medea posteriorem: idque verum; extant enim in hac tragoedia v. 168. *κλύεθ' οἷα λέγει*, pauloque ante praecedit etiam, *ὦ πόλις.* Idcirco quod hic scribit enarrator noster, ver-

sum illum in Phoenissis haberi a Polynice pronunciatum, effugere non potest, quin eius culpam in memoriae malam fidem reiiciat: quamvis simile quidpiam offerre non negem v. 608. 614. 616. HEMST.

91, 17. Vide Dobraeum p. 132.

91, 23. *διαιτητὴν*] Capiendum est, tanquam scriberetur *συνδιαιτητὴν* particula *σὺν* ex praecedente vocabulo repetita; vid. ad 21, 34. nisi tamen ita plane reponi praestet, auctore Suida in *Ξύσσιτος* et *Σύσσιτος*. De Pausone scholiastae meminit Iunius Catal. Artif. in Pauson. Suid. *Οὗτος ζωγράφος ἦν, καὶ ἐπὶ πενίᾳ διατεθρύλλητο.* Alibi dicemus accuratius. HEMST. In editione Aldina hic ordo scholiorum: 92, 4. 91, 34. 91, 22.

91, 36. *ὄνομα τὸν Κ.*] Ceteris omissis haec tantum praebet margo C. D'O. *Οἱ δὲ ἄνδρα καθ' ὑπερβολὴν πένητα, οἱ δὲ κρημνὸν οὕτω καλούμενον.* Cyphon autem mendicus, et eodem nomine praecipitium aliquod, non intercedo, quin grammaticorum nugis adnumerentur. HEMST.

P. 92, 7. *καὶ ἀνύω*] Ante legebatur, *ἀνύω καὶ* etc. docere voluit non tantum, quid sit *ἀνύειν*, sed etiam quid *ἀνύειν τὴν ὁδόν*. HEMST.

92, 24. Vide Dobraeum p. 133.

92, 34. *ἐπιπωματικοῦ*] Ita rectissime Kusterus scripsit pro eo, quod erat in prioribus edd. *ἐπιπτωματικοῦ* sine ullo sensu. Est autem *ἔλαιον ἐπιπωματικὸν*, quia vim habet velut operiendi atque occludendi tenues corporis meatus, ne vel sudorem internosque simul spiritus iusto citius transmittant, vel aërem ac frigus extrinsecus hauriant: quam ob rem oleum a Dioscoride dicitur I. c. 30. *δυσπερίψυκτον φυλάσσειν τὸ σῶμα*. De utraque olei dote multa disputat Lucian. in Anach. Pars huius scholii maxima marginem occupat C. D'O. sed eum in modum scripta, ut nobis nihil admodum utilitatis adferat: *Τὸ λιπαρὸς. ἢ ἀντὶ τοῦ ὅτι ἔθος ἦν . . . ἔλαιον . . . ἵνα ἐπειδὴ οἱ τοῦ σώματος πόροι ἄδηλοι τῇ θέρμῃ ἠνεῴχθησαν, ὑπὸ τοῦ ἐλαίου κλει-*

σθῶσιν, καὶ μὴ δέξεται ἀέρα ἔξωθεν. Ex Fl. δέξονται merito Kusterus revocavit, quum per errorem δέξονται B. Gel. et Genev. exhibuissent. Ab initio Fl. praefert, Τὸ λιπαρὸς. ἢ ἀντὶ etc. quanquam parum interest, Kusterum secutus sum. HEMST.

P. 93, 12. Codex ἐπιτρίφθαι.

93, 19. διευθετεῖ] Ante Kusterum edebatur vitiose, διενθετεῖ. Vid. Suid. in Διευθετῶ. Quae de varia verbi ἄγειν significatione notata vides, ex recentioribus grammaticis, praesertim Moschopulo, congesta satis alieno loco inculcantur. Apud Synesium Ep. IV. p. 161. D. ἄγειν est *celebrare, observare*, ut in ἄγειν ἑορτήν· non nimis adcurate Petavius: quam Iudaei Parasceuen vocant: sequitur in Synesio: ἄγουσιν ἀπραξίαν. HEMST. Conf. 45, 9.

93, 27. Puto significari templum Aesculapii in Piraeo. Cario enim v. 656. narrat Plutum a se et hero, simul ad templum pervenerunt, fuisse ad mare ductum ut lavaretur: a templo urbano longior fuisset via. BOISSONAD. in Wolfii Analectis III. p. 82.

P. 94, 5. νόμ. ἐ. τ. δ. ποιεῖν] Ad explicandum νομίζεται haec sola C. D'O. habet inter versus adscripta. HEMST.

94, 17. β'] δευτέρῳ Aldina.

94, 24. ἀναβλέψαιεν] Cum A. et Fl. consentit Kusterus: B. Gel. et Gen. ἀναβλέψειεν· dedissent saltem ἀναβλέψειαν. Observat autem Kusterus, *voluisse scholiasten, vel debuisse dicere* ἀναβλέψαι ποιήσαιεν; quod ut, si castigatam scribendi legem spectes, minime negari potest, sic nostrum enarratorem tuetur usus recentiorum, quos non piguit verbis eiusmodi neutris, qualia sunt ἀναβαίνειν, ἀναβιοῦν, ἀναζῆν, ἀναδύειν, ἀνακύπτειν, ἀνανεύειν, ἀναθάλλειν etc. agendi vim induere. Neque abhorrent prorsus ab illo more veteres; sed consideratius illi ac maiore cura linguae patriae rationes exigebant. Praeter alios hunc usum illustravit Io. Davis. ad Cicer. T. D. III, 31. Vir tamen doctissimus mallem omisisset tribus in edd. repetitum Euri-

pidis exemplum ex Rhes. v. 446. — ἡμέραν δ' ἐξ ἡμέρας Πίπτεις κυβεύων τὸν πρὸς Ἀργείους Ἄρην· quamvis enim πίπτειν κύβοι creberrime dicantur, hoc in loco quin Ῥίπτειν sit emendandum, qui quidem animum adtendat, nemo facile dubitabit. Attamen in scholiasta poterat aliquis, offensus insolentia locutionis nusquam alibi, licet ἀναβλέψαι saepius occurrat, ab eo sic usurpatae, legendum suspicari, μέχρις ἂν ἐκεῖνοι ἐς Ἀσκληπιοῦ ἐλθόντες ἀναβλέψειεν ὁ Πλοῦτος· quo pacto nominativi pro absolutis accipiendi sunt, quasi scriptum foret, ἐκείνων ἐς Ἀσκληπιοῦ ἐλθόντων· cuius rei arbitrium esto penes lectorem. Ceterum de choro, quem consuetudo comoediae veteris hic interponi postulabat, observatio scholiastae clarius intelligetur, si componas, quae scripsit idem ad v. 619. 641. 771. 802. 851. 1043. Hemst. Vid. Dobraeum p. 84.

94, 30. Repone ex Aldina μεμυστιλημένοι.

94, 31. Θησεῖα] Antea vulgabatur: ἀναβλέψαντα. μετὰ δὲ τὸ χαρίσασθαι etc. Non erat causa, cur orationem hiantem et abruptam relinquerem, quam Suidas, qui totum hoc scholion exscripsit in Θησεῖα, plenam commode suppeditabat. Vir maximus Animadv. in Euseb. p. 50. postquam scholiastae verba de Theseo testularum suffragiis per Lyci calumniatoris artes expulso protulisset, addidit *alibi legere se non meminisse.* Historiae tamen rarius obviae Theophrastum testem citant sane luculentum Suid. in Ἀρχὴ Σκυρία, et Eustath. ex Pausaniae Lexico ad Il. *I.* p. 782. v. 54. ut indicavit Io. Meurs. Thes. c. 29. quibus accedit, quem ex iisdem fontibus sua derivasse credi par est, scholiastes Aristidis mendosissime multoque segniore cura, quam decuerat, non ita pridem editus T. II. p. 241. Θησεὺς ὑπὸ Λύκου Ἀθήνησιν εἰς τυραννίδα συκοφαντηθεὶς ἐξωστρακίσθη τῆς πόλεως, καὶ ἦλθεν εἰς Σκύρον, ἧς Λυκομήδης ἦρχεν etc. Λύνου perperam vulgatur. Eum Lycum Thesei patruum facit enarrator Lycophronis antiquus ad v. 1324. qui utinam integer, detractis emblematibus Tzetzae nugacissimis, ad nos pervenisset. Hoc traditum, ut opinor, ab aliquo τῶν Ἀτθίδων scriptore si certam fidem habet, Lycum oportet

valde senem Athenas rediisse: nam pulsus ab Aegeo fratre regni paterni haereditaria parte, non tantum in vicina Peloponneso vitam egit, auctisque Magnorum Deorum initiis apud Messenios vir religionum peritissimus inclaruit, sed et in Lyciam usque penetravit, tanta pollens auctoritate, ut Termilas barbaram gentem non poenituerit novo ab eoque ducto Lyciorum nomine censeri. Videtur autem in patriam reversus eo temporis intervallo, quo Theseus apud Molossorum regem quadriennium in vinculis exegit: dum enim Aegei filius Athenis et rerum gestarum laude, et amore populi beneficiis ingentibus obstricti florebat, nihil erat, quod Lycus se causae suae patronos inventurum speraret. Verum eo amoto ab civium oculis vates publicaeque superstitionis moderator, ut solet hominum illud genus ad flectendos plebis animos esse callidissimum, opportunam conciliandi favoris occasionem nactus fratris iniurias in filium ulcisci constituit. Usus igitur inpulsore Menestheo, quem primum *ἐπιθέσθαι τῷ δημαγωγεῖν, καὶ πρὸς χάριν ὄχλῳ διαλέγεσθαι* Plutarchus adfirmat, Theseum, abalienata mobilis vulgi voluntate, eandem exilii, quae ipsi olim obtigerat, subire sortem coëgit. Hinc clarius intelligitur ratio proverbii satis alioquin obscuri, *Λύκου δεκάς*, de quo nonnulla collegit Io. Meurs. Att. Lect. III, 9. Quem vero Lycum alibi bis terve vocaverat Strabo, eum *τὸν Πανδίονος Λύκωνα* dixit lib. XII. p. 859. A. quod etiamsi Casaubonus mutari iubeat, ego propterea retinendum existimo, quia nihil obstat, quin putemus, Lyconem ab aliquo scriptore vetusto, quem ibi secutus sit Strabo, fuisse nominatum, qui plerisque Lycus audierit: sunt enim in nominibus propriis quaedam formae scribendi valde adfines, sic ut ab aliis nunc hoc, nunc illo modo efferantur; quae ratio minus animadversa nonnunquam viros eruditos in errorem induxit. Hic ipse Lycus bis intra paucos versus *Λύκιος* est Pausaniae I. p. 44. nec secus sese res habet in Icarus, Icarius et Icarion, Iasus, Iasius et Iasion, Actaeus et Actaeon, Glaucus et Glaucon, Hyblus et Hyblon, Eurytus et Eurytion. Quem Callistum dixit Socrat. H. E. III, 21. Callistion est Libanio, notante Valesio

Pendet ab illo more quorumdam patronymicorum intellectus: nam ut a *Λεύκαλος* existit *Λευκαλίδης*, sic a *Λευκαλίων Λευκαλιωνίδης*· Iapeti filius Prometheus non tantum Iapetides Ovidio Met. V, 11. ubi quae scripsit Capoferreus, partim bona sunt, partim mala; sed etiam *Ἰαπετιονίδης* Hesiod. *Ἔ. καὶ Ἡ.* v. 54. quomodo Iapetionides Atlas eidem Ovidio, et Perseus Acrisioniades. Contra *Κύψελος Ἠετίδης* in Oraculo apud Herodotum V, 92. §. 5. qui patre genitus erat Eëtione. Similiter itaque *Λύκος*, *Λύκιος* et *Λύκων*. Iam Ptolemaeum audiamus in Photii Bibl. p. 252. v. 29. ubi Achilles antiquae memoriae clarissimos recenset: *καὶ ὃ τὸν ὀστρακισμὸν ἐπινοήσας Ἀθήνησιν Ἀχιλλεὺς ἐκαλεῖτο υἱὸς Λύσωνος*. Quid si *Λύκωνος*; ut eundem illum Lycum Aegei fratrem intelligamus: quam suspicionem haud parum adiuvat ostracismi reperti mentio: quippe non est alienum, filio scriptorem aliquem adtribuisse, quod plures de patre narraverant: neque tamen diffiteor, aliunde mihi de hoc Achille nihil esse compertum. Ceterum Io. Meurs. A. L. V, 18. et Sam. Petit. Comm. in LL. AA. p. 366. ostracismum illustrantes honestius magni Scaligeri mentionem non praetermisissent: etenim ab illo iamdudum, quae quidem in eorum observatis praecipuas partes tenent, fuerant occupata. Hemst.

94, 35. Scribendum *Σκῦρον*.

94, 35. *παρὰ Λυκομήδει*] Scholiasten hic reprehendit Meursius in Theseo cap. XXXI. Kust.

94, 37. *λοιμώξαντες*] Utriusque mali pestiferi *λιμοῦ* et *λοιμοῦ* nomina literae tantum tenuissimique soni discrimine separata quas saepe dubitationes peperierint, ex notissimo Thucydidis loco II, 54. testatum est. Non potuit ea de causa non contingere, quin altera vox frequenter sedem alterius invaderet: multis quidem in locis, utra sit eligenda reique narratae maxime conveniat, haud difficulter diiudices; velut apud Hesiod. *Θεογ.* v. 227. ubi vide Graevium, et nos ad schol. supra 10, 25. 65, 3. at in aliis optare non ita planum atque expeditum: vid. Strab. XII.

p. 862. C. et Casaubon. Hic tamen vel invito Suida, qui edd. opitulatur, secundum Meursii sententiam in Thes. c. 31. λοιμώξαντες praetuli; quippe testimonium est Aeneae Gazaei disertissimum p. 72. *Λέγεται δὲ Ἀθηναίοις, ἐπειδὴ ἐνόσουν, τὸν Ἀπόλλω χρῆσαι Θησέα τὸν Αἰγέως ἐπὶ τὰς Ἀθήνας μεταβιβάζειν . . . . ἅμα τε τῆς Ἀττικῆς τοῦ Θησέως τὸ λειπόμενον ἐπέβη, καὶ ὁ λοιμὸς οὐκ ἔτι ἦν.* In simili casu schol. ad Equ. v. 84. de Themistoclis ossibus Athenas transvehendis: *λοιμωξάντων δὲ Ἀθηναίων ὁ θεὸς εἶπε μετάγειν τὰ ὀστέα Θεμιστοκλέους·* pestis autem multo magis, quam fames, habebatur vindictae divinae in homines animadvertentis telum praesentissimum, ut notavimus ad 28, 29. Igitur eadem indiget medicina schol. Aristidis, ubi nihilo minus, etsi ter repetatur, *ὕστερον δὲ λιμοῦ κατασχόντος Ἀθήνας, ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων, οὐκ ἂν ἄλλως παύσασθαι τὸν λιμὸν, εἰ μὴ Ἀθηνῆσιν μετενέγκαιεν τὰ Θησέως ὀστᾶ· οὗ γινομένου ὁ λιμὸς ἔπαυσεν,* reponendum esse *λοιμὸς* mihi persuadeo. De vocabulis hisce permutatis iterum erit monendi locus ad v. 1055. *Κελευσθέντες* autem nimis nudum flagitare videtur *χρησμῷ·* quemadmodum in Plutarcho de Fluv. c. 6. p. 22. *εἰς τοῦτον κατὰ προσταγὴν τὸν λόφον πόλιν κτίσαι θέλοντες*, interseri debet, *κατὰ χρησμοῦ προσταγὴν*, de quo dubitare vix potest, qui Plutarchum adhibuerit c. 10. p. 37. vel, si lubet, *ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος*, cui favent Aeneas et Aristidis enarrator. Hemst.

P. 95, 2. *αὐτῷ*] Ita Suidas: in cunctis edd. erat *οὕτω*. Carpit Aristophanis interpretem Io. Meurs. quod graviter errans tempora confundat, et ad Lycomedis aetatem referat, quae magno scriptorum, quos eius historiae meminisse scimus, consensu multis post seculis demum evenerunt: quod etsi non negem, dubium tamen mihi non est, quin suos auctores scholiastes fuerit secutus: novimus enim ex Strabone IX. p. 601. A. et pluribus aliis *τοὺς τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντας πολλὰ διαφωνῆσαι·* idque eo etiam magis probabile videtur, quod templi Theseo instituti et consecrationis honorumque divinorum causam ab illo principio repetat. Ceterum abit itidem a nostro scholiastes Aristidis non

eo tantum, quem iam ante demonstravi, loco, sed et ad T. II. p. 172. HEMST.

95, 5. *συνήγαγε τὴν Ἀττικὴν*] In prioribus apud Suidam legi, *καὶ ἐγίνοντο διανομαὶ*, et, *ἑορτὴ · · ἐτελεῖτο*, vix dignum puto, quod referatur: paulo maioris est momenti, hic eum exhibere, *συνήγαγε τὴν πόλιν, τῆς Ἀττικῆς πρότερον κατὰ κώμας οἰκουμένης*. Si parumper eum in modum refingas, *συνήγαγε τὴν πόλιν πρότερον σποράδην καὶ κατὰ κώμας οἰκοῦσαν*, videri potest interpres noster Isocratem imitari, qui Helenes Enc. p. 214. E. de Theseo sic scripsit: *καὶ πρῶτον μὲν τὴν πόλιν σποράδην καὶ κατὰ κώμας οἰκοῦσαν εἰς ταὐτὸν συναγαγὼν τηλικαύτην ἐποίησεν* etc. sed ferme malim utramque lectionem conflatam in talem ordinem redigere: *ἑορτὴ δὲ αὐτῷ ἐτελεῖτο*, vel *ἐπετελεῖτο*, *ἐπειδὴ πρῶτος αὐτοὺς συνήγαγεν εἰς τὴν πόλιν, τῆς Ἀττικῆς πρότερον σποράδην καὶ κατὰ κώμας οἰκουμένης*· quibus in verbis et orationis structura, et scholiastae mens planissime procedit: adde, non aliter loqui Thucydidem II, 15. *ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν ξυνῴκισε πάντας*· Dion. Chrys. Or. XLVI. p. 517. *Θησεὺς τὴν Ἀττικὴν συνῴκισεν εἰς τὰς Ἀθήνας*. Adposite Valer. Maxim. III. 3. Ext. 3. *Ille* (Theseus) *locatim dispersos cives suos in unam urbem contraxit, separatimque et agresti more viventi populo amplissimae civitatis formam atque imaginem inposuit.* Vide Scalig. Anim. in Euseb. p. 50. De *ὀγδόῃ* Theseo sacrata scholiastes iterum ad v. 1127. HEMST.

95, 7. *καὶ μυστρία μιμουμένοις*] Sic locum hunc emendavi ex Suida v. *μεμυστιλημένοι*: ubi tamen levi errato *μυστήρια* legitur pro *μυστρία*. Editio Aldina habet *μυστρίοις μιμούμενοι*, quod proxime ad veram lectionem accedit. Editio Florentina corruptius, *μυστηρίοις μιμούμενοι*. Editio Basileensis vero pro *μιμούμενοι* legit *ἰμούμενοι*: quod licet a correctoribus profectum videatur, Genevenses tamen postea in editionem suam receperunt. Existimarunt nimirum, *μυστρίοις ἰμούμενοι* significare posse, *excavatis frustis panis haurientes* (iusculum scilicet): in quo dupliciter errarunt. Nam primum non dicitur *ἰμεῖν*, sed *ἰμᾶν*.

Deinde ἰμᾶν significat quidem *haurire*, sed non eo sensu quo *iusculum haurire* dicimus: sed loro vel func aquam ex puteo extrahere; quod longe aliud est. Sensus igitur huius loci est, τὸ μεμιστυλημένοι hic significare, *iusculum haurientes panibus excavatis et cochlearia imitantibus.* Μυστρίον enim apud Graecos non solum significare frustum panis excavati, sed etiam quodcunque cavum hauriendo iusculo paratum, sive cochlear, iam ante recte monuit Henr. Stephanus in Thesauro Ling. Graecae. Haec prius sic scripseram. Postea tamen, uti δεύτεραι φροντίδες nos aliquando a priore sententia dimovent, existimare coepi, scribi hic etiam posse, μυστρίοις ἰμώμενοι, i. e. *excavatis panis frustis haurientes.* Nam licet verum sit, ἰμᾶν proprie significare, loreo fune aquam ex puteo extrahere: videtur tamen etiam vox illa de quovis hauriendi modo accipi posse. Certe de quavis extractione vocem illam dici, vel ex Henr. Stephani Thesauro lector discere poterit Kust. μυστρία μιμουμένοις] In fronte scholii retinendum erat ex A. μεμυστιλημένοι, quod per sequentes edd. abire iusserant in μεμιστυλημένοι, vel μεμιστυλλημένοι· in re quidem tenui parum considerate: quam enim scribendi formam hic scholiastes agnoverit, etymon ab eo prolatum satis declarat. Haec autem ab editoribus, quid potissimum amplecterentur, incertis mirifice fuerunt vexata. Musurus in A. repraesentavit, ἄρτοις κοίλοις καὶ μυστρίοις μιμουμένοι· ubi accentus extremae vocis eam syllabam tenet, ut μιμουμένοις scribi debuisse videatur. Multo peius in Fl. καὶ μυστηρίοις μιμούμενοι, etsi statim in μυστρίοις nihil innovetur: hinc ansa Gelenio data corrigendi, καὶ μυστρίοις ἰμούμενοι· quod spiritu solum mutato ἰμούμενοι Portus adoptavit: verum a Kustero, me iudice, recte fuit animadversum, ἰμᾶν a Graecis usurpari, non item ἰμεῖν, quanquam in Suida reperiri non ignorem, Ἰμᾶν καὶ ἰμεῖν, ἀντλεῖν, ἀνέλκειν, ἀνασπᾶν. Nunc Suidas in medium est evocandus, qui maximam horum partem in Μεμυστιλημένοι descripsit: in eo sic legitur: καὶ μυστήρια μιμουμένοις· ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα τοῖς μυστηρίοις. Ibi Kusterus, qui tum ed. A. nondum viderat, ex Aristophanis scholiasta Suidam emendandum statuit:

at contra notis in comici Plutum, re diligentius expensa, Suidae lectionem amota tantum litera supervacanea scholiastae donavit; quod mihi quidem optimo iure factum videtur: quare *δευτέρας φροντίδας* egregio viro lubens remitto, quibus induci se passus fuit, ut existimaret, *scribi hic etiam posse*, *μυστρίοις ἐμῶμενοι*, i. e. *excavatis panis frustis haurientes:* alterum ita planum ac proprium, ut haec fucata falsaque specie blandientia tuto repudiare liceat. Hemst.

95. 9. *μυστιλίον*] Suidas, *οἷον μυστιλιόν τι ὄν·* utro modo scribatur, nihil interest. Etymologi locus in *Μύστρον* tam gravi vulnere laborat, ut medicina, nisi ab integris membranis, speranda non sit. Eustathius autem ad Od. *Γ*, p. 1476. v. 62. ex Aelio Dionysio monet: *αἱ δέ γε μυστίλαι, ὧν ἡ μὲν ἄρχουσα διὰ τοῦ υ, ἡ δὲ παραλήγουσα διὰ τοῦ ι, ψωμοὶ εἰσὶ κοῖλοι, οἷον μύστρα κατὰ Λίλιον Διονύσιον· τουτέστι μυστρία, εἰπεῖν ἰδιωτικῶς· καὶ μυστιλᾶσθαι, φησὶ, τὸ οὕτως ἐσθίειν· κατὰ δὲ ἄλλους τὸ κοιλαίνειν ψωμούς.* Ergo grammaticorum opinioni fuit concedendum, ut in hoc itidem scholio scriberetur *μυστίλη*, non, quod in cunctis praeter Aldinam edd. fertur, *μιστύλη*. Porro Suidas: *καὶ τὴν ἀθάρην, καὶ ἄλλα τινά· μυστίλη δὲ καλεῖται κοῖλος ἄρτος* etc. sublato distinctae a praecedentibus adnotationis signo; unde tamen tanquam diversi auctoris rectius seiungi arbitror. Deinde post *εὐτυχήσαντες*, prorsus omissis, quae aliunde Fracinus invexerat, continuo subnectit: *ὀλιγίστοις δὲ ἀλφίτοις λέγει, ἤγουν ἄρτοις· τοῖς κοίλοις γὰρ ἄρτοις* etc. Hemst.

95, 15. *εἰ δὲ η, ἀντὶ τοῦ μισθαρνίαις*] Sic etiam priores editiones. At scribendum est, *εἰ δὲ διὰ τῆς αι, καὶ τ.* Intelligit enim vocem *θητείαις*: a *θής, θητὸς, mercenarius.* Kust. *εἰ δὲ η*] Mendam scholii futilis ita correxit Kusterus, *εἰ δὲ διὰ τῆς αι καὶ τ.* Tale quidpiam omnino voluit. *θητείαν* exponere solent *μισθαρνίαν.* Moschopul. *περὶ Σχ.* p. 113. Hemst.

95, 17. *τεθραμμένοι*] *τετραμμένοι* prave legebatur in Fl. et B. Gel. *Μιστυλλῶν* valde vereor ut Atticum sit: formam enim mediam, et solam, opinor, usur-

pant: neque nimis probavero *μιστύλλα*, quae, ut paulo inferius, *μιστύλη* fuerat scribenda. *Μύστιλλον* habet schol. ad Equ. v. 824. sed, si valet auctoritas Suidae, perperam pro *μυστίλην*· eum vide in *Μυστιλᾶται*. HEMST.

95, 24. *Ὅπου τε καὶ ἐπὶ*] Plane, ut edi iussimus, ita scribitur in Fl. si, quod leve est, interpunctionem excipias. Pro *ἐπὶ* Gelenius et Portus dederunt *ἀπό*· quod cur facerent, causa non erat. Sed plus sibi, quam religiosum editorem deceat, Kusterus sumsit, dum, lectore non admonito, reponere non dubitavit: *Ὅπου γε καὶ ἀπὸ τοῦ χερείων, χείριστος· ἀρείων, ἄριστος οὕτως γέγονε*· quod, si vel omnino necessaria foret emendatio, non deberemus non improbare: nunc contra in veteri lectione et structura facilior, et sensus expeditus: *quandoquidem etiam id*, sive, illa mutatio diphthongi *ει* et *ι*, *accidat in χερείων, χείριστος, et ἀρείων, ἄριστος*. *Ὅπου γε* tamen non prorsus abiiciam. HEMST.

95, 27. Correcta ab Hemsterhusio codicis vitia, *ῥοφίσαντες, δίδυκος*.

95, 29. Post *κοίλοις* typothetae culpa excidit *ἄρτοις*. Ravennas *τοῖς κοίλοις γὰρ ἄρτοις* sine *οἵ*.

95, 31. *ὀγδόῃ . . . ἥρωος*] Haec praetermisit, quippe iam ante tradita, Suidas: tum praefert *ἐκορέννυντο*, et *ἄρτον ἡσθιον*, et in fine *σχ. ὑπὸ τούτου ἐκορέννυντο*. HEMST. Ravennas *ἡμέραν ἐχόρευον εἰς — λέγω δὴ ἥ*.

P. 96, 5. *ὁμομαστίγων*] Scribendum est *ὁμομαστιγιῶν* ab *ὁμομαστιγίας*: qua voce usus est noster in Ran. v. 768. KUST. *ὁμομαστιγιῶν*] Adsciscere non veritus sum, quod pro cunctarum edd. *ὁμομαστίγων* restitui voluit Kusterus. Ex diversis libris promta, *οἷον τῶν ὁμ.* et quod sequitur, *οἱονεὶ . . . μαστιγιῶν*. HEMST.

96, 14. *Φινέως*] Eximia Casaubonus observat in Sophoclis fabularum indice, quem contexuit ad Athen. VII, 4. Quid autem? an versus hic apud Sophoclem ad Phineum excaecatum pertinuit? an per iocum Aristophanes, ut ambiguum ac minime castigatum lo-

quendi genus irrideret, in contrariam plane sententiam detorsit? Coniectura si videatur haud improbabilis, λελάμπρυνται quidem satis inusitate fuerit a Sophocle positum pro λελεύκωται, vel, ut scholiastarum unus recentior, λεύκωμα ἐν ὀφθαλμοῖς ἔσχε· sed comici tamen lepori multum hoc pacto venustatis accesserit. Pro καταμίξας compositum malim ἐγκαταμίξας· syllabam istam in A. per errorem praeteritam auguror. HEMST.

96, 17. ἐπιτεταμένως] Suidas: Ἐξωμμάτωμαι, ἐπιτεταμένως ὁρῶ· ἢ γὰρ ἐξ πρόθεσις ἐπ. δ. ὡς, ἐκ θυμοῦ φιλέων· ἢ μ. π. ἐ. στ. λέγει. Ceteris caret. φίλεον aeque bonum, ac φιλέων· illud in Homeri Il. *I*, 343. hoc v. 482. HEMST.

96, 20. παίζων etc.] Haec usque ad λευκώματα (sic enim ibi legitur) ἐν ἀ. ἔ. margini C. D'O. sunt inscripta, pleraque deterius: nisi forte notatu non sit indignum ἐξεκόπει (voluit ἐξεκόπη· vide Thom. Mag. in hac v.) pro ἐκκέκοπται, et τῶν ὀφθ. ἀφῃρέθη sine praepositione ἐκ. HEMST.

96, 34. προσδοκωμένου] Kusterus antecedentium edd. mendas expurgavit: nam erat in Fl. προσδοκοιμένου· in B. Gelen. προσδοκουμένου· in Gen. προσδοκομένου. HEMST.

P. 97, 6. ἀπαγγέλλεις] Suid. in Λέγεις μοὶ χ. ἀναγγέλλεις μοὶ χαρὰν, ὥστε ἐκ ταύτης νικώμενον βοᾶν. HEMST.

97, 12. παιώνων] Fl. dedit, ἐκ παιῶν, δ' δύο etc. inde Gelenius expunxit, sequente Porto, δ', ἐκ παιῶν δύο. Kustero placuit, ἐκ παιωνικῶν δύο· quod quidem ferri non potest; pedes enim, non metrum, designantur. Quam ob rem, ut grammaticae normae saltem satisfieret, scribendum fuit παιώνων. Paeonas tamen illos duos frustra quaeras, nisi μαι in ἀναβοάσομαι sequente consona corripi posse scholiastes putaverit, et proximo versu legerit φάνος. Evitabitur haec difficultas, si ab eo profectum existimes, ἐκ παιῶνος, διάμβου, καὶ συλλαβῶν τριῶν etc. Sed tanti non est,

ut laboremus in nugis hominis metricae legis inperiti. HEMST.

97, 16. Ἠλέκτρας] Nihil est in Euripidis Electra, quod ita quadret, ut haec inde sumta videri possint: nisi forte v. 879. Ἀλλ' ἴτω ξύναυλος βοὰ χαρᾷ cum Aristophanis v. 637. comparari volueris. Paulo quidem melius Orestes, nec tamen adcuratissime profertur in fine scholii: quid enim haec v. 984. magno opere faciunt ad illustranda comici verba? Ἵν' ἐν ὑρῆνοισιν ἀναβοάσω Γέροντι πατρὶ Ταντάλῳ· ex illis scilicet discendum erat, ἀναβοάσω tragicum quiddam sonare. HEMST.

97, 21. εὔπαιδα] Horum paucula tantum in ora C. D'O. extant, quae tamen exhiberi vel maculae causa conducat: Εὔπαιδα λέγει τὸν Ἀσκληπιὸν ὡς καλλίστους ἔχοντα παῖδας, Μαχάονα, Ποσειδάονα, [codex Paris. Μαχάωνα, Ποδαλείριον, Ἰ.] Ἰασὼ καὶ Πανάκειαν. Neptunum nobis pro Podalirio dedit. De filiabus Aesculapii infra schol. ad v. 701. Parenti vero liberisque, quos antiquorum monumenta celebrant, studiosissimam curam inpertiverunt Musarum non minus, quam Aesculapii artibus insignes viri, Io. Henr. Meibom. ad Ius Iur. Hippocr. c. v. VI. et Th. Reines. Inscr. Ant. Cl. I. c. 114 neutrum Aristophanis scholiastaeque loca fugerunt. HEMST.

P. 98, 4. μηνύει] Ut tempus congrueret, scribendum erat μηνύσει. HEMST.

98, 6. ἀγαποῦσα] Hanc formam non semel adhibuit pro ἀγαπῶσα. Explicatio vero, si usum Graecae linguae castigatum adtendas, non satis commoda. HEMST.

98, 10. ἀπαγγελία] Multis verbis mihi non opus erit, ut persuadeam scribendum esse εὐαγγέλια· moris enim revera fuit vinum depromere, si quid bonae rei et prosperae nunciaretur. εὐαγγέλια στεφανοῦν et θύειν sunt in Aristoph. Equit. v. 644. 653. HEMST.

98, 13. μεθύσην] Codex μέθυσιν. Correctum ab Schaefero.

98, 19. *γνωρίσει*] *γνωρίσεις* scribere debuisset. HEMST.

98, 24. *τοῦτο τὸ*] Inmerito, quod in cunctis erat edd. *τὸ* Kusterus eiecit, tanquam supervacuum. HEMST.

98, 32. *τέλος*] *τέλους*. SCHAEFER.

98, 37. Lege et distingue, *ἰδοῦ διεσάφησε καὶ Μένανδρος ἐν Γεωργῷ*. KUST. *διεσάφησεν· καὶ*] Haec in A. et Fl talem interpunctionem habent: *ὅτι . . . πράγματα. Ἰδοὺ διεσάφησεν. καὶ μένανδρος δὲ ἐν γ.* Expulso *δὲ*, Kusterus ordine continuo legi voluit: *ὅτι . . . πράγματα, ἰδοὺ διεσάφησε καὶ Μένανδρος ἐν Γ.* Mallem, si quid mutandum videretur: *ὅτι . . . πράγματα. Ἰδοὺ δ. καὶ Μ. ἐν Γ.* nam *ὅτι* sic saepius a grammaticis usurpatur, ut ad inplendam sententiam adscisci postulet, *σημειοῦ. Observa in hoc comici loco, Athenienses in malam partem dicere τὰ πράγματα. Ecce Menandrum, qui eiusdem potestatis fidem facit in Agricola.* Nunc nihil est necesse, ut quicquam mutetur: etenim servata particula *δὲ*, et, quod recte vidit Gelenius, ea, quam secuti sumus, distinctione constituta, talis erit scholiastae mens: *notandum est, aperte Aristophanem indicare, πράγματα sumi ab Atheniensibus in peiorem partem: quin etiam Menander ita posuit in Agricola.* Suidas: *Πράγματα· ἐπὶ κακῷ χρῶνται τῇ λέξει οἱ παλαιοί· καὶ Μένανδρος* etc. Ceterum illam vim vocis ut probaret, comici nostri Menandrique locum adhibuit Is. Vossius ad Catull. Epith. Thet. et Pel. v. 192. ubi *facta* perinde in partem deteriorem accipi monet. HEMST.

P. 99, 14. *Ὅμηρος*] Il. *A*, 314. de quo poëtae versu videndus est Pausan. VIII. p. 683. Quibus in *Ἀπολυμαίνεσθαι* apud Suidam carent MSS. Paris. ea fere cuncta suppeditavit Etymol. p. 127. v. 10. Ex A. repetiit Kusterus *εἴθιστο*, quum *ἤθιστο* in ceteris edd. prave legeretur. Quod ad *ἐπὶ θάλατταν* in C. D'O. conspicitur adiectum *πευθῆναι*, vel *πευθεῖναι*, quale sit, expiscari non possum: *πεφθῆναι* certe, quod

istum in modum Graeci recentiores scribunt, nihil huc facit. Hemst.

99, 16. *λούω*] In A. et Fl. *λύω*· bene correxit Gelenius. C. D'O. adposuit *ἐλούσωμεν* pro *ἐλούσαμεν*. Deinde legendum potius, *ἢ ἀντὶ τοῦ ἐλούομεν*. Eustath. ad Od. Ζ. p. 1560. v. 29. Hemst. Imo scribendum *ἀπὸ τοῦ λύω*. Vide Buttmanni grammat. Gr. vol. II. p. 182.

99, 19. *ἐν εἰρωνείᾳ*] *κατ' εἰρωνείαν*. C. D'O. Hemst.

99, 26. *τεθέντων*] Sic Portus emendavit priorum edd. maculam *τιθέντων*. Hemst.

P. 100, 4. *προθύματα δὲ*] Olim edebatur, *καὶ τὰ προθύματα δὲ, τουτέστιν· ἢ τὰς ὀλύρας* etc. primus Kusterus vocem *προθύματα* duplicavit: quod ideo fuit necessarium, quia sequebatur, *ἢ τὰς ὀλύρας*· alioquin scribi debuerat, *καὶ τὰ προθύματα δὲ, τουτέστιν, ἢ αἱ ὀλύραι . . . ἢ κριθαὶ, ἢ λιβανωτός*. Hemst.

100, 7. *δέον . . . . εἶπεν*] Haec totidem literis ad oram C. D'O. reperiuntur, nisi quod *εἶπε πέλανος*. Hemst.

100, 18. *εὐτρεπίζετο*] Apud Suidam, qui scholion hocce descripsit in *Παρεκαττύετο*, legitur *ηὐτρέπιζεν*, et, *οἱ ἐρράμμενοι ἐπὶ τῆς κώπρου*· quo genere maxime frequentatur, idemque saepe notat, quod *ὁ κοπρών*. Neque reticenda est, quae margini C. D'O. inhaeret, adnotatio: *τὸ παρεκατύετο ἀντὶ τοῦ συνῆγε καὶ συνετίθη σχοινία, ἃ ἰδιωτικῶς φασὶ βροῦλα, ποιῆσαι εἰς στιβάδα στρωμνήν*. Vocem illam serioris Graeciae multis illustrat Car. Du Cange in Gl. M. et I. Gr. atque Append. Hemst.

100, 32. *ἐν Πελαργοῖς*] *ἐν* a Gelenio et Porto neglectum ex utraque ed. prisca restituit Kusterus. Intelligi potest, vel ipsum Aristophanem in *Πελαργοῖς* Neoclidae meminisse, tanquam rhetoris et sycophantae; vel de illo homine, notissimo calumniatore, plura fuisse in scholiis ad eam fabulam dicta. Inde petitum

forte proverbium adnotavit Suidas: *Νεοκλείδου κλεπτίστερος· οὗτος κεκωμῴδηται, ὡς ῥήτωρ ἦν, καὶ τυφλὸς, καὶ συκοφάντης, καὶ κλέπτης·* ubi tamen hunc ipsum comici nostri locum subiecit. HEMST.

100, 35. Adde ante *κλέπτων* uncum [

P. 101, 5. Quod C. D'O. super *αἴσθηται* adscriptum praefert, *εἰς αἴσθησιν ἦσθον*, quid vitii tegat, non perspicio: potius scribendum fuerat, *εἰς αἴσθησιν ἔλθῃ*. Recte vero *Κομῴως*] *εὐκτάκτως*, modo litera supervacua deleatur; quam tamen iterum retinuit ad v. 709. morem pronunciandi apud recentiores usitatum nimis sollicite secutus: at melius omisit ad v. 979. HEMST.

101, 9. *ἀθάρα*] Nonnihil ab his diversa, quae Suidas scripsit; quanquam e scholiis ad hunc locum antiquis quin depromta fuerint, eo minus dubites, quod ipsa haec Aristophanis verba proferantur: *Ἀθάρα, ἄλευρον ἠψημένον· κλίνεται δὲ παρὰ μὲν Ἀττικοῖς διὰ τοῦ η ἀθάρης· οἱ δὲ κοινοὶ διὰ τοῦ α ἀθάρας. Ἀρ. Πλ. - - - - ἀλλά με . . . . τοῦ γραιδίου.* Quod sequitur, est illud quidem singulare, sed probae notae: *Ἀθάρην οὐκ ἀθαρὴν τὴν ἐρεικτὴν καλοῦσι. Κράτης Ἥρωσι· Οὐκοῦν ἔτνους χρὴ δεῦρο τρυβλίον φέρειν, Καὶ τῆς ἀθάρης - - -* Huic autem veteri scholion proxime subditum C. D'O. margini debetur; idque visum fuit hoc magis evulgandum, quia Du Cangius in App. ad Gl. M. et I. Gr. auctoritatem inde vulgaris vocabuli *κουρκούτη* depromsit: vix in eo unam alteramque literam, quam structurae ratio poscebat, inmutavi. HEMST.

101, 20. *σιμιδάλεως*] Notanda haec forma, nisi glossator, ut vulgo, *σεμιδάλεως* scripsit. SCHAEFER.

101, 25. *εἰς τῶν ἱ. ὄφεων*] Ordo magis erit compositus, si scribas: *ὡς εἰς τῶν ἱερῶν ὄφεων δηλονότι· περισσὴ ἡ μία ἐπί. Ἐφερπύσαι δὲ* etc. *Ἡ ἡσυχος κλοπὴ ἡ ἐπὶ τὴν χύτραν*, modo sincerum sit, nihilque aliud orationi deficiat, paulo insolentius furtivum ad ollam accessum pultis devorandae gratia significabit. HEMST.

101, 31. *φθολίας*] *φθοΐας* Kusterus: expressi priorum edd. accentum. Foesius Oecon. Hipp. in *Φθόεις* hic *φθοΐας* vitiose putat scribi pro *φθοΐδας*· quod licet itidem rectum sit, in scholiaste tamen nihil esse mendae satis constat. Callimachi mentionem Suidas praetermisit, aliis additis, quae hic non reperiuntur. Hemst.

101, 36. *τὰ ἐπιφερόμενα*] Proprie locutus est ad rem sacram. Hesych. *Θυήματα, τὰ ἐπιφερόμενα ἄλφιτα εἰς θυσίαν.* Hemst.

P. 102, 7. *ἀπετίθεσο* typothetae error pro *ἀπετίθετο.*

102, 8. *αἱ χρήσεις*] Intellige veterum scriptorum loca, unde genus illius vocabuli *σάκτας* masculinum patet. Etymol. in *Κασσωρίς*· *αἱ χρήσεις παρὰ Λυκόφρονι.* Schol. ad Ran. v. 193. *ὅτι δὲ καὶ κρέας τὸ σῶμα, καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν χρήσει, Τοιοῦτος ὢν ἄρξεις σὺ τοῦδε τοῦ κρέως;* quanquam ibi si *χρήσει* mutaverit aliquis in *Κρησὶ*, nullus intercedam. Longe fallitur Cuperus Obs. I, 16. quando pro *χρῆσις* in Euripidis scholiaste nullum esse dubium, quin legi debeat *ῥῆσις*, contendit. Oecumen. ad A. A. c. xxvi. *εἶτα καὶ χρῆσιν αὐτοῖς Ἀράτου ἐπάγει*, quae recte cepit Billius Obs. Sacr. I, 21. Clementis est locus Strom. vi. p. 749. v. 18. *Εὐριπίδης ἐν ἑξαμέτρῳ τηρήσει φησὶν*, qui multum eruditis viris negotii facessivit: emenda, sodes, ut omnis difficultas dematur, *ἐν ἑξαμέτρῳ χρήσει.* In Eustathio frequens, *δηλοῦσι χρήσεις παλαιαὶ*, vel *τῶν παλαιῶν*· velut ad Od. *Γ.* p. 1454. v. 29. *Ὅτι δὲ τὸ χίλια ζῶα ὑποσχέσθαι κατὰ χιλίων εὔξασθαι ἐφράζετο, δηλοῦσι χρήσεις παλαιαί*· alibique saepe, *φέρονται χρήσεις, φέρεται χρῆσις ἐκ Μενάνδρου.* De *σάκτα* Pollux X, 64. et Comment. Idem et *σακτήρ.* Hesych. *Σακτῆρος, θυλάκου· ἔλεγον δὲ καὶ σακίαν*· sine dubio *σάκταν* scripsit: nam utrumvis *σακία*, vel *σακίας*, qua sumendum est potestate, alienam habet formam. Hemst. Vide Valckenar. schol. in N. T. I. p. 443. et Diatrib. in Euripid. p. 245.

102, 20. *ἀνούς* Aldina.

102, 27. τζυκάλιον] Pari modo ad v. 813. Vocabulum illud serioris Graeciae scribitur etiam τζουκάλιον, et τζηκάλιον· posterius, ut quidem puto, mendose. Vide Car. Du Cange Gl. M. et I. Gr. in Τζουκάλι. HEMST.

102, 38. στεφανηφορούντα] In nummis etiam coronatus visitur, ut prolatis scholiastae nostri verbis monet Io. Henr. Meibom. Comm. in Ius Iur. Hippocr. c. v. §. 35. Horum vero partem praefert ora libri D'O. sed paulo depravatius scriptam, additque post ὡς ὑγείας αἴτιον, καὶ ἆθλον τούτῳ παρέχειν τὴν ὑγείαν λαβόντα τοὺς στεφάνους. HEMST.

P. 103, 15. De Menandri fragmento vide Dobraeum in commentar. ad Lysistr. p. 278.

103, 16. ὅμοιον] Haec esse corrupta nemo infitias ibit: venerat in mentem: ὄφεών φασιν Ἀττικοὶ καὶ συριγμὸν καὶ σύριγμα· nam serpentum sibilos his vocabulis explicari statim clarius ostendet. Sed simplicius, ut opinor, atque adeo verius est: Ὁμοίως φασὶν Ἀττικοὶ καὶ συριγμὸν καὶ σύριγμα· pendet ea forma apud Atticos a συρίζω, συρίξω, quum contra communibus Graecis συρισμὸς in usu sit, quia flectere solent συρίζω, συρίσω· eadem ratio valet in σαλπίζω, σαλπίξω et σαλπίσω, unde σαλπικτὴς et σαλπιστὴς, similibusque aliis, de quibus Atticismi praeceptores docuerunt. Nomi Pythici partem constituunt συριγμοὶ, dicti ab aliis σύριγγες et συρίγματα, quae Pollux inter μέλη αὐλημάτων ponit IV, 83. Verborum autem, quibus animalium soni vocesque designantur, enumerationem invenies accuratam apud eundem IV, 86. et in Διαφορᾷ φωνῆς, quam ab Aldo Manutio primum editam iteravit Io. Alb. Fabric. B. G. II. c. II. §. 4. HEMST.

103, 26. ἀντὶ τοῦ] Explicatio e diverso codice descripta: ceteroquin iungenda foret, ἔλαβον· ἢ ἀντὶ τοῦ, ἔδακον αὐτήν. HEMST.

103, 29. Δημοσθένης] Pro Coron. p. 516. B. τοὺς ὄφεις τοὺς παρείας θλίβων, καὶ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αἰωρῶν. Eundem oratoris locum adnotavit Harpocr.

in *Παρεῖαι ὄφεις*, sed pro Lycurgo, quem scholiastes ponit, Hyperidem praefert; idque, ni fallor, melius: quamvis enim Lycurgi *πρὸς Δημάδην ἀπολογία* commemoretur ab antiquis, Hyperidis tamen vel ex solo Harpocratione notissimus est ὁ *κατὰ Δημάδου λόγος* virulentia singulari ac maledictis in adversarium insignis. Fateor equidem, easdem orationes saepe diversis auctoribus adscribi, neque abhorrere prorsus, si quis idem hic etiam factum fuisse suspicetur: sed nullum adhuc indicium, quod suspicionem illam adfirmet, mihi fuit obiatum: Hyperidem vero cum Harpocratione retinent Suidas et Photius in Lexico. In initio scholii particula δὲ posita facit, ut nonnihil excidisse credam. HEMST.

P. 104, 3. *κάττας*] Adnotavit *Κάτος*, *κάττος* et *κάτα* Car. Du Cang. in Gl. M. et I. Gr. proferens ex Glossis in Aristoph. Nub. *Γαλεώτης, κάτα*· quod ipsum in C. D'O. conspicitur ad versum eius fabulae 174. *Γαλεώτη*] *κάττᾳ*. Proprie quidem *αἴλουρος*, sive felis, est *κάττος*, vel *κάττα*· nam *γαλῆν* mustelam dici, stellionem *γαλεώτην* ostendit Iac. Perizon. ad Aelian. V. H. XIV, 4. Rem vero turpem, quae isto versu continetur, operae pretium duxit, ut pluribus illustraret Io. Meurs Exerc. Crit. P. II. c. 5. HEMST.

104, 8. *φηρσὶν*] Homer. Il. *A*, 268. HEMST.

104, 14. *Ὁμήρῳ*] Il. *Γ*, 388. De isto *ν*, quod Attica dialectus Dores imitata tertiis quibusdam personis adfigit, egregia docet grammaticorum solertissimus Heraclides apud Eustath. ad Od. *Υ*. p. 1892. Sic *ᾄδειν* pro *ᾄδει* in Aristoph. *Εἰρ.* v. 1182. ubi comici locum, qui prae manibus est, scholiastes adnotavit; nec minus eadem de re pluribus agens Moschopul. *περὶ Σχεδ.* p. 143. Vid. H. Stephan. Anim. ad Lib. de Dial. p. 44. HEMST.

104, 25. *πάρδος*] Vix a Graecis veteribus usurpatur, quorum sunt *πάρδαλις* et *πόρδαλις*· pardum ex antiquissima lingua Latini receperunt. In origine constituenda grammatici discrepant: vid. Etymolog. in *Πάρδαλις*, et in primis magnum opus Bocharti P. II. lib. III. cap. 7. Basil. et Eustath. in Hexaëm. p. 35.

Ῥαγδαῖον ἡ πάρδαλις, καὶ ὀξύῤῥοπον ταῖς ὁρμαῖς. HEMST.

104, 31. *γὰρ τῷ* Schaeferus.

104, 34. *οὐκ ἐᾷκει*] Th. Reinesius et Io. H. Meibomius excellenti doctrina viri, hic ad Iusi. Hippocr. c. v. vi. ille ad Inscript. Cl. I. n. 114. ubi Aesculapii genus, familiam et cultum multis pertractant, scholiastae locum digito quasi designasse contenti nihil amplius auxilii contulerunt; quum tamen haud dubie et corruptus sit, et mutilatus: quem enim sensum aut structuram orationis legitimam habet illud *οὐκ ἐᾷκει*, iota subscripto, quod Portus et Kusterus addiderunt, in priscis edd. destitutum? Scribendum suspicor, ut intelligi saltem possit, *οὐκ ἀνοικεῖον*, vel *οὐκ ἀνοικείως· διότι προσῆκε τῷ Ἀσ. opportune dicta fuerit Ἰασὼ ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι, quippe quae in comitatu erat Aesculapii:* id enim est *προσήκειν τῷ Ἀσκληπιῷ*. Videtur, ne oratio tota non commode procederet, sequi debuisse, a maxima scriptorum parte Aesculapii filiam celebrari Iaso: sed Aristophanes ab aliis diversus Amphiarao natam tradidit. Hoc ab Hesychio quoque adnotatum: *Ἰασώ, παρὰ τὸ ἰᾶσθαι· φησὶ δὲ Ἀριστοφάνης καὶ Ἀμφιαράου θυγατέρα εἶναι Ἰασώ.* Quis autem dubitet, quin ex Amphiarao fabula decerptus sit hic versus, quem subducto pede labantem fulcire non est difficile: *Ἀλλ', ὦ θύγατερ, ἕλεξά τοί σοι πρευμενῆς·* nimirum Amphiaraus ita filiam Iaso fuerat adlocutus: nec pauca fuisse illi comoediae admixta, quae ad rem medicam et pharmacopolarum pertinerent, ex Polluce colligi potest X, 180. Nonnihil obturbat Suidas: *Ἰασώ, ὄνομα γαμετῆς, ἢ θυγατρὸς Φιλάρου·* optime quidem Pearsonus *Ἀμφιαράου* restituendum vidit pro *Φιλάρου*, qui error eo citius irrepsit, quia in vetustis membranis fere scribi solet *Ἀμφιάρου* et *Ἀμφιάρῳ·* sed Iaso uxorem Amphiarai quis novit? quis ullam eius mentionem fecit? Multo minus offenderet, si legeretur, *γαμετῆς Ἀσκληπιοῦ, ἢ Θ. Ἀ* sicut enim Hygiam, sive Salutem, quam plerique filiam Aesculapii fecerunt, uxorem eius esse voluit Onomacritus H. 66. ita nihil absurdi in tanta fingendarum fabularum licentia commisisse censendus est,

si quis forte veterum pro nata tori consortem Iaso dixerit; praesertim quum et per nominis rationem, quae summas saepe partes in fabulis obtinet, Aesculapii matrimonio digna videatur, et plures eius Dei commemorentur uxores: nam praeter Hygeiam alii Ἠπιόνην ipsi iunxerunt, testibus Suida in V. et Etymol. p. 434. v. 17. Lampetiam Solis filiam Hermippus. Statim particulam δὲ in ceteris edd. omissam ex A. revocavi: deinde sedem utriusque nominis proprii mutandam existimo: εἰ δὲ καὶ τὴν Ἰασὼ Ἀμφιαράου θυγατέρα, ὥσπερ Ἀσκληπιοῦ (λεκτέον, aut simile verbum intellige) ἄξιον ἀπορεῖν· scilicet hunc in modum scholiastes argumentatur: licet Aristophanes Amphiarai filiam ediderit Iaso (quod quo consilio factum ab eo fuerit, serione, an per ludum comicum, postquam illa fabula dudum intercidit, explorate cognoscere non datur) tamen an pari iure Amphiarai filia dicatur, atque Aesculapii, non inmerito dubites, quandoquidem Hermippus etiam, qui recensionem Aesculapii liberorum accuratissimam instituit, Iaso inter eius filias, et natu quidem maximam, numerat. Quare nescio, an de industria Kusterus contra fidem priorum edd. καὶ Ἰασὼ deleverit, vulgato nimirum ordine verborum deceptus, quem talem efficere sensum animadvertebat, cum quo καὶ Ἰασὼ simul consistere non posset: nostra ratio, praeterquam quod a veteri lectione minimum recedat, haud parum expeditior. Hermippus autem, cuius Iambos, vel Trimetros, ut schol. Aristoph. ad Av. v. 1150. scriptores antiqui saepe laudant, idem qui comicus; quod ex Athenaeo constat xv. p. 700. D. Ἕρμιππος ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Ἰάμβοις· neque hunc comoediae fuisse titulum, sed operis ex pluribus diversaeque materiae carminibus iambicis conflati, aperte scholiastes indicat, quum ait ἐν τῷ πρώτῳ ἰάμβῳ τῶν τριμέτρων. Porro Aesculapii filias eodem, atque Hermippus, ordine proponit Aristid. T. I. p. 82. C. alio Plinius H. N. XV, 11. p. 600. et Suidas in Ἠπιόνη· illi Ὑγίειαν, Hygiam, Ὑγείαν, hic insuper Ἄκεσὼ adiiciunt. Notandum vero, non filiam solum, sed et ipsum patrem, si Suidae fides constat, Αἴγλην vocari: apud Hesychium certe, Αἰγλαὴς, Ἀσκληπιός· quod, Casaubono etiam iudice,

Laconicum aliquid sapit, neque aliud est, quam, demta dialecti forma, *Αἰγλήεις*· non longe abit eiusdem Hesychii, *Ἀγλαόπης ὁ Ἀσκληπιὸς, Λάκωνες*· ubi iam Lacedaemoniis id nomen diserte tribuitur. Hinc suspicetur aliquis, Suidam peccasse, et, dum mendosum codicem sequitur, *Αἴγλην* dedisse, qui potius scribi debuerat *Αἰγλήεις*. Ut autem notissimi sunt vel ex Homero Machaon et Podalirius Aesculapio geniti, sic contra Ianiscum et Alexenorem extra scholiasten nostrum vix reperias. Pausanias quidem, thesaurus ille rerum antiquarum, Ianiscum suppeditat lib. II. p. 125. sed longe diversum, Clytii Atheniensis nepotem: Alexanorem vero, sic enim ubique scribit, Aesculapio non alienum, quippe Machaonis filium, cuius exstructum in honorem avi fanum in Titane conspiciatur p. 136. et p. 137. *Τῷ δὲ Ἀλεξάνορι καὶ Εὐαμερίωνι, τῷ μὲν ὡς ἡρωϊ μετὰ ἥλιον δύνατα ἐναγίζουσι, Εὐαμερίωνι δὲ ὡς θεῷ θύουσι.* Pari modo frater Sphyrus Aesculapii cultum apud Argivos fundavit p. 163. *ἐξαρχῆς δὲ ἱδρύσατο Σφῦρος τὸ ἱερὸν, Μαχάονος μὲν υἱὸς, ἀδελφὸς δὲ Ἀλεξάνορος τοῦ παρὰ Σικυωνίοις ἐν Τιτάνῃ τιμὰς ἔχοντος.* Nihil denique, quod moneamus, aliud restat, quam postremam scholii partem, *ἔστι δὲ καὶ Ἀ. Θ. Ἰ.* plane videri supervacuam, atque ex truncato deterioris notae codice depromtam. HEMST.

P. 105, 10. *λίβανος*] Suid. in *Λιβανωτόν*. Scholiasten in hac re advocavit P. Nunnes. ad Phrynich. p. 37. HEMST.

105, 20. *Βοιωτοῖς*] De Boeotis non memini: Cyprii boves hoc nomine infames proverbio locum dederunt *Βοῦς Κύπριος*. Vide App. Vatic. I, II. et Suidam: utrobique notavit Schottus: quanquam illi quidem admiratione digni, si contra tormina, quod Plinius prodidit H. N. XXVIII, 20. hominum excrementis sibi mederentur. Itaque vel nostrum enarratorem memoria fefellit, vel reponendum erit *Κυπρίοις*· nisi stupidum Boeotorum ingenium hoc etiam comicis debeat, ut per iocum boves apud eos *σκατοφάγοι* nascantur. Scholiastae locum adhibuit Erasm. Adag. in Bos Cyprius. HEMST.

105, 21. *σκατὰ*] Vide Lobeckium ad Phrynich. p. 293.

105, 28. Codex ἀνίτων.

105, 29. *εἰ ἄρα* Bastius.

P. 106, 7. *δοίδυκα*] *κοχλιάριον. κιβώτιον*] *σενδούκι, ὃ λέγουσιν οἱ ἰατροὶ παντέκτην.* C. D'O. Eadem est, non disputo, quam commoda, prioris vocabuli apud Suidam explicatio, et Moschopul. *περὶ Σχ.* p. 105. item: *Δοιδυκοποιός, ὁ τὰ κοχλιάρια ποιῶν.* Quod adtinet ad *σενδούκι* vel *σεϊδούκη*, Car. Du Cangius in *Σεντούκιν* ex Gloss. MSS. ad Plut. Aristoph. profert, *τῶν σκευαρίων, σεϊδουκίων*· in *Παντέκτης, κιβώτιον, παντέκτην*· hoc plenius, ut patet, suppeditat C. D'O. illo prorsus caret ad v. 840. ubi *τῶν σκευαρίων* invenies. Meursio placuit originem vocis ab Arabibus et Turcis repetere, quibus *Sandock* sive *Sondock arca* vel *scrinium* appelletur: ego potius Salmasio Meursium celato nomine castiganti Not. in Vopisc. p. 369. calculum adiicio, qui a veteribus Graecis, quorum erat *σαιδάκιον*, ad inferiores, corrupta nonnihil pronunciatione, *σενδούκη, σεντούκιν, σεντούκιον*, ab his porro ad Arabas permanasse statuit: cuius quidem opinionis eo probabilior est causa, quod ipsa vocis ab Arabibus usurpatae forma peregrinos natales atque aliunde ductos facile prodat. Ioannis Euangelistae *γλωσσόκομον* c. XII, 6. XIII, 29. quod interpres Bibliothecae Groninganae MS. reddidit صندوق ab Erpeniano versum صندوق. Verum quemadmodum apud Graecos, praesertim paulo recentiores, *γλωσσόκομον* aliquando *capulus* est, *loculus*, aut *sandapila*, ut Anthol. II. c. 47. Ep. 1. sic et Gregorius Abul Pharagius solium aureum, cui commissum fuit a filio Constantini defuncti corpus, vocavit صندوق ذهب p. 138. quales fuerunt a vetustis scriptoribus commemoratae Cyri Alexandrique cadaverum *πύελοι χρυσαῖ*. HEMST.

106, 11. *οὐχὶ γέ*] Gelenius ita correxit; accentum posteriores, *οὐχί γε*, quum legeretur in A. et Fl. *οὐχὶ δὲ*. Quid sibi velit *πρὸς τὸ πρῶτον*, in hoc qui-

dem orationis contextu, nullus capio. Deinde εἰπὼν ὅτι κιβώτιον λίθινον ἦν scribi non potuerunt, praeterquam ab eo, qui deleta mulieris persona verba comici continuarit, unique tribuerit Carioni, - - - καὶ κιβώτιον Λίθινον· μὰ Δί' οὐ δῆτ' οὐχὶ τόγε κιβώτιον. Idcirco scholion hocce duas in partes dispescendum reor, talique pacto reformandum: Λίθινον] Παίζων πρὸς τὸ πρῶτον ἀπήντησεν. Οὐχὶ δὲ τὸ κιβώτιον] Εἰπὼν γάρ, ὅτι κιβώτιον λίθινον ἦν etc. quorum hic est sensus: *Cistellam lapideam*] *Lapideam posuit iterum*, quamvis minus adcurate congruat τῷ κιβωτίῳ, *per iocum repetens quod primum dixerat:* dixerat autem ab initio λίθινον θυείδιον· reliqua nihil habent difficultatis, et ordini orationis, quem constitui, planissime conveniunt. Neque tamen diffiteor, prius scholium eum in modum explicari posse, ut apte respondeat interpunctioni vulgatae, dummodo legas παίζουσα, scilicet ἡ Γυνή· vel etiam sine ulla mutatione παίζων referas ad ipsum Aristophanem: *ludendi gratia* comicus, aut uxor Chremyli, *quod in principio dictum erat* λίθινον *adripuit* sic rogando, quasi ad κιβώτιον itidem pertineret. Haec fortasse latius et maiore verborum ambitu in scholiis integris olim fuerant explicata. Scripsi vero οὐχὶ δὲ τὸ κ. quia videbatur ad hanc scripturae varietatem nos ducere lectio priscarum edd. HEMST.

106, 17. τρίβακον ἱμάτιον] Hesych. Τρίβακον ἱμάτιον· ubi forte τετριμμένον exciderit; nam Suidas: Τριβακὰ, κατατετριμμένα, ex Artemidoro II, 3. p. 83. ὑθόνιά τε καὶ τρίβακα ἱμάτια δοκεῖν φορεῖν. A scholiaste sumtum, quod Budaeum ex quodam grammatico adferre notat Stephanus Th. Gr. L. T. III. p. 1330. E. eundem vide p. 1332. D. ubi ad Aristophanem illustrandum conparat a Luciano dictum eleganter τριβώνιον πολύθυρον· qua de re nos ad eum plura p. 332. HEMST.

106, 19. Bastius: „V. schol. Luciani T. IX. p. 195.“ Ibi legas τὸ παλαιὸν καὶ διεῤῥυηκὸς ἱμάτιον. SCHAEFER.

106, 20. φιλοσόφων] Codex φφων.

106, 21. Codex εὐτελαίας.

106, 30. τῶν φαρμάκων τὰ μέν ἐστι καταπλ] Vide clariss. Iosuam Barnesium ad Eurip. Hippol. v. 516. Caeterum καταπλαστὰ φάρμακα sunt ea quae vulgo *emplastra* vocare solemus. Kust. κατάπλαστα] Re convenit, verbis aliquantulum discrepat adiectum in C. D'O. margine scholium: Τρία εἰσὶ εἴδη φαρμάκων, παστὸν, πλαστὸν, καὶ πιστόν· ἔστι μὲν οὖν παστὸν τὸ πασόμενον· πλαστὸν δὲ τὸ πλαττόμενον, ὃ καὶ καταπλαστὸν λέγεται· καὶ πιστὸν τὸ πινόμενον. Stanleius ad Aeschyl. Pr. V. v. 479. usus est opportune scholiastae nostri verbis, ut Gaulminum refutaret, qui Not. ad Psell. περὶ Ἐνεργ. Δαιμ. p. 124. in Aeschylo *prorsus esse legendum* adfirmaverat Οὐ χριστὸν, οὐδὲ παστὸν pro πιστὸν, quasi vocabulum hoc inauditum in nullo auctore reperiretur: quam tamen sententiam sibi displicere postea fuit professus ad Eustath. p. 17. Χριστὰ vice χρηστῶν restituit, quod interpretem plane fugerat, Casaubonus in Dion. Chrys. p. 663. οὐχ ὑπὸ φαρμάκων χριστῶν ἢ ποτῶν· in Sozomeno H. E. II, 7. ab aliis iam restitutum probavit Henr. Valesius: verum labitur ibi vir magnus ab ἐπιπάστοις non discernens τὰ ἐπίπλαστα· quem errorem facile vel unus Hippocratis locus arguerit περὶ Χυμ. p. 48. χρίσμασιν, ἐγχρίσμασιν, ἐπιπλάστοισιν, ἐμπλάστοισιν, ἐπιπάστοισιν. Artemidor. IV. 24. p. 215. χριστὰ γὰρ, ἢ ἐπίπλαστα, ἢ βρωτά, ἢ ποτά· hic etiam χρηστὰ ingerunt edd. quod tamen vitium interpretem non fugit. Hemst.

106, 36. Post γὰρ adde quod excidit ἐμφανῶς.

P. 107, 3. ἐν τῇ Τήνῳ] Allium scorpios ac serpentes fugare, viperarumque noxiis morsibus opitulari, a vetustis scriptoribus accepimus. Ideo in foecundissima serpentum ferarumque Libya καθείδοντες περιχρίουσι τοὺς κλινόποδας σκορόδοις τῶν σκορπίων χάριν, καὶ παλιούροις περιδοῦσι, teste Strab. XVII. p. 1188. A. et sylvestre allium ex virtute, qua pellet, ὀφιόσκορδον appellatur: Dioscorid. II, 182. Hoc etsi constet, non eo tamen minus est obscurum, quid scholiasten moverit, ut, ubi Τήνια σκόροδα cuius essent generis ex-

ponendum erat, Tenum serpentibus abundare tanto studio verbisque tam expressis doceret: sufficiebat utique vulgatae lectionis explicationi, si duntaxat allium ibi copiose provenire demonstrasset, idque vim habere oculos acerrime mordendi. Spanhemio iudice, *in scholiis notatur ambiguum videri, an inde Teniorum allia ita dicantur, quod noxii essent in hac insula serpentes ac scorpiones; an vero, quod eadem alliis abundaret. Eadem nempe insula, ut statuere licet, inde alliis simul et serpentibus ferax iisdem criticis haud videbatur, quod nempe iuxta Plin.* xx, 6. *allium serpentes abigit et scorpiones odore.* Quae ego ut vix intelligo, sic ad scrupulum eximendum quid proficiant non video: σκόροδα certe Τήνια dici non possunt, nisi eam ob causam solam, quod in insula Teno vel abundent, vel diversi generis et reliquis acriora reperiantur; quemadmodum σκόροδα Κύπρια, quorum est mentio apud Theophr. H. Pl. VII, 4. et Apsyrt. in Hippiatr. p. 71. non aliter ac ὄφεις Τήνιοι, quos eadem haec insula producit. Iam si quis eo confugiat, ut scholiasten propterea cataplasmati putet allium admixtum censuisse Tenium, quod illud maxime serpentibus, non veris quidem, sed figurate dictis, id est, sycophantis et calumniatoribus, qualis erat Neoclides, adversaretur, cuiusmodi ioco, eoque mordacissimo comicus utitur infra v. 885. is vereor profecto, ne scholiastem paene ridiculum nobis faciat: saltem si tale quicquam in mentem ipsi venisset, verbis clarioribus atque enucleatius res fuerat explananda. Quid ergo? an diversae lectionis auxilium, quod iam alibi saepe profuit, huc etiam advocabimus? Equidem huius loci scripturam in utroque Pluto dissensisse non tam suspicor, quam ferme persuasum habeo. Nimirum olim in utrolibet editum legebatur, Ὄφεων κεφαλὰς τρεῖς Τηνίων· in altero, quod nostras edd. occupavit, Σκορόδων· nihil autem abhorret, praesertim si Comoediae ludum simul consideres, quo minus cataplasmati conficiendo capita serpentum indantur; nam serpentes minutatim sectos ac contusos quibusdam medicamentis adhiberi non ignorat, qui veterum scripta medicorum triverit. Utraque lectio suos nacta fuit enarratores;

sed quorum interpretationes temere perturbatae, atque in unum acervum coniectae nisi distinguantur, et ad suum quaeque caput revocentur, vix erit, ut aliquis sensus tolerabilis extundi possit. Nunc experiamur, quatenus hac via progredi liceat. Istis verbis enodandis, Ὄφεων κεφαλὰς τρεῖς Τηνίων, nemo non fatebitur tale scholion esse prorsus consentaneum: Ὅτι ἐν τῇ Τήνῳ μιᾷ τῶν Κυκλάδων νήσῳ ὄφεις καὶ σκορπίοι δεινοὶ ἐγίνοντο. Ἡ Τῆνος δὲ αὕτη θηριώδης δοκεῖ εἶναι· καὶ Εὔπολις Πόλεσι, Τῆνος δέ γ' ἡ (ita Bentleius senario suos numeros restituit) πολλοὺς ἔχουσα σπορπίους· διὸ καὶ τὸ παρὰ Ἀντιμάχῳ, Τήνου τ' ὀφιοέσσης καλῶς ἔχειν δοκεῖ. Adiecta negatione publicatur οὐ καλῶς· omnino absurde: nam qui convenit Antimachum reprehendi, quum contra laudem mereatur, quod exquisite epitheti loco ipsum insulae nomen antiquum usurparit: poteratne aliquid opportunius? Imo facile quis eam in cogitationem veniat, interiisse nonnulla, quibus hoc idem ostenderat scholiastes: nihil est enim exploratius, quam antiquarios, in primis Christianos, dum vetustas grammaticorum adnotationes excerptas in unum volumen cogunt, plurima resecuisse, quae nos magno redemta vellemus. Alteri scripturae, Σκορόδων κεφαλὰς τρεῖς Τηνίων, non minus congruit haec interpretatio: Ὅτι ἡ Τῆνος δριμύτατα σκόροδα φέρει. Καλλίστρατος ἐπὶ τὸ σαφὲς κατηνέχθη, ὡς σκοροδοφόρου τῆς γῆς οὔσης. Vides Callistratum, non ignobilem grammaticum, qui commentarios ad Pindarum, Aristophanem aliosque poëtas elucubraverat, comprobasse lectionem eam, quae facilior et maxime videretur perspicua. Malim autem τῆς νήσου οὔσης pro τῆς γῆς, quanquam obstet Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 525. cuius verba, quoniam ad hunc comici locum pertinent, non sunt praetereunda: Ἡ Τῆνος ἀπό τινος οὕτω κληθεῖσα Τήνου ἀνδρός· ἦν δὲ σκοροδοφάγος γῆ αὕτη, ὡς καὶ ἡ κωμῳδία δηλοῖ Τηνίων μεμνημένη σκορόδων etc. Σκορδιφόρος quum invenisset pro σκοροδοφάγος in scripto libro Rob. Stephanus, potius legendum esse statuit σκοροδοφόρος· ego, si quis vel illud ipsum retineat, vel reponat σκορδοφόρος νῆσος αὕτη, non moleste feram. Hemst. Vide de hoc scholio Dobraeum p. 142.

107, 15. *γάλα σκύλης*] *γάλα* saepius a medicis pro expresso vel destillante quarumvis arborum herbarumve succo poni solet: nulla re differunt ὀπὸς et *γάλα βαλσάμου*· ita lac ficulneum Columellae de R. R. VII, 8. quod coaguli vim habet, atque emittitur ab arbore, si eius virentem saucies corticem. *Σκύλη* vel *σκύλα* scribendi more serioris Graeciae non alia, quam veterum *σκίλλα*· sic *σκυλοκρόμμυον* et *σκιλλοκρόμμυον*. HEMST.

107, 17. *σχίνον* typotheta pro *σχῖνον*.

107, 18. *παράκειται*] Kusterum secutus sum, qui sic in ed. octavae formae nescio qua legi notavit: praecedentes, quae quidem nobis ad manum sunt, habuerunt *περίκειται*. *Παρακεῖσθαι* verba dicuntur et testimonia scriptorum ad probandum citata: *παρατίθεσθαι* vel *παραθέσθαι* is, qui profert et in medium adducit. Pro *περιθέμενος* apud Harpocrat. in *Γαμηλία*, quod Meursium in errorem induxerat AA. LL. III, 1. recte Valesius *παραθέμενος* p. 33. Dalecampium saepenumero fefellit in Athenaeo, non tantum XI. p. 485. F. ut ante Valesium Casaubono fuit observatum, sed etiam lib. V. p. 219. C. Hinc Chrysippus *πλείστη τῶν μαρτυριῶν παραθέσει χρώμενος* in quodam scripto totam fere Euripidis Medeam *παρετίθετο*· contra *τὰ Ἐπικούρου οἰκεία δυνάμει γεγραμμένα καὶ ἀπαράθετα*, auctore Diogen. L. VII, 180. 181. id est, ut idem exponit X, 26. *γέγραπται μαρτύριον ἐν αὐτοῖς ἔξωθεν οὐδέν*. Eam verbi vim minime perceperunt interpretes apud Lucam A. A. XVII, 3. *διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν διανοίγων καὶ παρατιθέμενος, ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν* etc. vertendum erat: *locis ex antiqui Foederis volumine testimoniisque prolatis adfirmans. Theophrasti* quem locum designet, compertum non habeo, nisi fuerit de Caus. Plant. V, 7. *ὅσα δὲ ἐν σχίνῳ φυτεύουσιν ἢ σκίλλῃ*· ultimum illud *ἢ σκίλλῃ* videri poterat a Theophrasto non profectum, atque interpretationi prioris vocabuli tantum inserviens: sed *σχῖνον* et *σκίλλαν* quamquam eiusdem generis, diversa tamen esse scholiastes, ut opinor, censuit: neque iniuria, quum Galenus etiam Gl. Hippocr. *σχῖνον* explicuerit *εἶδός τι σκίλλης*. *Σχῖνος*

autem non solum *lentiscus*, sed et iuxta loquendi morem Atticorum *squilla*, ut praeter Foes. Oecon. Hipp. docuerunt Salmas. de Homon. H. I. c. 8. Bod. a Stapel ad Theophr. H. Pl. VII. p. 875. Quare non adeo gravis erat causa, cur Frischlinus, in reddenda Latine hac voce scholiasten secutus, ab Illustri Spanhemio notaretur, quandoquidem et significatio eius ambigua manifesto constat, et revera dubitari potest, utra sit in Aristophane praeponenda. Ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς vero indicium facit scholii vetusti, et eo tempore scripti, quo fabulae nostri comici vel omnes, vel pleraeque, cum grammaticorum integris adnotationibus, adhuc extabant; nam in iis, quae supersunt, nulla fit nec σχίνου, nec Theophrastei loci mentio. De accessione autem illa, quae fini adhaeret, παρὰ τὸ σχίζεσθαι etc. ita statuo, malae manus esse, et praeter scholiastae mentem adsutam: pertinet enim ad μαστίχην, sive lentisci lacrymam, quae nihil habet cum squilla commune: res eo clarius adparebit, si, quemadmodum intelligendus sit enarratoris locus expedivero: Σχῖνον, inquit, *qui lentiscum alias significare solet, nunc Aristophanes Attice vocat squillam: nam mordendi facultate praedita esse vult omnia, quae cataplasma componunt: in sequentibus autem ad comicum scholiis verba sunt ex Theophrasti scriptis proposita, quae doceant, etsi sub eodem genere contineantur, aliud quiddam esse* σκίλλαν, *aliud* σχῖνον. Bene Kusterus ex A. ἡ σκίλλα· in reliquis erat ἡ. Hemst. De editione illa formae octavae, cuius ineunte hac annotatione mentionem facit Kusterus, pluribus dictum ab Hemsterhusio in Commentariis p. XXXVII. et ab Dobraeo p. 82.

107, 24. χυματίζειν] χύμα recentioribus est *aqua:* inde χυματίζειν, *aqua diluere et miscere;* sed et *quemvis alium liquorem adfundere.* Non indignum erat hoc vocabulum, quod Du Cangius in Glossarium suum referret: paulo aliud ἐγχυματίζειν frequens in Hippiatricis, et ab Henr. Stephano non praeteritum. Hic autem, scholia diversorum quomodo fuerint conturbata, exemplo manifestissimo patet: nam quae pri-

ma ponitur, illa Didymi est explicatio, ut iam ab eruditis animadversum ex Athen. II. p. 67. D. reliquae binae alios habent auctores. Indidem hauserat Hesychius leviter hoc pacto emendandus: Ὄξος Σφήττιον· ἴσως ὅτι Σφήττιοι ὀξεῖς ἦσαν. διὰ τοῦτο εἶπεν ὄξος Σφήττιον, ἤγουν δριμύ. Ὀξεῖς, qui sunt *acres* ac *vehementes*, vel, quod huius vice scholia nostra praebent, πικροί, acerbi, acutos reddere non debuerant Dalecampius, Meurs. de Pop. Att. in Σφῆττος, et Spanhemius. Hemst.

107, 29. Codex, Σφηττοὶ — πολίτης Σφήττιος· οἶνος — ὄξος Σφηττοὶ —. Scribendum Σφηττοῖ.

P. 108, 3. ἐπωμοσία δέ ἐστιν, ἣν ἐπιδ.] Vide Vales. ad Harpocrat. v. ὑπωμοσία et nos ad Suid. v. ἀνθυπωμοσία. Kust. ἐπιδίδωσιν] *Libellum tradit*, ut solebant, in quo formula τῆς ἐπωμοσίας erat perscripta: sic intelligo: aliud enim est διδόναι vel ἐπιδιδόναι ὅρκον, ius iurandum deferre. Quam scholiastes ἐπωμοσίαν, eam Pollux ὑπωμοσίαν scripsit VIII, 56. ut notatum ab Henr. Valesio ad Harpocrat. p. 192. Hemst. Vide Dukerum in Commentariis p. 384.

108, 7. ἐπώμνυον τὸ] Etsi lectionem vulgatam retineri posse non diffitear, concinnius tamen, ut quidem existimo, coalescent ἐπωμνύοντο μὴ δύνασθαι etc. Salustium non alium indicari verisimile mihi videtur, quam sophistam illum, qui scripsit, Suida teste, commentarios ad Demosthenem; ex quibus haec esse desumta, nihil impedit, quo minus credamus. Eiusdem etiam recordor ab Ulpiano factam fuisse mentionem. Valesius observat ἐξωμοσίαν dici, quae hic describitur ἐπωμοσία· eadem de re, sed minus accurate, monuit H. Stephan. Th. Gr. L. T. II. p. 1298. G. Hemst.

108, 9. ὑπαντᾷ] Longe vulgarius est ἀπαντᾷν πρὸς τὴν δίκην, τὴν κυρίαν· neque veto, si quis reponi malit. Vid. Ammon. περὶ Ὁμ. καὶ Δ. Α. in Ὑπαντήσαι. Ὑπομωσθείσης, quod edd. est nulla quae non praeferat, a lege grammatica refutatur: verum ex hoc ipso Hyperidae verbo patet, ὑπωμοσίαν potius, in principio saltem huius membri, quam ἐπωμοσίαν fuisse adpellan-

dam. Quid Gelenium et Portum moverit, ut grammatica ratione contemta, quum recte scriberetur in A. et Fl. ἐπομνύμενον, uterque per totum scholion dederit ἐπωμνύμενον, haud intelligo: merito Kusterus ab iis discessit. Haec pars ex Telepho fuerit depromta, an quae proxime sequitur, parum liquet: is autem est Pergamenus grammaticus, quem Suidas inter alia librum composuisse testatur περὶ τῶν Ἀθήνησι δικαστηρίων· item, περὶ τῶν Ἀθήνησι νόμων καὶ ἐθῶν. Hemst.

108, 15. ὀμόσαι] Aptius forte ὀμόσαντα. Utrum vero δικάσασθαι legeris, an δικάσεσθαι, nihil refert: horum enim temporum usus est saepe promiscuus. Hemst.

108, 31. τῷ Πλούτωνι] Additum in C. D'O. explanandi gratia, παίζειν εἰπὼν πλησίον· quae, nisi scholia vulgata subsidio venirent, vix intelligeremus. Nunc colligi potest, debuisse scribi, παίζει τῷ Πλούτωνι εἰπών· scilicet pro τῷ Πλούτῳ. πλησίον vero pertinet ad παρεκαθέζετο, quod valet πλησίον ἐκαθέζετο. Hemst.

108, 38. Ἡσίοδος] Ἐ. καὶ Ἡ. v. 465. In Sophoclis Inacho Πλούτωνα vocari, qui proprie Πλοῦτος erat divitiarum Deus, scholiastae credimus: fuit enim illud drama satyricum, unde quaedam Aristophanes in hanc fabulam transtulit, ut facile percipi potest e scholiis ad v. 807. itidemque ex λάταγος ibi facta mentione apud Athen. xv. p. 668. B. Igitur Πλούτωνος ἑπείσοδος est Pluti, qui Iovem comitabatur, in aedes ingressus cum omni bonorum copia. Iambus alter si sensu aeque ac numeris aptis constaret, omni careret difficultate: considerandum, an hoc parvulae mutationis adiumento redintegrari possit: Τοιάνδ' ἐμοὶ Πλούτων' ἀμεμφίας χάριν; quadrandae sententiae verbum deest, quod nisi per ellipsin occultatum existimes, proximo versu sequebatur. Hemst.

P. 109, 6. σταλάσσων] Genere mutato, ut nomini conveniat, malo σταλάσσον· linteum stillans vel sudore, vel sanguine, vel lacrimis, quas detersas hauserat. Omnes edd. occupavit δίκρωσσον· recte Sui-

das et Hesych. *σινδόνιον δίκροσσον*· ibi Schrevelius tanquam emendationem a Salmasio profectam adnotavit, *δίκρωσσον*· quo iure, disci potest ex iis, quae vir maximus de *κρόσσοις*, fimbriis, cirris observavit ad Iul. Capitol. p. 128. Eadem macula in scholiis ad Σφ. v. 473. alibique saepe. HEMST.

109, 27. *τὸ γῆρας ἀποβ.*] Cur Aesculapio dracones ac serpentes in primis fuerint sacri, quam rationem scholiastes explicuit, eandem fere, sed verbis aliis enarratam, inveni ad oram C. D'O. *Εἰκότως φασὶν ὑπηρέτας ἔχειν τὸν Ἀσκληπιὸν ὄφεις. τὸ παλαιὸν αὐτοὶ ἀπεκδυόμενοι δέρμα ἀεὶ νεάζουσιν· οὕτως καὶ ὁ θεὸς τῶν ἀσθενούντων τὰς νόσους, οἷα τινὰ βλαβερὰν ἀποριπτων νεάζοντας δείκνυσιν*· in quorum postrema parte festinantis librarii culpa praeteritum est nomen, cui *βλαβερὰν* adhaerebat, sive *κατάστασιν*, sive quidpiam simile, quod coniiciendo reprehendere difficile fuerit: quanquam illud etiam, quia serpentum senectus in hoc scholio memoratur, in mentem venit, fieri potuisse, ut *βλαβλερὰν* ortum sit per inscitiam ex rariore vocabulo, forte corruptius scripto, *λεβηρίδα*· nam commode procedit, ac sententiae minime repugnat, *οἷα τινὰ λεβηρίδα ἀποῤῥίπτων*. Alias ex aliis auctoribus causas, cur Aesculapio sacri angues velut perpetui comites ac famuli addantur, recenset Meibom. ad Iusi. Hippocr. c. v. §. 26. Articulum vero inserui *φυλάττει τῇ φύσει*, quem in cunctis edd. eliserat praecedentis syllabae similitudo. HEMST. In codice Parisino scriptum, *εἰκότως φησὶν ἔχειν τὸν Ἀσκληπιὸν ὑπηρέτας ὄφεις. ἐπειδὴ γὰρ οἱ ὄφεις τὸ παλαιὸν αὐτῶν ἀπεκδυόμενοι δέρμα κ. τ. λ. — οἷά τινα λεβυρίδα ἀποῤῥίπτων, νεάζοντας δείκνυσιν*. Unde apparet, Hemsterhusium *βλαβερὰν* felicissime mutasse in *λεβηρίδα*. SCHAEFER.

P. 110, 7. *ἡμιξέστιον*] *ἡμίξεστον* non solum Suidas et schol. ad v. 436. 1055. sed et margo C. D'O. in qua talis adnotatio, paulo quidem vitiosius scripta, sed quam facile corrigas ex scholiis editis, invenitur: *Διαβάλλει αὐτὴν καὶ αὖθις ὡς μέθυσον· δέον δὲ εἰπεῖν λόγον ἕνα, ἤ τι τοιοῦτον πρὸς τὴν συνήθειαν, ὁ δὲ οὕτως εἶπεν. Εἶδος μέτρου ἡ κοτύλη, ὃ καλεῖται ἡμίξεστον.*

Quod autem scholiastes initio dixit *πρὶν πτύσαι*, proverbium est de re, quae celerrime conficitur, antequam exspuendi habeas tempus. HEMST.

110, 11. Ex Parisino dedi, *δέον γὰρ εἰπεῖν, πρὶν εἰπεῖν σε λόγον ἕνα.*

110, 14. *καρτελούρας*] Du Cang. Gl. M. et I. Gr. ex Glossis MSS. ad Plut. Aristophanis profert, *Ταῖς κοτύλαις* (v. 436.) *καρτερούλαις*· etsi priorem scribendi modum secutus fuerit Nicephorus Blemmydes, forma tamen posterior est praeferenda, quarterula. HEMST.

110, 17. *ἀνατείνας*] Codex *ἀνέτεινας*.

110, 18. *ἐλάλησα*] Recentioris est Graecitatis, *λαλεῖν τινα, clamando excitare.* HEMST.

110, 32. *Ἀττικὸν δὲ τὸ* etc.] Illud *ἐκ παραλλήλου σχῆμα* Atticorum esse quasi proprium saepe monent grammatici: vide schol. ad v. 25. et H. Stephan. App. de D. A. p. 27. 73. Idcirco non iniuria dubites, an mutanda veniat interpunctio: *ἐκ π. τὸ αὐτό· Ἀττικὸν δέ. Τὸ ἐπήνουν* etc. id est, *Quae sunt eiusdem potestatis adverbia coniunguntur Attico loquendi more. Ἐπήνουν autem observa de Deo poni, quum alioquin homo dicatur proprie laudari,* sive *ἐπαινεῖσθαι*· nam notare non videtur voluisse, *ἐπαινεῖν θεὸν* Atticum haberi, quod ratione caret, sed *ἐκ παραλλήλου* copulata *πάνυ σφόδρα.* HEMST.

P. 111, 8. *χαιρετεῖν* et *χαιρετίζειν*, hoc apud veteres etiam usitatum, illud recentioris notae minusque frequens, communis Graecorum dialectus celebrat, Attica respuit: locum utrique dedit in Gl. M. et I. Gr. Car. Du Cangius ex Glossis interlinearibus MSS. ad Aristophanis Plutum haec promens: *Ἐμὲ γάρ τις οὐ προσεῖπε*] *οὐ χαίροις εἶπε, ἐχαιρέτισε*· sic enim, quae ad v. 786. pertinent, fuerant repraesentanda: C. D'O. ibi nihil habet praeter verbum ultimum *τῷ προσεῖπεν* adiectum. Diogen. L. III, 98. ex Platonis sententia *φιλανθρωπίας* enumerat *εἴδη τρία· ἓν μὲν διὰ τῆς προσηγορίας γινόμενον, οἷον ἐν οἷς τινὲς τὸν ἐντυγχάντα πάντα προσαγορεύουσι, καὶ τὴν δεξιὰν ἐμβάλλοντες χαιρετίζουσι·*

quae ideo minus erant praetermittenda, quod eandem, quam scholiastes adhibuit, loquendi formulam continerent. Ad Aeschyli Pers. v. 153. enarrator vetus: προσηγόροις λόγοις αὐτὴν προσφωνεῖν, ἤτοι χαιρετίσαι αὐτήν· et, ὁ χορὸς χαιρετίζων αὐτὴν φησὶν, ὦ χαῖρε βασίλισσα etc. Hinc χαιρετισμοὶ *salutandi officia, salutationes,* ut recte vertit Valesius apud Polyb. in Exc. p. 161. οἱ λοιποὶ τῶν νέων περὶ τὰς κρίσεις καὶ τοὺς χαιρετισμοὺς ἐσπούδαζον· quamvis alioquin in Adnotat. ita scribat, ut iure dubitari possit, an virtus vocabuli penitus ipsi fuerit perspecta: quid enim aliud haec, quam viri magni haesitationem indicant? Salutationes *verti: deductum enim* ἀπὸ τοῦ χαῖρε *id vocabulum esse existimavi.* Prehensationes *etiam interpretari possis.* HEMST.

111, 10. Ὁμήρος] Il. *K*, 542. HEMST.

111, 35. ἐν τῇ ἀρτοθήκῃ] Suidas etiam Θύλακος, ἡ ἀρτοθήκη, subiecto comici versu: idque fuisse notatum in vetustis ad hunc locum scholiis, liquido patet ad Ecclesiaz. v. 378. Θύλακον δὲ ἀρτοθήκην σημαίνειν καὶ ἐν Πλούτῳ ζητητέον· unde colligere licet, hic partem scholiorum ad aliquot versus desiderari. Θύλακον *saccum* esse *scorteum,* in quem farina vel panes condantur, docet Casaubon. ad. Theophr. Char. c. XVI. ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ· simili modo Antisthenes apud Diogen. L. VI, 9. λαβὼν . . . θύλακον κενὸν πρὸς ἀλφιτόπωλιν ἦκε, καὶ σαξάμενος ἀπῆει. Ergo perquam proprie dixit Aristoph. ἄλφιτ' ἐν τῷ θυλάκῳ. HEMST.

P. 112, 8. διά] Sic omnes edd. solus Portus male mutaverat in μέν. De κριβάνῳ plura schol. ad Ach. v. 86. HEMST.

112, 9. Vox inferioris aevi ἀπὸ τοῦ συγχαίρειν Συγχαρίκια plenius scribi solet, ut disci potest ex Car. Du Cangii Gl. M. et I. Gr. HEMST.

112, 12. πλήθη] πλήθει. SCHAEFER.

112, 19. παρ' αὐτοῖς] Vide annon potius legendum sit παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Certe αὐτοῖς pro Ἀττικοῖς

corrupte legitur etiam infra in scholiis ad Aves v. 696. ut monuimus iam ante ad Suidam v. *ἄνεμος*. Kust. *τὸ παῤ αὐτοῖς*] *τὸ*, quod habet ed. princeps, in reliquis sine causa praetermissum. Pro *παῤ αὐτοῖς* videndum esse iubet Kusterus, an non potius legi debeat, *παῤ Ἀττικοῖς*· neque diffiteor errore satis frequenti *Ἀττικοὺς* abiisse in *αὐτούς*· hic tamen, ut alibi saepe, *αὐτοὺς* accipere licet Athenienses, quorum in urbe nimirum agebantur fabulae. Si Suidam sequimur, reponendum foret *Ἀθηναίοις*· sic enim ille, *ἔθος ἦν Ἀθηναίοις*, in *Καταχύσματα*, ubi partem huius adnotationis ita descripsit, ut facile appareat, quod iam ante monuimus, eum scholiis ad hanc comoediam minus integris usum fuisse: tametsi negandum non putem, quae a *κυρίως δὲ ἐλέγοντο* usque ad finem addun. tur, ignota Suidae, vilioris esse pretii. Sequitur, *νέων ἢ τῶν δούλων*· eodem vitio laborat Hesychius, quod ope nostri scholiastae demi posse dudum animadvertit Petavius ad Themist. p. 527. deinde, *τοῦ πρώτου εἰσιόντος*· utrobique malim, *τὸ πρῶτον εἰσιόντων*· tum, *καὶ τοῦ νυμφίου παρὰ τὴν ἑ. . . . . σημεῖον εὐετηρίας*, quarum lectionum utra praeferatur, nihil admodum interest. Theopompi non raro veterum in scriptis memoratur *Ἡδυχάρης*, a Casaubono restitutus Diogen. L. III, 26. versus autem distinguendine sint — *φέρε σὺ τὰ καταχύσματα Ταχέως, κατάχει* etc. ut fecit interpres Suidae; vel, *φ. σὺ τὰ καταχύσματα, Ταχέως κατάχει*· an — *φέρε σὺ, τὰ καταχύσματα Ταχέως κατάχει*, age tu, scitamenta celeriter defunde etc. pro certo definiri nequit: posterius tamen in re non magni momenti praeplacet: sic *φέρε νυν* in nostro comico. Theopompi verbis, quae scholiastes habet, Suidas responsum alterius personae adiecit: *Εὖ πάνυ λέγεις*, quod ipsum paulo post apud Aristophanem invenitur v. 800. In proximis *ἐπεὶ . . . φησι*, quibus Suidas prorsus caret, corrupta videntur *ἐν πρώτοις*· refingendum existimo *νῦν πρῶτον*. Hemst.

112, 29. *κολλύβων*] Sic etiam legit Suidas v. *καταχύσματα*. Huc spectat nota illa Hesychii: *κόλλιβα, τρωγάλια*. Kust.

112, 32. ἐπὶ] παρὰ Valckenarius Animadv. ad Ammonium p. 124.

112, 36. διὰ τὸ ν.] In A. Fl. Amst. Kusteri comparet τὸ, cuius omissione Gelenii vitiatam editionem Portus expresserat. Mox legendum censeo, ὡς ἐπὶ δούλου νεωνήτους εἰρηκώς· scriptura vulgaris vereor ut satis sit Graeca: quanquam in hac scholii parte plura legantur normae non exactissimae; quale quod praecedit, διὰ τὸ νεωστὶ βλέψαι ὑπὸ Χρεμύλου. HEMST.

P. 113, 15. ἐξέλθοι τις] A. lectionem reduxi: error in Fl. irrepsit, ἐξέλθον τις ἀπαγγέλλων· inde Gelenius accentu pravo finxit, ἐξέλθων τις, Portus ἐξελθών τις. Kusterus denique ἐξελθών τις ἀπαγγέλλοι. HEMST.

113, 23. ᾤκησε] Cecropem Athenarum, vel potius Cecropiae, multi conditorem ferunt: idem tradere si voluit scholiastes, scribendum erit ᾤκισε· Tzetz. ad Lycophr. v. III. ἐλθὼν γὰρ (ὁ Κέκροψ) ἀπὸ Σάεως πόλεως Αἰγύπτου τὰς Ἀθήνας συνῴκισε· clarius hoc pacto liquet ratio, cur Cecropidae dicti fuerint Athenienses, quam si secundum vulgarem scripturam praecedat, *Cecrops Aegyptius genere migravit*, vel *habitatum venit Athenas:* conditorum enim inprimis est nomina sua populis inpertire. Scholiasten descripsit Suidas in nonnullis aliquantulum discedens; quam variationem enotare lubet: ὅθεν καὶ Κεκρ. οἱ Ἀθ. ἢ οἱ τῆς Κεκροπίδος φυλῆς . . . . γεγενῆσθαι τὰ μὲν ἄνω ἀνδρὸς, τὰ δὲ κάτω μέρη γυναικός· οἱ δὲ θηρίου . . . . νόμους ἐξεῦρε . . . ἐκ τούτων μὴ γ. ἢ τοῦ πατρὸς παρὰ τοῦ παιδὸς, ἢ τοῦ παιδὸς παρὰ τοῦ πατρὸς . . . . . καὶ μιᾷ στοιχεῖν . . . τῆς μητρὸς, εἰκότως δ. ἐκλήθη. In his quaedam ut plenius, sic etiam melius leguntur; praecipue vero placet μιᾷ στοιχεῖν, quod ego, licet Kusterus adeo spernat, ut ex scholiaste Suidam corrigi velit, rectum esse contendo: significat autem, *una uti uxore, eamque solam sectari:* μιᾶς τυχεῖν hoc in loco minimum abest, quin vix bene Graecum putem. Corinthus de Dial. Ion. Ἔτι στοιχοῦσιν Ἴωνες ἐπὶ τῶν εἰς δου λῆγόντων πατρωνυμικῶν ταῖς ἐπεκτάσεσι· *item utuntur Iones pro-*

auctionibus in patronymicis, quae desinunt in δης, δου. Sext. Empir. Ἀντιῤῥ. I. §. 178. Ὥσπερ γὰρ ἐν πόλει νομίσματός τινος προχωροῦντος κατὰ τὸ ἐγχώριον, ὃ μὲν τούτῳ στοιχῶν etc. ubi vide Io. Alb. Fabricium. Verum quomodo convenire potest cum scholiastae mente *φανερῶς συγγίνεσθαι;* hoc utique parum distat ab *ὡς ἔτυχε μίσγεσθαι ταῖς γυναιξὶ*, velut de Cynicis multi, de Hipparchia Diogenes L. scribit VI, 97. *συμπεριῆει τἀνδρὶ, καὶ ἐν τῷ φανερῷ συνεγίνετο·* at Cecrops lege promiscuos ac ferinos in propatulo congressus abrogavit, *καὶ ἀνδράσι νομίμως ἐποίησε τὰς γυναῖκας συνάπτεσθαι*, quod apud Tzetzen Ioann. Antiochenus tradit: Athen. XIII. p. 555. D. *ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, ἀνέδην τὸ πρότερον οὐσῶν τῶν συνόδων, καὶ κοινογαμίων ὄντων· διὸ καὶ ἔδοξέ τισι διφυὴς νομισθῆναι, οὐκ εἰδότων τῶν πρότερον διὰ τὸ πλῆθος τὸν πατέρα.* Vid. Ios. Scalig. Anim. in Euseb. p. 27. Quare vel pro *φανερῶς* scribendum est *νομίμως*, vel, quod facilius, inserenda negatio, *ὥστε μὴ φανερῶς συγγίνεσθαι αὐταῖς.* In historia Cecropis enarranda scholiastae locum usurparunt Io. Meurs. de Reg. Athen. I, 6. 8. Simson. ad A. M. 2449. Marsham. Can. Chron. p. 111. HEMST.

113, 25. *τὰ δὲ κάτω θηρίου*] Locus hic ex Suida v. *Κέκροψ* sic supplendus est, *τὰ δὲ κάτω γυναικός· οἱ δὲ θηρίου.* KUST.

113, 30. Vide Dobraeum p. 148.

P. 114, 14. *εἰς τὸ ἑξῆς*] Heliodor. V. p. 261. *σὺ δὲ εἰς τὸ ἑξῆς γοῦν εὔθυμος εἶναι.* HEMST.

114, 25. *ἄπελθε σαυτόν*] Ita perperam est scriptum in C. D'O. voluit indicare locutionem esse supplendam, *βάλλε σαυτὸν*, id est, *ἄπελθε.* HEMST.

114, 36. *κενὴ*] Sic scripserit librarius, an *καινὴ*, parum liquet. BAST.

P. 115, 11. *πιθανῶς*] In A. et Fl. haec ita leguntur nullis interpunctionibus, ut edd. priscae solent, distincta: Ἐμοῦ γὰρ πιθανῶς ἵνα μὴ ἐν φανερῷ καταχέῃ τὰ ἰραγήματα διὸ καὶ ἐπιφέρει. Ἔπειτα καὶ τὸν φόρτον

ἐκφύγοιμεν ἄν. τουτέστι τὸν φορτικὸν γέλωτα ἵνα μὴ γελασθῶμεν. Παρὰ τὴν ἑστίαν. πρὸς etc. Gelenii nullum aliud est crimen, quam quod solemnibus signis explicationem scholiastae a comici verbis discreverit: Ἐμοῦ γὰρ] πιθανῶς . . . ἐπιφέρει. Ἔπειτα . . . ἄν] τουτέστι . . . Παρὰ τὴν ἑστίαν] etc. Is quidem male: sed multo peius Portus, cui Kusterum obtemperasse nollem, ordinem invertit: Ἐμοῦ γὰρ] πιθανῶς . . . . ἐπιφέρει. Παρὰ τὴν ἑστίαν] πρὸς . . . τὰ καταχύσματα. Ἔπειτα . . . ἄν] τουτέστι etc. quo scilicet accuratius ad versus responderet. At nunc quid illud sit, quod scholiastes Aristophanem dicit ἐπιφέρειν, plane latet: sine dubio ita locus erat componendus, quemadmodum repraesentari iussi. HEMST.

115, 34. ἐν τοῖς Σφηξί] V. 58. ubi versum illum scholiastes per se solum spectavit, cuius tamen structura cum proximo copulanda: Ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔστ' οὐδὲ κάρυ' ἐκ φορμίδος Δούλω διαῤῥιπτοῦντε τοῖς Θεωμένοις. Notat enarrator vetus: ὡς τῶν ἄλλων ποιητῶν διὰ ψυχρότητα ποιήσεως δι' ὀβολοῦ καρύων ὑποστελλομένων τὴν κακίαν τοῦ δράματος. Quid ibi δι' ὀβολοῦ; quid in hoc nostro scholio, διὰ τὸν αὐτῶν ὀβολόν; Flor. Christianus ad Vespas quum scripsit, *Poëtas alios suggillat comicus, qui diobolaribus nucibus fabularum suarum frigiditatem et vitium tegebant*, facilius est opinionem eius aliquatenus odorari, quam quo auxilio scholiastae succurri posse censuerit: quanquam diobolares illae nuces nihil admodum ad rem faciant. Ego refingendum arbitror, διὰ βόλου καρύων, *sparsis*, vel, *iactis nucibus;* hic autem διὰ τὸν αὐτῶν βόλον, ut referatur ad τὰ καταχύσματα, postremam praecedentis scholii vocem: nisi planius videatur, διὰ τὸν καρύων βόλον. Βόλος est *iactus*, velut, δικτύου, κύβων βόλος· fortassis utrobique, me non invito, desideret aliquis vocabulum usitatius βολήν. Propterea vero largitiones istas sparsarum nucum οὐ διὰ τῶν χορηγῶν γίνεσθαι monuit, quod alioquin eorum esset munus omnes sumtus poëtis, fabularumque choris praebere: insignis ea de re locus Antiphontis περὶ Χορ. p. 142. v. 30. HEMST.

115, 38. *ὑπάρχει ἐμοὶ δηλαδή*] Haec ita scribuntur ordine continuo, nullaque distinctione separata in C. D'O. obscurum tamen non est, *ἐμοὶ δηλαδὴ* referri oportere ad *τῷ διδασκάλῳ*. HEMST.

P. 116, 15. *ἐπὶ τούτοις*] *τοῖς θεαταῖς. Γελᾷν*] *ὥστε γελᾷν*· intellexit igitur *ἐπὶ τούτοις*, ob spectatores proiectas nugas avide diripientes; quod non probo: neque ratio apparet, cur ante *γελᾷν* voluerit *ὥστε* suppleri. HEMST.

116, 21. *ἅρπαγον*] Forma recentioris Graecismi pro *ἅρπαγα*. HEMST.

116, 31. *τῷ δικαίῳ*] Hac de re dicendum erit ad v. 826. De vetustis autem exemplaribus mirum est, quod narrat scholiastes, in iis post finem huius periodi statim Chremylum induci cum anu colloquentem: ibine igitur actus quarti scenae primae, prout Portus comoedias Aristophaneas divisit, proxime connexa fuit, quae nunc habetur scena quarta et quinta, intermediis prorsus omissis? an potius quas scenas edd. secundam et tertiam inscribunt, utraeque demum post quintam antiquis in membranis fuerunt secutae? Nodus est paulo intricatior, qui sine primi secundique Pluti discrimine constituto solvi nequit; ea de re alibi data opera diligentius exponemus. HEMST. Vide Dobraeum p. 154.

116, 37. *πρᾶγμα*, quod ad explicandum *μηδὲν* parum confert, per errorem huc delatum arbitror ex superioris versus interpretatione, *λίαν γλυκὺ πρᾶγμα εὐτυχεῖν*. Comicus idem suadet v. 806. et scholiastes, *ἡδύ τι ἐστὶ πρᾶγμα* etc. HEMST.

P. 117, 5. *στρατείας*] *στρατιᾶς* Suidas: quod magis probo: alioqui potius scripsisset *ἀπὸ στρατείας*. Nescias, utrum fuerit amplexus H. Stephanus in Th. L. Gr. T. III. p. 22. C. quando *ἐπεισπέπαικεν* interpretatur, *Irrupit, et quasi impressionem fecit in aedes nostras: sequendo eos, qui a bello metaphoram esse putant:* Suidam certe, a quo, minus adtente lecto, decipi se fuit passus, quum illa chartis mandaret, in manibus habuit: subdit enim: *apud eundem,*

(Aristophanem) *ἐπεισπέπαικεν εἰς τὰ συμπόσια.* Atqui nusquam hoc in Aristophane reperietur: sed Suidas, postquam comici verba posuerat, continuo subiecit illam de Myconiis paroemiam: *καὶ αὖθις· Μυκονίων δίκην ἐπεισπέπαικεν εἰς τὰ συμπόσια.* Iam vero multum abest, ut *αὖθις* apud illum lexicographum semper eundem, qui modo fuerat adductus, scriptorem indicet. Hemst.

117, 9. *ἢ πρὸς τὰ ἄνω*] Scholion hocce tali modo distinctum legitur in edd. A. et Fl. *Οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἡδύ. ἀδιανόητος ὁ ἴαμβος. ἢ πρὸς τὰ ἄνω. Καὶ ταῦτα μηδὲν ἐξενεγκόντα οἴκοθεν. οὕτω γὰρ ἡδύ τι ἐστὶ πρᾶγμα τὸ πλουτεῖν.* Gelenius, mentem scholiastae non perspiciens, quum verba reperiret v. 803. hinc avulsam partem eo transtulit, suamque, ut arbitrabatur, in sedem revocavit. Nimis eum inconsiderate secuti sunt Portus et Kusterus: sic enim omnino, ut nos fecimus, erant coniungenda. Quid voluerit antiquus enarrator, animum adtendenti non est obscurum: *iambus*, inquit, *a proximis dissidens commodum intellectum non habet: aut referendus est ad illa superiora*, *Καὶ ταῦτα etc. indeque arcessenda eius explicatio; nam sic demum, si nullos sumtus fieri, nihil efferri domo sit necesse, suave est in opulenta bonarum rerum copia versari:* nisi tamen haec non ab uno, sed a duobus grammaticis, quod potius credo, fuerint profecta, quorum prior versum damnavit, alter enodare fuit conatus: nam quod vir summus opinatur, *voluisse scholiasten hoc loco versiculum illum sine sensu esse, commodius autem collocari posse post actus huius versum secundum*, nondum mihi liquet. Florentini quoque cur accusentur verborum pessime luxatorum, causa non est: haec enim editio, alioqui non fidelissima, prorsus ne litera quidem mutata cum Ald. principe conspirat. Hemst.

117, 14. *σιπύη*] Suidas, tametsi Aristophanis hunc versum ponat, ea descripsit, quae a scholiaste proferuntur ad Equ. v. 1293. *Σιτούης* ibi perversissime scriptum pro *σιτοβύης*· in Etymologo p. 714. v. 9. minus corrupte *σιτοβοίη*, quae macula Sylburgium ac

Meursium non fefellit. Hemst. Ravennas *ταῦτα δὲ παρὰ τὰ ἐν Ἰνάχῳ Σοφοκλέους — ἐγίνοντο.*

117, 23. *Ὅμηρος*] Od. *E*, 265. *I*, 196. Quae scholiastes hic adnotavit, et ad Ran. v. 1181. in unum a Suida sunt coniuncta in v. *Ἀνθοσμίας*· legitur autem apud eum, *ἀπὸ τόπου Ἀνθοσμίου*, quem locum, si modo usquam extra grammaticorum commentarios extiterit, adhuc quaero: deinde *τὸν δὲ χ. οἶνον κ. ἔλεγον*, eamque rationem secutus scholiastae reddidi *εἶπον*· absonum enim, quod omnes edd. habent, *εἶπεν*· non Aristophanes utique, sed communis usus *οἶνον καρηβαρίτην* frequentavit. *Ἀνθοσμίου* vero alibi quoque mentio fuerat a comico nostro facta, qui populum Atheniensem ut minime vinis austeris, ita nec poëtis duris atque horridis delectari scripsit, *ἀλλ' ἀνθοσμίᾳ καὶ πέπονι νεκταροσταγεῖ*, apud Athen. I. p. 30. C. Ceterum scholiastae verbis usus est Iul. Gabrielius schol. ad Gregor. Nazianzeni, qui *ἀνθοσμίου* saepe meminit, Orat. de Am. erga Paup. p. 320. Hemst.

117, 27. *μαγαρικά*] Vide Hemsterhusii annotationem in Commentariis p. 431.

117, 30. *σενδούκια*] Vide ad 106, 8.

117, 34. *τὸ πηγάδιον*] Adi Car. Du Cang. Gloss. M. et I. Gr. in *πηγάδη*. Hemst.

P. 118, 1. *τὸ τέγος*] Hesych. *Τέγεα*, vel, *Τέγη*, *οἱ ὑπερῷοι οἶκοι*· et *τέγος . . . ὑπερῷον*, Hemst.

118, 4. *λοπὰς δὲ*] Vitium, quod Suidae adhaeserat in *Ὀξὶς*, demtum a Kustero. Hemst.

118, 7. *ὁ κουρελός*] Nulla alia quam Glossarum ad Aristoph. Plut. MSS. auctoritate vocabulum hocce munivit Car. Du Cangius. Hemst.

118, 8. *τζυκάλιον*] De hoc dictum est ad 102, 27. Hemst.

118, 9. *τὰ σκουτέλια*] Variis indutum formis exhibet Du Cangius in Gloss. M. et I. Gr. cuius et alterum Glossarium est consulendum. A *scuto scutulam*

et *scutellam*, item *scutulum* et *scutellum* derivari, tam mihi planum videtur, atque in aperto positum, ut mirari satis nequeam, qui Salmasius, supra omnes eruditos artis etymologicae scientissimus, primae syllabae quantitate, eaque, saltem apud recentiores, minime constante, fuerit inductus, ut ad *scutram*, σχύθραν, confugeret; a qua si maxime *scutellum* et *scutella* possint oriri, *scutula* certe vel *scutulum* vix, aut omnino non poterunt: haec tamen ad Vopisc. Carin. p. 861. tradenti summo viro multi fuerunt, qui statim sine ulla dubitatione subscriberent, interque eos Doctiss. De Casa Nova Orig. Ling. Franc. in V. *Ecuelle*, quae non minus atque alia nostro Belgarum ore tritissima vox a *scutellis* fluxit. HEMST.

118, 14. ὥς τὸ] Aristoph. *Eἰρ.* v. 841. ubi vulgatur, ἐν δὲ τοῖς etc. HEMST.

118, 23. ἁρτιάζειν . . . σφαιρίζειν] Haec aliena prorsus unde prodierint, quidve conducant ad explicandum ἁρτιάζειν, exputare vix possum. Pilae ludo quid commune est cum ἁρτιασμῷ; aut ἁρτιάζειν quomodo fieri potest ut significet ἁρπαγῇ παίζειν; Quamvis ed. princeps eadem nobis efferat, non dubito, quin ex codice corrupto parvique pretii huc fuerint derivata. Quid tamen obest, quo minus tentemus, an probabili aliqua coniectura expediri nodus queat? In Poll. IX, 101. scriptum fuit olim ἁρπάζειν, quod scribendum erat ἁρτιάζειν· labem tam manifestam vel sine MSS. ope eruditi viri deprehenderunt: detur simili vitio, quanquam versu reclamante, in quodam Aristophanis exemplari exaratum fuisse ἁρπάζομεν· iam percipere licet, qui contigerit, ut ad marginem ab aliquo lectore minus perito sit adnotatum, Ἁρπάζειν λέγουσι etc. quod in ἁρτιάζειν mutatum ab iis, qui contaminatae lectionis ignari non perspiciebant, quorsum pertineret absurdum illud ἁρπάζειν. Intelligendum vero de lusu pilae, quam vocabant ἅρπαστον, de quo Jungermann. ad Poll. IX, 105. n. 84. erat sane proprium in hoc lusus genere verbum ἁρπάζειν non secus ac *rapere* Latinis: apud Pollucem etiam, ἁρπάσαι τὴν σφαῖραν, πρὶν εἰς γῆν αὐτὴν πεσεῖν. Voluit igitur ar-

chitectus ridiculae adnotationis scripturae comici depravatae talem sensum adfingere, servos pilae loco stateribus invicem missis lusisse. Attamen restat difficultas in ἀπὸ τοῦ ἑταίρου· satis commodam explanationem admittit ἁρπαγῇ παίζειν, *pilam rapiendo ludere*, quanquam melius ἁρπαστῷ legeretur: sed ἀπὸ τοῦ ἑταίρου, nisi, quod equidem pernegare nolim, plura deficiant, quibus adhaeserit, sententiae convenire minime videtur: nam si vel explicari posset, *a socio rapta pila ludere*, ipsa lusus eius ratio, qua solebant ostentatam huic pilam ad alium coniicere, prioremque frustrari, explicationi repugnabit. Ex quibus hoc constet, loca veterum scriptorum suppeditabit Io. Meurs. de Lud. Graec. in Ἐφετίνδα. Venerat in mentem ἀπὸ τοῦ σφαιρίου eodem loquendi modo, quo dicitur ἀπὸ θαλλοῦ περιάγειν, ἀπὸ τροχιλίας ἀνιμᾶν· ἀπὸ ῥαβδίου οἰακίζεσθαι, ἀπὸ ἐξωμίδος περιΐέναι· Pollux certe IX, 105. de lusu φαινίνδα sic scribit: εἰκάζοιτο δ' ἂν εἶναι ἡ διὰ τοῦ μικροῦ σφαιρίου, ὃ ἐκ τοῦ ἁρπάζειν ὠνόμασται. Hac de re quoquo modo statuatur, illud quidem adfirmare non vereor, spuriam esse, quam proposui, scholii partem: interpretationis antiquae finis est in προσπαίζοντος· adiectum postea, ἢ ὅπερ . . . . λέγομεν· intermedia nihil est potius, quam ut hinc abigantur. HEMST.

118, 25. Ante στατῆρσι excidit uncus [

118, 27. ἰδιωτικῶς μονζύγα] Ita C. D'O. nisi me literae fallunt in postrema voce, quae tamen ex scholiasta sine dubio refingenda est: Du Cangius, quod nos iuvet, nihil adnotavit. Vid. Suid. in *Περιττά*. HEMST.

118, 32. ἀποσπογγίζομεν] Ranarum v. 490. glossator Brunckianus ἀπεψησάμην pariter interpretatur ἀπεσπογγισάμην. Conf. not. ad Gregor. Cor. p. 1049. SCHAEFER.

118, 34. σαβάνοις] Est vox Graecobarbara, significans *linteum, quo aliquid extergitur;* de qua vide Francisc. Iunium in Glossario Gothico v. *Saban* et Ducangium, stupendae diligentiae virum, in Glossario

Graeco. Kust. *σαβάνοις*] Hierocl. in Hippiatr. p. 235. *λοῦσον τὸν ἵππον, καὶ ἀπόμαξον σαβάνοις·* Theomnest. p. 237. *λοῦσον καὶ ἀπόμαξον σαβάνοις τραχέσιν ὅτι μάλιστα·* pannos et lintea vertit Vegetius. Vid. Coteler. ad Herm. Past. lib. III. Simil. 8. §. 4. et Iac. Toll. ad Form. Recept. Manich. p. 176. Hinc oriri puto nomen illud obvium in Gruter. Inscr. p. CCCXIII. n. 8. L. Aurelius Panniculus, qui et Sabanas: *Σαβανᾶς*. Vox autem late diffusa quo pluribus in linguis frequentatur, eo difficilius, unde primum manaverit, indagare licet: interpres Arabs pro *ὀθόνῃ* posuit in A. A. X, 11. pro *ὀθονίοις* MS. Biblioth. Groning. in Iohann. Euang. IX, 41. Gothicus ita reddidit *σινδόνα* Matth. XXVII, 59. Ex Graecis Clemente Alexandrino Paedag. II, 3. p. 161. D. vix antiquiorem dederis, ubi *σάβανον* inveniatur. Descripsit vero totum hocce scholion Suidas in *Σκοροδίοις*, sed ordine paulum diverso, quem, quia potiorem puto, adnotasse operae sit pretium: *Γελοίως . . . . τοῦτό φησιν . . . διαίτης . . . εἴρηται δὲ σκ. . . . ἐχρήσαντο· οὐχ ἁπλῶς δὲ τοῦτο . . . . ἀποματτόμεθα· μήποτε δέ φησι τοῦ σκ. τὸν κ. . . . ὡς κἀκεῖνος . . . . παρὰ τὴν ὑπόνοιαν εἰρηκώς.* Particulam *ὡς*, quae deficiebat in edd. a Suida sumsi. Hemst.

P. 119, 8. Codex *φύλλα ων*. Correctum ab Hemsterhusio ex Suida in *σκοροδίοις*.

119, 12. *ἑκατόμβην καλοῦσι*] *καὶ τριττὺν* adiecit Suid. in *Βουθυτεῖ* sequentibus omissis, quae ex scholiasta nostro supplenda putat Kusterus. In *Τριττὺς* apud eundem legi malo, *ἡ ἐντελὴς θυσία ἐκ τριῶν, ἐκ συὸς, κριοῦ, καὶ τράγου.* Paulo aliter *τριττὺν* ab aliis explicari docebit Etymol. in V. Vide Des. Herald. Digr. I. c. 16. p. 224. Hemst. ὃ ἐξ male excusum pro *ἡ ἐξ*.

119, 34. *Μενεξένῳ*] In fine dialogi p. 526. C. et non procul initio p. 516. E. scripserat Plato: *ἀεὶ μετ' ἐμοῦ ξένοι τινὲς ἑπονται καὶ ξυνακροῶνται.* Hemst.

P. 120, 3. *τὸ δὲ* etc.] Ita reliqui praecedentibus adiunctum, veteres edd. secutus. Portus et Kusterus,

deleto τὸ δὲ, cetera nescio qua de causa retulerunt ad v. 839. Hemst.

120, 35. In C. D'O. librarii stupor valde inplicuit interpretationem, quae huic versiculo est adposita: οὐ μόνον ταῦτα ἐποίουν ἀλλὰ γινώσκω λίαν· haec sine ulla distinctione ordine continuo iunguntur. Λίαν ad κομιδῇ pertinet, ut ex superioribus manifestum est; ad οἶδα verbum γινώσκω· reliqua sententiae explendae inserviunt: οὐ μόνον ταῦτα (τὸ ἐκτρέπεσθαί σε, καὶ οὐ δοκεῖν ὀρᾷν) ἐποίουν, ἀλλὰ καὶ κατεγέλων etc. Hemst.

P. 121, 1. De scholiis ad v. 840. vid. Dobraeum p. 155.

121, 1. τὸ ἐξῆς] Nihil horum habet Suid. in Λύχμειᾶς praeter haec paucula: Ἀντὶ τοῦ, ἀπώλεσέ με ὁ ὢν αὐχμὸς τῶν σκευαρίων· μετωνυμικῶς· in explicatione prolata qualis sit metonymia, quaerant alii: saltem, ut sensus constet, addi debuerat, ἢ μετωνυμικῶς, ἀπολέσαι με τὰ σκευάρια ἐποίησε. Haec Suidae culpa fuerit omittentis, quae parum intelligebat, an librariorum Suidam violantium, non facile dixero. Id quidem adparet, ut scholiastas versiculus hicce torsit, sic illos vicissim miris cum contortisque interpretationibus vexasse: singula paulo propius inspicere iuvabit, ut, quam timide fides ipsis sit habenda, hoc etiam exemplo fiat manifestum. Τὸ ων in edd. A. Fl. et B. Gel. lineola superducta signatum accentu caret; eam ob causam, ni fallor, quod ed. princeps scripti codicis rationem adcurate expresserit. Portus et Kusterus ita scripserunt, ut in verbis Aristophanis nunc publicatur ὢν· quod quum aliud esse nequeat, quam participium τοῦ εἰμὶ, quomodo possit exponi per δή, ipsi viderint. Ego non dubito, quin scholiastae fuerit obversata Dorica, vel potius Ionica particula ὦν pro οὖν· tanto magis, quia frequenter in Herodoto iungi solent γὰρ ὦν· diu tamen expectabit, dum persuadeamur, Ionicum illud in Attica scena ferri posse. Quod sequitur, Ἀττικῶς δὲ etc. si ad receptam lectionem sit referendum, nullus capio: sin primum emendes ἀπώλεσα, deinde fingas vel in altero Pluto, vel in editione

quadam grammatici vetusta tali modo scriptum exstitisse versum, *Λῦος γὰρ ὢν τῶν σκευαρίων ἀπώλεσα*, lucis aliquid adfulgere incipiet, nec prorsus inepte scholium hocce positum videbitur: nam *τῷ αὖος ὢν* adcurate respondet interpretatio, *ξηρὸς γενόμενος ὑπὸ πενίας*, quam vocis eius potestatem e Luciano monstravit Kuster. ad Aristophan. Thesm. v. 853. et Attica consuetudine dici *τῶν σκευαρίων ἀπώλεσα* pro *τὰ σκευάρια* non male monetur; solent quippe grammatici eam constructionis formam, parum solliciti, a qua ratione procedat, Atticis ita tribuere, ut simpliciter illos scribant *ἀντὶ αἰτιατικῆς γενικὴν παραλαμβάνειν*, quod Corinthus de Att. Dial. notat: vid. H. Stephan. Anim. in Lib. de Dial. p. 44. 45. Proximus autem enarrator aeque *τῶν σκευαρίων*, sed alia quadam conditione, coniunxit cum *ἀπώλεσε*, quod verbum eum in modum accepit, quasi poneretur pro *ἀπεστέρησεν*· atque adeo *ἀπολέσαι με τὰ σκεύαρια ἐποίησεν*· cui explicationi qui suffragari potest, *αὐχμὸν* ut penuriam intelligat, omnino necesse est. Contra postremus, dum *αὐχμὸν* interpretatur *ἀπώλειαν*, quod idem fere est, atque *στέρησις* C. D'O. copulari *αὐχμὸν τῶν σκευαρίων* se voluisse satis declarat. Ordine vero concinniore digeri potuissent haec diversorum ex variis codicibus interpretamenta collecta. Ceterum de iis quid existimandum putem, non obscure indicant, quae ad ipsum Aristophanis versum adnotavi. HEMST.

121, 10. *τῶν χρειῶν*] *χρείας* et *χρειασίδια* Graeci recentiores vocant *utensilia*. HEMST.

121, 28. *τουτὶ πρὸς τὸ παιδάριον*] Cavere voluit, ut opinor, ne quis *τουτὶ* referret ad *τριβώνιον*· nisi potius, ne cum *φράσον* coniungeretur; nam hae quidem voces in C. D'O. nulla distinctionis nota separantur. HEMST.

121, 33. *Μελάνθιος*] Deterius ad Av. v. 1073. *Μελάνθης* scribitur: vide Io. Meurs. Praef. ad Eleusinia, in quo libello saepe mentionem huius scholii fecit capp. v. VII. XII. XIX. Opus autem Melanthii *περὶ Μυστηρίων* singulare fuerit, an pars *τῆς Ἀτθίδος*, cuius

cum auctorem laudat Harpocrat. in *Τρυπάνιον*, haud temere dixerim: Menandri quidem liber eodem titulo, citatus ab Avium enarratore, quem de sacris Eleusiniis tantummodo tractasse putat Meursius, ambitu latiore non Attica solum videtur, sed ubivis Graeciae celebrata mysteria comprehendisse: nam inde sumtum auguror, quod schol. Apoll. Rh. ad I, 1126. observat, Apollonium *Μενάνδρῳ ἀκολουθεῖν λέγοντι Μιλησίους, ὅταν θύωσι τῇ Ῥέᾳ, προσθύειν* (ita legendum, non *προσθύειν*) *Τιτίᾳ καὶ Κυλλήνῳ*· ex quibus simul, poëtam Rhodium esse Menandro sive Ephesio, sive aliunde orto, inferiorem aetate, colligi potest. HEMST.

121, 35. *τοῖς μύσταις*] Kusterus, lectore non admonito, edi curavit *τοὺς μύστας*, hoc pacto structuram orationis sine dubio planiorem ratus: verum quum *τοῖς μύσταις* in cunctis, quae praecedunt, edd. occurrat, ego mutandi causam non invenio: compone modo, *πάτριον ἦν τοῖς μύσταις ἀνιεροῦν ταῖς θεαῖς καὶ τὰς στολάς*· ordinem verborum paululum invertere cur Melanthio non licuerit? HEMST.

P. 122, 3. *μεγάλα καὶ μικρὰ μυστήρια ἐτελ.*] Haec minus accurate scholiastes. Minora enim mysteria Cereris non celebrabantur Eleusine, sed Agrae, vel Agris, quod erat oppidum Atticae ad Ilissum fluvium, teste Stephano Byzantio v. *Ἄγρα*: Eustath. ad Il. *B.* p. 361. ed. Rom. et aliis. Vide omnino Petavium ad Themistium Orat. V. p. 415. edit. Hard. KUST. *μεγάλα* etc.] Eadem usque ad *ἐμύησαν* praefert margo C. D'O. litera vix una atque altera dissidentia. His autem adnecti oportuerat, quae leguntur in fine scholii, *ὅπερ δὲ πρὸς Ἡρακλέα* etc. HEMST.

122, 13. Vel vitii causa notandum est *ἐμνήσθης*· ita *μνηθῆναι* pro *μνησθῆναι* iamdudum in Gregorio Nazianzeno Billius emendavit. HEMST.

122, 19. *καλίγια*] Ex glossis ad Plutum Aristophanis MSS. haec a Du Cangio proferuntur in *καλίγιον. τὰ δὲ ἐμβάδια, τουτέστιν καλίγια.* HEMST.

122, 32. *ὅτι λίαν*] Haec seiungenda; nam utroque modo illud *ὡς* exponere solet C. D'O. HEMST.

122, 35. *ποικίλῳ*] Edd. habent *ποικίλα*· corrigendum erat *ποικίλῳ* vel sine Suida, qui haec ita descripsit in *Πολυφόρῳ*, ut praeter hanc solam lectionem cetera sint in scholiasta nostro meliora. Congestae sunt diversorum grammaticorum interpretationes, quas talem in modum esse potius distinguendas arbitror: *Πολυφόρῳ*] *Πολλὰ . . . . ἄγοντι· εἴρηται . . . οἴνου· ἤγουν ἀκράτῳ, καὶ ἰσχυρῷ π. τὸ κ.* (*ἰσχυρὸς οἶνος* apud Graecos, sicuti Latinis *vinum forte:* quo fortius, eo maiorem aquae modum capit) *εἴρηται δὲ, ὅτι πολύφορον μὲν ἔλεγον* (vel brevius cum Suida, *πολυφόρον γὰρ ἔλεγον*) . . . . *ὀλίγην· ἢ ποικίλῳ μεταφορικῶς* etc. Nemo non latebitur, aptius in hac sede poni *ποικίλῳ*, multoque magis metaphorae rationem constare. In Heliodoro *ποικίλος δαίμων*, sinistra fortuna vel varias simul, vel alias ex aliis, et novas semper calamitates adferens. Hemst.

122, 37. *τὸν πολλὴν κρᾶσιν δεχόμενον*] Id est, vinum quod multum aquae ferre potest. *κρᾶσις* enim, proprie mixtura, hic pro *aqua* accipitur. Eadem phrasi usus est Athenaeus lib. I. Dipnosoph. cap. XX. *ἐπαινεῖ δὲ Ὅμηρος τὸν ἐπιδεχόμενον πολλὴν κρᾶσιν. laudat autem Homerus* (*vinum*) *quod multum aquae ferre potest.* Id est, *forte.* Kust.

P. 123, 2. *γενομένης*] Aldina *γινομένης.*

123, 5. *πολύφορος*] Alii scribunt *παροξυτόνως, πολυφόρος*: quod magis ex regula est. Schaefer.

123, 16. *τὸν γενησόμενον Πλοῦτον*] Confusa credo: *Πλοῦτον* adscribi debuerat neglectae voci *τὸν θεόν.* Hemst.

123, 19. *τὸ δίκαιον παραμ.*] *Si iudicia agi non desinant:* hoc modo intelligendum credo, et *τὸ δίκαιον* ex usu recentiorum poni pro *iuris dictione, δικαιοδοσία.* Unde vero iudiciorum severitatem ac violentiam verbis iis traduci fuerit expiscatus, compertum non habeo. Hemst.

123, 28. *ἀντὶ δὲ τοῦ* etc.] Haec nisi negligentissime descripserit ipse Suidas, codicem eius oportet

valde fuisse depravatum: sic enim in *Κόμμα* post verba comici prolata pergit: *ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν νομισμάτων ἐξ ὅλου χρυσίου ἀποκεκομμένων. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν φαύλου συστήματος· πονηρὸν κόμμα, ἢ παρακεκομμένος ἄργυρος.* Kusterus simpliciter e scholiasta supplendum esse Suidam dixit, et addita negatione cum Porto legendum, *οὐκ ἐξ ὅλου χρ. Ἀποκόπτεσθαι* in nummis percutiendis habere locum non memini: forte melius scribes, *ἐξ ὀλίγου χρυσίου κεκομμένων*, vel *ἐπικεκομμένων. Σύστημα* confusam vocaverit diversi generis materiem, unde quid conflatur, an corpus ac nationem hominum inproborum, non satis liquet. HEMST.

123, 34. *χαράγματος*] *χάραγμα pecuniam, monetam signatam* Graecos inferiores vocare docuit Car. Du Cang. in Gl. M. et I. Gr. Vocabulum ab antiquis ductum, quibus non solum *χαράσσειν nummos cudere*, et *παραχαράσσειν*, sed etiam *χαρακτὴρ nota, signum auctoritate publica nummis inpressum*; unde fluxit solemnis illa loquendi formula *ἐπιβάλλειν χαρακτῆρα*. Philosophus Polit. I. p. 14. *τὸ δὲ τελευταῖον καὶ χαρακτῆρα ἐπιβαλλόντων*· pro eo dixit, *ἐπικόψας χαρακτῆρα* Oecon. II. p. 253. Polyaenus in facto, quale fuerat ab Aristotele narratum, plane simili VI. c. 9. §. 1. *ἄλλον χαρακτῆρα ἐπιβαλών*· modo pari potestate usurpaverat *μετακόπτειν*. Dubites itaque, an in Alcidamantis Orat. pro Ulysse contra Palamed. p. 186. v. 36. quod vulgo legitur, Phoenices *πρῶτοι χαρακτῆρα ἔβαλλον*, refingendum sit in *ἐπέβαλλον*· quamvis alioquin, si quis eam in partem potius inclinet, simplex verbum compositi vice tolerari possit. Hinc illustrandus est Arrianus Epict. III. c. 22. p. 314. *Ἴδε χαρακτήρ· ἴδ' ἐπιβολή*· quod perperam interpretari Wolfium existimo: nec minus Isocrates Apolloniates, cuius perquam elegans metaphora vereor ut satis adhuc fuerit perspecta, ad Demon. p. 3. D. *Οἷς* (Herculi ac Theseo) *ἡ τῶν τρόπων ἀρετὴ τηλικοῦτον εὐδοξίας χαρακτῆρα τοῖς ἔργοις ἐπέβαλεν*· quem locum reperies adductum a schol. Sophocl. ad Trach. v. 119. HEMST.

P. 124, 10. *ὄντως ἄρα*] Recte particulam *ἦ* secundum Devarii sententiam exposuit, quem de eius

hoc in loco vi adfirmativa disputantem vide p. 204. HEMST.

124, 19. *κατακωμώμενοι* Aldina.

124, 20. *ἐπηρμένος*] Secutus sum Kusterum, qui ita scribi curavit, quum in cunctis edd. legeretur *ὑπηρμένος*. Quod autem comicos, ut Dores irriderent, *ὦ Δάματερ* adhibuisse notat scholiastes, longe recedit ab aliorum grammaticorum sententia, qui Atticorum aeque ac Dorum eam formam esse propriam statuunt: vide Eustath. ad Il. *A.* p. 12. v. 6. Od. *A.* p. 1385. v. 53. et ex Heraclide ad Od. *T.* p. 1892. v. 43. ubi memorat *τὸν τοῦ Κωμικοῦ Πλοῦτον*. HEMST.

124, 24. *οὐ δικαίως*] Haec primum in ed. Fl. invecta Iambi sunt Alexidis ex fabula Poëta perquam elegantes, quos servavit Athen. III. p. 74. F. eorum sensum, etsi facilem, a Dalecampio tamen mirifice conturbatum explanavit Casaubon. Anim. III. c. 2. HEMST.

124, 35. *οἱ ἐπηρεάζοντες*] Sic etiam Hesychius et Etymologus interpretantur: laudat eo nomine scholiasten Des. Herald. Anim. in Salmas. Obs. in I. A. et R. lib. II. c. 15. §. 11. Erasmus Adag. in Sycophanta, et H. Stephan. Th. L. Gr. T. III. p. 1127. E. F a quibus est usurpatus enarratoris nostri locus, sollicite sibi caverunt, ne partes eius vitiatas contrectarent. Nos unam alteramque maculam abstergere, tum si quid mali subest gravioris, quod curam doctiorem desideret, indicare saltem conabimur. Quid sit *σμικρῶς* vel *μικρῶς διερευνᾶν*, doceri cupio: dixerit aliquis posse verti, *scrupulosius et minute scrutari:* libenter audiemus, simul atque exempla fuerint in rem praesentem adducta. Interea mecum repone, *πικρῶς*· notissima sunt, *πικρῶς ἐξετάζειν, κατηγορεῖν, ἐγκαλεῖν· πικρὰ ἐγκλήματα· πικροὶ ἐξεταστὰι δικασταί* etc. Corruptela quo pronior, eo saepius antiquos scriptores invasit: Meleagrum quoque, ni fallor, in venusto carmine, quod Epigrammatum undiquaque ab eo decerptorum coronae praefixum Franc. Vavassori debemus: *Ἐν δὲ καὶ ἐκ φοβερῆς σκολιότριχος ἄνθος ἀκάνθης Ἀρ-*

χιλόχου, μικρὰς στράγγας ἀπ' Ὠκεανοῦ. Quidni πικράς; fierine potest, ut Archilochi facta mentione acerba iamborum eius amaritudo animo non statim succurrat? quam χολὴν τῶν ἰάμβων in principio Pseudologistae Lucianei Palmerius egregie restituit: πικρόχολον Archilochi στόμα, et πικρὴν Μοῦσαν in Anthologia reperies III. c. 25. Ep. 18. 20. Ita Philocles poëta tragicus ἐπεκαλεῖτο Χολὴ διὰ τὸ πικρὸν, teste Suida. Quod si quis obiecerit, Oceani causa servandum esse μικράς, respondebo, nihil ad oppositionis elegantiam praeter στράγγας requiri, quibus si μικρὰς addideris, nullum verbis novum lumen accedet; contra, quod nemo facile diffitebitur, si πικράς. Scio priorem distichi versum aliter a Salmasio proferri ad Solin. p. 280. sed utro modo melius legatur, nec perpendere commodum est, nec quicquam ad coniecturam nostram facit. Quod sequitur in scholiasta, Kusterus ita constituit: παρασχεῖν . . . τὸ ὄνομα· ἅμα καὶ τοῦ φαίνειν etc. quo pacto sane fatendum est, aptius orationem, et sensu satis opportuno, connecti: verum si quis diligentius adtendat, non difficulter animadverti potest, intercidisse nonnulla, quibus recuperandis acumen ingenii solum non sufficiat. Grammatici certe nihil suppeditant, quod verbis ita propinquum videatur, ut ad haec sananda possit adhiberi: nam sententia satis conveniunt haec Etymologi et Suidae: συνέβη δὲ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν κατηγοροῦντας τινὸς φιλαπεχθημόνως οὕτω προσαγορεύεσθαι Μάτην ἐγκαλεῖν, nisi mendo laboret, significabit, quod rarum est, *falso ac temere per calumniam accusare.* Mox autem post τοὺς φιλεγκλήμονας inserui ἔλεγον ex Etymologo in Συκοφάνται, ubi cuncta haec sycophantarum a ficubus ducta nomina recenset extra συκόπαιδας· quos equidem emendari malo, quam omitti: nam magni Erasmi explicatio, *ficis puerorum instar gaudentes*, cui suffragari H. Stephanum miror, ferenda mihi non videtur: idcirco refingi debere statuo, συκοσπάδας vel συκοσπαδίας. Hesychium audi: Συκοσπαδίας, ὁ συκοφάντης. Nunc eadem opera patet, quod continuo subiicitur, etsi forte recentior aliquis adsuerit, ad hanc solam vocem pertinere, eiusque rationem expedire: ἴσως ἀπὸ τοῦ πάντα (ita legen-

dum, non πάντας, quod omnes edd. occupavit) ἐγκλήματα ἐφέλκεσθαι· ideo nimirum vocatos esse συκοσπάδας, quoniam nullum non calumniarum et criminationum genus ad se adtrahant, atque adeo corradant. HEMST.

P. 125, 2. παρασχεῖν οὖν καὶ τοῖς — δηλοῦντος] Totum hunc locum sic scribendum et distinguendum esse puto: παρασχεῖν οὖν καὶ τοῖς ὅπωσοῦν μάτην ἐγκαλοῦσι τὸ ὄνομα· ἅμα καὶ τοῦ φαίνειν τὸ ἐγκαλεῖν, ἢ εἰς δίκην εἰσάγειν δηλοῦντος. KUST.

125, 9. ἀπὸ τοῦ βου] Margo D'O. C. haec tantum praefert: Ἀπὸ τοῦ βοῦς καὶ τοῦ λιμὸς ἢ πεῖνα· τὸ γὰρ βοῦ ἐπιτατικὸν μόριον· quae fere leguntur in Etymologo. Integra descripsit usque ad πληροῦνται Suidas in *Βουλιμιᾷ*, paucis tantummodo mutatis, quae operae non sit pretium enotasse. Galeni locum monstrabit Foes. Oecon. Hippocr. in *Βούλιμος*. HEMST.

125, 19. τοῦτο etc.] Idem in sequenti scholio notatur: hoc cur moneat enarrator ille, in causa fuit eius exemplar, quod scilicet proxima, δῆλον ὅτι βουλιμιᾷ, Iusti personae tribuebat: eam ob rem operae pretium putavit ostendere, quae Sycophanta dicat, tali gestu corporisque conversione debere pronunciari, ut non ad Iustum, sed ad Carionem, qui ante fuerat locutus, dirigantur. Perperam vero interpretatur, οὐκ ἂν φθάνοις· rectius Kusterus in Ind. *Nunquam efficies, quin in ius eas:* nec Frischlinum fefellerat haec loquendi formula. H. Stephan. Th. Gr. L. T. IV. p. 135. D. reddidit: omnino in forum te venire necesse est. HEMST.

P. 126, 7. καὶ Ἀμειψίας] Haec in prioribus editionibus alieno loco posita sunt post sequentia illa, ὁ δ' Εὔδαμος φαρμακοπώλης. Amipsias enim hic est nomen comici, satis noti, qui Eudami pharmacopolae meminerat. KUST. καὶ Ἀμειψίας] Iure merito Kusterus huc transtulit, quod priores edd. paulo post alieno loco praeferebant, φαρμακοπώλης καὶ ἀμειψίας ἢ χρυσοπώλης. Annuli φαρμακίτου ut Eupolis in Tinctoribus, sic et Amipsias, comicus non ignobilis, meminerat:

ex utrovis derivatum illud Hesychii: *Δακτύλιος φαρμακίτης, ὃν οἱ φαρμακοπῶλαι εἰώθασι πιπράσκειν, ἀντιφάρμακος*· sic enim scribi debet, non *ἀντὶ φαρμάκου*. Eudamus ille vix dubito, quin idem fuerit, ac Theophrasti *Εὔδημος ὁ φαρμακοπώλης εὐδοκιμῶν σφόδρα κατὰ τὴν τέχνην* Hist. Plant. IX, 18. Sunt autem *τετελεσμένοι δακτύλιοι arte magica consecrati*, ut docuit Salmas. ad Vopisc. p. 360. hisce praestigiis deditos non solum *τελεστὰς, φυσικοὺς, μυστικοὺς*, sed etiam *φιλοσόφους* recentiores vocabant: quamobrem coniungi videas *φιλόσοφον καὶ τελεστήν*· exempla suppeditabit vir summus, quem modo nominavi: non aliter hoc loco *φιλόσοφος* est intelligendus. Pro *δαίμονα*, quod cunctas edd. obsedit, aut *δαίμονας* scribi debet, aut *δαιμόνια*· hoc Ios. Scaligero placuisse constat ex Not. ad Manil. V, 386. ubi vir maximus iamdudum et Aristophanis scholiastaeque locum, et Antiphanis adtulit ex Athen. III. p. 123. B. Hemst.

126, 9. In codice Parisino legitur: *οὗτος ὁ Εὔδαμος δακτυλίους ἐποίει θεραπεύοντας τινὶ μηχανῇ — ἐῶντας ὑπ' ὄφεων δάκνεσθαι.*

126, 9. *φυσικοὺς δακτυλίους ποιῶν*] De annulis magicis, quos Graeci *φυσικοὺς* vel *φαρμακίτας* vocabant, non repetam hoc loco, quae iam ante erudite observarunt viri egregii, Reinesius Var. Lect. lib. III. pag. 392. et Lindenbrogius ad Ammian. Marcell. lib. XXI. cap. I. p. 601. edit. Lugdun. Bat. Kust.

126, 10. *ἐθεράπευον*] Ponam, ut corrupta sunt, quae praebet ora C. D'O. *Οὗτος ὁ Εὔδραμος δακτύλους ἐποίει θεραπεύοντας τινὶ μηχανὶ τοὺς ὀφιοδήκτους· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἰῶντας ὑπὸ ὄφεων δάκνεσθαι.* Hemst.

126, 11. *τὴν ἀρχὴν οὐκ*] Id est, *omnino non*, vel *plane non:* quod genus loquendi pluribus interpretibus ante non intellectum, abunde illustrarunt viri docti ad Lucianum. Kust.

126, 14. *ἀλεξητήριον τῶν δηλητηρίων*] Ante Kusterum legebatur *ἀλεξιτήριον*, quomodo saepius in scri-

ptis Medicorum libris, et antiquis edd. sed invita Graecae linguae norma. *Δηκτηρίων* intactum reliquerat idem Kusterus, quamvis vel sine Suida reponendum esse *δηλητηρίων* pateret: nunc quum is lexicographus, verba scholiastae describens in *Ἀλλ' οὐκ ἔστι* etc. plane repraesentet, *ἀλεξητήριον τῶν δηλητηρίων*, nulla amplius superesse potest dubitatio. Eadem macula liberemus Ammonium *περὶ Ὁ. καὶ Δ. Δ.* nam ubi vulgatur, *Φαρμακεία μὲν γὰρ κυρίως ἡ βλάβη ἡ διὰ δηκτηρίου τινὸς γινομένη φαρμάκου*, scribi debet *δηλητηρίου*. Hesych. *Δηλητήριον φάρμακον, βοτάνη Θανάσιμος*· et in v. *Τρυγών*, quam piscem marinum interpretatur, *ἧς τὸ κέντρον δηλητήριον*. Mithridates ad summas angustias redactus *φάρμακον δηλητήριον ἐκπιὼν τελευτᾷ* apud Suid. in *Πομπήϊος*. Tatian. adv. Graec. p. 67. *τὰ δηλητήρια συνθέσεις εἰσὶν ὑλικαί*. *Δηλήσεις* autem quasvis illatas malis carminibus ac veneficiis noxas vocant; veluti quum Theophrastus H. Pl. VI, 12. scillam ante fores depactam vulgo haberi tradit *ἀλεξητήριον τῆς ἐπιφερομένης δηλήσεως*. Neque vero praetermittendum est, hunc versum talem in modum explicari a Suida, quasi proverbialem usum habeat *ἐπὶ τῶν ἀνηνύτων*· *λείπει δὲ τὸ φάρμακον*· et signatius addita voce *παροιμία* in *Οὐκ ἔστι συκοφάντου δήγματος*· ubi Kustero non est auscultandum, quando sensui potius convenire putat, ut scribatur *ἀνονήτων*· imo longe opportunius retinebimus *ἀνήνυτα* potestate activa, quae virtutem medendi morsibus sycophantarum et efficaciam nullam habent, neque praestant, *ἄπρακτα*. Praeterea parte scholiorum, quae in edd. feruntur, omissa ordinem invertit: primum enim, *λέγει δὲ ἐν ἤθει . . . . πρὸς τόδε*· deinde subsequitur, *Ἄλλως. ἀλεξητήριον . . . ὁ δακτύλιος πεποίηται*. Discrimen aliquod lectionis leve tanti non est, ut nos moretur. Hemst.

126, 20. *τοῦτο δὲ ὃ ἔτ. πρ.*] Expedita est oratio, nullamque mendae suspicionem excitat: quid autem sit causae, cur ab homine iusto, qui tribonium Pluto consecrandum adtulerat, versum istum 886. enunciari notet enarrator, mihi sane prorsus est obscurum. An Chremylo praecedentes binos, hunc Iusti

personae tribui voluit? quod etsi probandum mihi non videatur, sine eiusmodi tamen explicationis adiumento, quorsum spectet, intelligi vix poterit. Ἐκφλυαρεῖν ea virtute, quam locus hic postulat, insolens est verbum: forte scribendum ἐκφλαυροῦσι, vel potius ἐκφλαυρίζουσι. sicut in Eustathii Prooem. p. 3. v. 3. pro ἐκφλυαρίζων τὸ πρᾶγμα legi malo ἐκφλαυρίζων. Vide ad 88, 11. Hemst.

P. 127, 13. Vide Dobraeum p. 162.

127, 14. κλήτορα] κλήτορες et κλητῆρες qui testes in ius vocantibus aderant; quorum etiam nomina libellis adscribi moris erat. Poll. VIII, 49. ἔδει δὲ καὶ κλητῆρας προσεπιγράφεσθαι τὸν φαίνοντα, οὓς εἶσι μάρτυρες· quae lectio Pal. codicis omnino est amplectenda. De his pluribus egit, huius etiam loci non oblitus, Desid. Herald. Anim. in Salmas. Obs. ad I. A. et R. VI. c. 12. §. 19. 20. Hemst.

127, 22. σχισθείης] Ita legendam censeo vocem, quae obscuriore literarum ductu est scripta. Hemst.

127, 31. θαυμαστικὸν] Addit Suid. in Ὑ ῦ, ὅπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν ὀσφραινόμενοι τῆς κνίσσης. Hemst.

P. 128, 8. φιλόπατρις] Suid. in hac v. scholiasten descripsit. Hemst.

128, 20. ὠνόμασιν typothetae error pro ὠνόμασεν.

128, 22. ἀποτρύχειν] ἀποτρέχειν. Schaefer.

128, 31. σκήπτομαι τότε ἔμπορος] Plura habet Suidas v. ἔμπορός εἰμι, qui cum hoc loco conferendus est. Kust.

128, 32. φησὶν] προφασίζομαί φασιν veteres edd. bene correxerunt Portus et Kusterus. Eum autem in modum hic scribunt enarratores, ut fere versum intercidisse suspiceris. Apud Suidam in Ἔμπορός εἰμι σκηπτόμενος quod corruptum putat Kusterus, ὡς τῶν

ἐμπόρων μὴ ἐξιόντων ἐπὶ τὰς στρατείας διὰ τὸ εὔχρηστον τὰ πρὸς τροφὴν φέροντας, non est: fraudi fuit eruditissimo viro casuum antiquis scriptoribus satis frequens variatio. HEMST.

P. 129, 10. *εἰς χεῖρας μύσος*] Quamvis ex tam brevi fragmento verum sensum poetae divinare difficile sit, tamen metri saltem gratia pro *μῖσος*, quod priores editiones habent, rescribendum putavi *μύσος*, utpote cuius syllaba prior brevis est, cum contra τοῦ *μῖσος* longa sit. Ceterum locum hunc non reperio apud Euripidem in Bacchis. KUST. *μύσος*] Quod ante Kusterum omnium fuit edd. *μῖσος*, stare non poterat in fine iambi: *μύσος* non tantum syllabam primam habet ancipitem, sed loquendi formulae congruit *λαβεῖν εἰς χεῖρας*, secus ac *μῖσος*. Firmabit emendationem Kusteri detectus aliquando versus Euripidis: in Bacchis certe non reperiri, verum est. *Ἴδιον* Harpocration etiam adnotavit idem saepe valere, quod *ἰδιωτικόν*. Suid. in *Ἰδιῶται· καὶ ἐν Πλούτῳ ἴδιον τὸ ἰδιωτικόν φησιν·* hunc ipsum locum designavit. HEMST. Vide Tyrwhittum apud Musgravium ad Euripidis Bacchas, v. 1328.

129, 12. *πολιτῶν*] Legendum videtur *πολιτικῶν*. SCHAEFER.

129, 18. *εἰς μηδὲν*] Lectioni vulgatae non video, quomodo conveniat talis explicatio: probabile mihi videtur hunc interpretem in volumen aliquod incidisse, in quo scriptum ferebatur, quod tamen multum abest, ut probandum putem, *Εἰς σοὶ προσῆκον μηδὲν εἴγ' ἀπεχθάνει*. Sensum versiculi neque is, qui proxime sequitur, scholiastes perspexit: repetendum est ex praecedentibus, *εἴ σοι προσῆκον μηδὲν τῶν τῆς πόλεως εἶναι ἐπιμελητὴν πραγμάτων, καὶ τῶν ἰδίων πάντων· si quum muneris tui non sit curatorem atque inspectorem te gerere publicarum privatarumque rerum, tamen infensus es omnibus*, vel, *adversus quoslibet inimicitias suscipis*. Illud *ἀπεχθάνει* Frischlinus interpretatur, *odiosus fias omnibus;* Devarius de Partic. p. 170, *tamen stomacharis:* neuter, ut

quidem arbitror, satis adposite: quamvis alioqui in hoc orationis articulo duri quiddam et abrupti perlucere non diffitear; cuius generis pluribus exemplis haec ipsa scena non destituitur. Hemst.

129, 29. ὦ εὐτελέστατε] Haec a Suida sunt excerpta, sed eum in modum, ut sensu fere consentiant, verbis non parum discrepent. Ponendus est, quo facilius ex proximo comparari possit, locus: *Κέπφος, εἶδος ὀρνέου ὀξυτάτου, ὃ λεγόμενος λάρος· ἔστι δὲ κοῦφον καὶ ἐπιπλέον τοῖς κύμασιν. Ὦ κέπφε, ἀντὶ τοῦ, ὦ εὐτελέστατε καὶ λάλε· φασὶ γὰρ τὸν κέπφον τοιοῦτον εἶναι· τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀλογίστων ἀνδρῶν· ὁ γὰρ κέπφος ἀφρὸν ἐσθίει θαλάττιον. Οἱ δὲ παῖδες τῶν ἁλιέων ῥίπτουσι τὸ πρῶτον πόῤῥωθεν· εἶτα ἐγγυτάτω· εἶτα εἰς τὴν χεῖρα τὸν ἀφρὸν, καὶ εὐχερῶς ἀγρεύουσι.* Ubi primum quod Kusterus pro εὐτελέστατε legere malit εὐηθέστατε, quanquam et coniectura minime sit absurda, et voces eas facile permutari pateat Hesychium et Suidam conferenti in *Βλιτάδας*, necessarium tamen non puto. Deinde neque illud doctissimo viro concesserim, opus esse nostro scholiaste, ut pars Suidae verborum postrema suppleatur: nihil enim integrius, si ordinem structurae recte componas: *ῥίπτουσι τὸν ἀφρὸν τὸ πρῶτον πόῤῥωθεν, εἶτα ἐγγυτάτω, εἶτα εἰς τὴν χεῖρα·* proiiciunt spumam primum e longinquo, deinde proxime, tandem in manum eam ingerunt, ad quam dum accedit consuetudine iam factus audacior mergus, se sponte capiendum praebet. Porro licet ὃ λεγόμενος λάρος a MSS. et Photio repudientur, non ideo tamen amovenda censeo, quia *κέπφος* et *λάρος* aves sunt diversae: quod ut verum esse, si quis adcurate loquatur, nequaquam nego, ita discrimen illud a grammaticis non observari satis constat, quippe qui vel alteram ad alterius interpretationem, vel utramque ad aliud nomen explicandum soleant adhibere. Sic in Homeri Od. *O*, 478. *Κὴξ*, Hesychio monente, secundum Apionem est *λάρος*, quum alii reddiderint *αἴθυιαν*, quae Palmerii emendatio, parvi scholiastae fide nixa, dubio vacat, alii *κέπφον*. *Καύηξ* certe forma sola diversum a *κὴξ* vel *καύης*, unde *gaviae* Latinum nomen

post Flor. Christian. ad Pac. Aristoph. v. 1067. fluxisse censuit Salmasius, λάρος a grammaticis magno consensu exponitur: vide Hesych. in Καύαξ. Neque repugno Lycophronis enarratori vocem Aenianibus tanquam propriam adscribenti ad v. 425. ubi Seldeniano libro Potterus obsecutus in errorem incidit, dum bis pro καύης terminatione mutata dedit καύηξ· nam diserte monetur ad v. 741. qui Lycophroni sit καύηξ, scribi καύης in Hipponactis illo versu, Κίκων δ' ὁ παυδάλητος ἄμμορος καύης· in quo Salmasius ad Solin. p. 65. expressit παντάλητος, credo, quod epitheto commodiore sic legendum existimaret ἀπὸ τοῦ πάντη ἁλᾶσθαι· verum si vir maximus adtendisset, παυδάλητος ortum ἐκ τοῦ πάντα δαλεῖσθαι, vel δηλεῖσθαι, aptissime designare tributam τοῖς λάροις sive καύηξιν ἀδηφαγίαν καὶ ἀπληστίαν, nihil, opinor, sibi iuris sumsisset in eam vocem. Κάβηξ apud Suidam vitium a corrupta serioris Graeciae pronuntiatione traxit, effecitque, ut grammatici originem fuerint commenti prorsus alienam, quam tamen ipsis ob versum Euphorionis adiectum libenter condonamus: Κάβηξ. ὁ λάρος, διὰ τὸ ἀδδηφάγον· κάβη γὰρ ἡ τροφή. Εὐφορίων· Τῆς οὐδ' αἴθυιαι, οὐδὲ κρυεροὶ κάβηκες. In Etymologo quoque, si per Sylburgium licuisset, clarius vestigia scripturae duplicis extarent: eandem mendam Lycophronis membranas obsidere testantur ad v. 741. 789. Minus autem miramur grammaticis accidisse, ut finitimi generis animalia facile commisceant, quod in arborum herbarumque nominibus haud rarius usu venit, quum apud Latinos, ubi κέπφους, λάρους, ἐρωδιοὺς, αἴθυίας suam in linguam vertendos habent, varietas similis inveniatur et aeque inpedita; qua de re docuit Salmas. ad Solin. p. 64. 65. Quanquam igitur Aristoteles, ut eum, qui in historia naturali explicanda versabatur, decebat, accuratius discreverit κέπφους et λάρους, itemque Nicandri scholiastes admonuerit, ὁ δὲ κέπφος θαλάσσιόν ἐστιν ὄρνεον παραπλήσιον λάρῳ, grammatici tamen minus diligentes, et praeterea communem usum secuti, quod disertis verbis noster enarrator inculcat, κέπφους interpretari λάρους non dubitarunt. De κέπφῳ notavit etiam scholiastes ad Pac. v. 1067. sed leviter adfectus in eo,

quod omnes edd. occupavit: *οὗ μέμνηται καὶ Νίκανδρος καὶ Ἄρατος περὶ τῶν διοσημειῶν διαλεγόμενοι·* hoc enim postremum quum ad solum Aratum, cuius est locus in *Διοσημ.* v. 184. pertinere debeat, singulari numero *διαλεγόμενος* esse scribendum manifesto colligitur: porro nec sanum est, et, nisi fallor, sede sua motum, *ὅθεν καὶ τοὺς ἐλαφροὺς ταῖς φρεσὶ κούφους καλοῦμεν·* reduxeris ad priora, *ἐκ δὲ τῆς θαλάσσης ζῆν αὐτὸν λέγουσιν ἐσθίοντα τὸν ἀφρόν· ὅθεν καὶ τοὺς ἐλαφροὺς ταῖς φρεσὶ κέπφους καλοῦμεν*, nihil aptius quadrare perspicuum videtur. Nicandri vero, quem comici scholiastes cogitavit, Theon ad Aratum integrum adposuit, versus reperitur in Alexiph. v. 170. De marina spuma, cuius obiectu fulicae decipiuntur, inque venatorum manus incaute veniunt, auctorem habent grammatici luculentum, ipsum Aristotelem, qui solita styli compacti brevitate sic scribit *Z. I.* IX. c. 35. *Οἱ δὲ κέπφοι ἁλίσκονται τῷ ἀφρῷ· κόπτουσι γὰρ αὐτόν· διὸ προσραίνοντες θηρεύουσι.* Hic iure quaeras, *κόπτουσι* quid sibi velit? I. Caes. Scaliger: *appetunt enim eam:* et profecto, si rem consideres, eiusmodi quiddam sententiam flagitare palam est: attamen observat idem vir magnus, nec sine ratione: *verbum non nimis commodum ad cibum significandum:* equidem paene dixerim, plane ineptum, et quod philosophus eam in partem usurpare nequiverit. Si retinendum foret, declarari debebat ex iis, quae scripsit Nicandri scholiastes, *οἱ γὰρ ἁλιεῖς χερσὶ τὸ θαλάσσιον ὕδωρ ἀνακλύζοντες ἀφρὸν προσενεγκεῖν* (imo *προσενεγκεῖν·* manibus enim aqua marina quassata gignit spumas) *καταναγκάζουσι, καὶ τοῦτον δολίως τῷ κέπφῳ προτείνουσιν*, et praeterea legi: *κόπτουσι γὰρ αὐτὸν, καὶ προσραίνοντες θηρεύουσι*, scilicet *οἱ ἁλιεῖς*, vel *θηρευταί*. Nunc multo lenius unica litera vitio liberata priscae lectionis veritatem aperiet, *κάπτουσι*. Est autem *κάπτειν repetitis identidem interpellatisque morsibus adpetere, et vellicatim carpta demittere:* quam proprietatem non occurrit sane nunc Latinae linguae verbum, quod penitus ostendat: habemus Belgae quod nec sono valde dissidens satis exacte Graeco respondet. Hesychius *κάπτειν* interpretatur *καταπίνειν*, nisi me forte coniectu-

ra fallit emendantem, *Κάπτει, καταπίνει·* Eustathius *χανδὸν ἐσθίειν* ad Od. *Δ.* p. 1481. *οἱ γυδαῖοι δὲ*, inquit, *τὸ τοιοῦτον κάπτω χάπτω φασί·* hinc causa patet, cur in Alciphronis scripto libro p. 426. *ἔχαμπτον*, id est, *ἔχαπτον* fuerit expressum pro *ἔκαπτον*. Aristoph. Avib. v. 246. *Τὰς ὀξυστόμους ἐμπίδας Κάπτετε* - - - - schol. *καταλάβετε*, (deterius editur, ut arbitror, *καταβάλλετε*) *ἐσθίετε*. Sed Aristotele simus contenti, qui non semel aliis in locis idem adhibuit verbum, VIII, 3. *ἡ δὲ ἄλωσις αὐτῆς (τῆς οἰνάδος) γίνεται μάλιστα καπτούσης τὸ ὕδωρ.* c. 6. *ἡ δὲ ἄρκτος οὔτε σπᾷ, οὔτε λάπτει, ἀλλὰ κάψει·* et mox: *ὁ δὲ πορφυρίων μόνος κάψει·* ex adiunctis vim verbi nativam discere licebit: IX. c. 29. *τὸν νεοττὸν τοῦ κόκκυγος ὑποκάπτοντα τὰ προσφερόμενα φθάνειν.* Haec paulo latius Aristotelis in gratiam interseruisse fraudi ne fuerit. Ceterum de isto volucrium genere plura dabunt Aldrovand. Ornithol. lib. XIX. c. 4. et 12. Bochart. Hieroz. P. II. lib. II. c. 18. neutrum fugit scholiastae nostri locus, in quo scribendum puto, *εἶτα προσφέρουσι τοῦτον (τὸν ἀφρὸν) ἐν ταῖς χερσίν.* Hemst.

129, 34. *ἀπατῶντες*] Nihil forsan deest ad loci integritatem; suspicor tamen non *ἀπατῶντες* scripsisse scholiasten, sed *ἀπαντῶντες*, vocem rei quae narratur aptissimam. Boissonad. in Wolfii Analectis III. p. 83.

P. 130, 8. *παρὰ*] Scrib. *πέρα.* Schaefer.

130, 13. *παραχωρεῖν*] Haec non abhorrent, dummodo paulisper adiuves scribendo seu, *παραχωρεῖν, καὶ τοῦ ἁμαρτάνειν διδόναι ἄδειαν·* sive potius, *παραχωρεῖν ἁμαρτάνειν, καὶ διδόναι ἄδειαν παρὰ τὸ πρέπον.* Hemst.

130, 17. *ἐξ ἀνάγκης*] Descripsit Suidas, sed eum in modum, ut et versum comici fregerit, et a scholiastae verbis nonnihil discedat: *Ἐξεπίτηδες, καὶ ἐπίτηδες· ἑκατέρως λέγουσιν Ἀττικοί, ἀντὶ τοῦ μάτην, ἐξ ἀνάγκης, ἀργῶς. Οὐκ ἐπίτηδες ἡ πόλις ἄρχειν καθίστησι δικαστάς.* Ed. Mediolanensis serie continua dedit, *Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ μάτην* etc. postmodum interiecta fuit distinctionis nota: mallem, si tanti sit, *Ἀττικοί· καὶ ἀντὶ τοῦ μ.* etc. Primum ostendit, Atticos, quod et

Thomas observat, aequo iure utrumque usurpasse: tum etiam ea potestate poni, quae conveniat cum *μάτην* etc. quod a scholiaste nostro derivatum, ad ipsum Aristophanem iam dixi, qua conditione tolerari possit. HEMST.

130, 18. *κοινότερον*] Temere congesta, quae separari debuerant, et ad diversa referri capita: post *καὶ μάτην* adnectendum, *γράφεται δὲ . . . . οὔκουν.* deinde ab alio initio, *Ἄρχειν*] *κοινότερον καὶ τ. τ. . . . ἄρξαι.* Ita certe Suidas in suo libro repererat cum variatione quadam scripturae, ut liquet ex V. *Ἄρχειν· κοιν. καὶ τὰς μικρὰς ἐπ. . . . . ἄρξαι· ψιλὴ γὰρ ἐπίστασία.* Interiisse nonnulla verosimile videtur, quibus clarius aliquanto grammaticus exposuit discrimen verborum *ἄρχειν* et *δικάζειν* in Atheniensis reip. statu. HEMST. Vide Dobraeum p. 167.

130, 21. *ὁ βουλόμενος*] Ad hoc vocabulum explicandum quid faciant adiecta, non facile quis dixerit. Ex C. D'O. scriptas ad hunc versum interpretationes enotabo: *Ὁ βουλόμενος*] *ὁ θέλων. Οὐκοῦν*] *λοιπόν. Ἐκεῖνός εἰμι*] *ὁ κατηγόρος ὑπάρχω.* Ergo descriptoris, qui ampliores veterum adnotationes excerpebat, culpa contigit, ut voci *βουλόμενος* adiungerentur, quae ad *ἐκεῖνος* pertinebant: confer schol. ad v. 930. HEMST.

130, 26. *ἵνα παῦ αὐτῷ βοηθοῦνται.*] C. D'O. maculas absterseris, si scribas, *ποιεῖ, ἵνα παῦ αὐτῶν βοηθῶνται.* HEMST.

130, 36. *τῆς διανομῆς τῶν πρ.*] Sub proverbii forma Suidas proponit: *Προβατίου βίον ζῇν· ἐπὶ τῶν μωρῶν καὶ ἀνοήτων· τὰ γὰρ πρόβατα οὐδὲν ἐργάζεται καὶ ζῇ· ἢ διὰ τὸ ἀδρανές.* Ordinem inversum non improbo; quippe ratio melius adparet, cur *πρόβατον* sive *προβάτιον* stulti insipientisque significationem habeat: alioqui solertes etiam homines et callidi non raro sunt ingenio ad agendum tardo, atque *ἀδρανεῖς*. Omissum a Suida *τῆς διανομῆς τῶν πραγμάτων*, quod tamen minime reiiciendum videtur: *rerum gestionem* atque *administrationem* intelligo; Plutarch. in Cleom.

p. 820. E. *πρὸς ἀσφάλειαν καὶ διαμονὴν τῶν πραγμάτων·* quanquam interpres, qui reddidit, *ad regni securitatem et perpetuitatem*, legisse videatur, vel certe legendum credidisse *διαμονήν*. Erasmi Chiliadas adi in *Ovium mores*. HEMST.

P. 131, 1. *ἐπιτήδευμα*] Suid. in *Διατριβή·* σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ τὸ ἀσχόλημα, δίαιταν etc. adiecto hoc Aristophanis versu. HEMST.

131, 3. *ἐπιτηδειότης*] Vid. Hemsterhus. in Commentar. p. 496.

131, 4. *ἀναπαύσαιο*] Suidas *Μεταμαθεῖν* exponit *μεταγνῶναι, παύσασθαι*, additque porro scholiastae verba, nisi quod apud eum pro *ἀφιεμένου* scribatur *ἀφέμενον*. HEMST. Aldina *ἀναπαύσοιο*.

131, 10. *Βάττος Κυρήνην ἔκτισεν*] De hoc Batto, Cyrenes conditore, vide quae erudite notavit illustriss. Ezech. Spanhemius ad Callim. p. 93. 94. KUST.

131, 13. *καὶ ἐν νομίσματι αὐτὸν ἔχάρ.*] Nummi Cyrenaeorum, Batti effigie signati, adhuc hodie in nummophylaciis *τῶν φιλαρχαίων* reperiuntur. KUST.

131, 18. *ὡς Ἀριστοτέλης*] Non aliter Suid. in *Σίλφιον·* idque eo minorem habere dubitationem videtur, quia iam in praecedenti scholio Aristotelis *ἐν τῇ Κυρηναίων πολιτείᾳ* facta fuerat mentio. Verum ubi considerabam haud parum distare, quae in utroque scholio tradantur, ita ut vix ab eodem auctore peti potuerint, in mentem veniebat emendandum forte, *ὁ καὶ Ἀριστοτέλης*, quemadmodum legitur in Pindari schol. ad *II. Δ*, 15. *ἀφ' οὗ ἑπτακαιδέκατος ὢν ὁ Βάττος, ὁ καὶ Ἀριστοτέλης, ἀποικίαν εἰς Λιβύην ἐστείλατο·* quam quidem lectionem in ambiguo ponere desii, postquam compertum mihi fuit totidem eam literis exhibere Mich. Apostolium in *Βάττου σίλφιον*, qui locus integer scholiastae nostro debetur: Aristoteli autem primum fuisse Batto nomen, antequam Pythia novum indidisset, satis constat. Priorem de Batto oblatoque ipsi silphio adnotationem nec Suidas neque Apostolius

habent; alteram uterque, sed brevius contractam. Proverbii meminit Appendix Vatic. C. III. n. 77. *Σιλφίου λειμών· εἶδος τῆς Λιβύης σίλφιον· καὶ παροιμία, Βάττου σίλφιον.* Sophoclis illum esse *σιλφίου λειμῶνα* docemur ab Hesychio: verum Schottus in App. Vat. quum adiecit, et invito quidem Hesychio, *ut necessarium ad sensum*, *εἶδος βοτάνης*, meo iudicio labitur: *εἶδος* utrobique interpretor *speciem odoratam*, cuius generis erat silphium: sic enim proprie *τὰ εἴδη* recentioribus sunt usitata, licet veteres latius extendant, omnemque mercium speciem sub eo vocabulo complectantur: vide Theophanis locum adductum p. 112. Epiphan. Panar. p. 618. C. *τὰ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς ἐρχόμενα εἴδη.* L. 16. §. 7. D. de Public. et Vectig. inter *species pertinentes ad vectigal* praeter alia cum multis aromatibus numeratur laser: eum in modum, ut puto, Hesychius intelligendus: *Κύκλευον, εἶδος πόματος ἐξ εἰδῶν συγκείμενον.* Gravius etiam aberrat idem Schottus ad C. I. n. 27. ubi, quamvis ducem prae oculis haberet Hesychium, neutri tamen commodam satis opem tulit: experiamur, an paulo melius hic, cuius in verbis non haeret sane nulla difficultas, emaculari, ille a nobis suppleri queat: *Βατταρίζειν, ἀπὸ Βάττου τοῦ ἰσχνοφώνου.* (Hic plura credibile est Vaticani codicis librarium omisisse.) *Βάττου σίλφιον· ἐπὶ τῶν τὰς ὑπερβαλλούσας τιμὰς εὑρισκόντων· μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τοῦ τοὺς Κυρηναίους* (in *ἀπὸ τοῦ τείχους*, vel *ἔθνους*, *Κυρηναίου* quem sensum, quamve orationis structuram animo conceperit Schottus, non facile quis expediat) *ἐνὶ τῶν Βαττιαδῶν* (*Βάττων* Suid. et Apostol. quod ut ferri possit, nam multi in serie regum Cyrenensium Batti, alterum tamen cum Kustero praepono) *μεταδοῦναι ἐξαίρετον τὸ σίλφιον, ὃ ἐκτέτιηται παρ' αὐτοῖς, ὥστε καὶ ἐν τῷ νομίσματι ὅπου μὲν Ἄμμωνα, ὅπου δὲ σίλφιον ἐγκεχαράχθαι.* Posteriorum loco ista tantum apud Suidam et Apostolium inveniuntur: *ἐξαίρετον ἔδοσαν*, vel *ἔδωκαν, τὸ σίλφιον, καὶ τοῦ νομίσματος ἐπὶ μὲν θατέρου Ἄμμωνα, ἐπὶ δὲ θατέρου σίλφιον ἐτύπωσαν.* Haec certe ab enarratoribus nostris longiuscule dissident, ac proverbii originem non veteri Batto, primo Cyrenarum conditori, sed ex posteris eius recentiori

cuidam adsignant. In Hesychii verbis pro *ἐκτέτμηται* Salmas. ad Solin. p. 253. F. dedit *τετίμηται*, eumque secutus Ez. Spanhem. de Pr. et U. N. A. Diss. VI. p. 294. cui praeterea *ἐπὶ* mutare placuit in *ἐπὶ τῶν Βαττιαδῶν*· quod posterius ut sine dubio reiiciendum est ob violatam orationem Graecam, sic prioris vice nihil erat causae, cur non propius scriberetur *ἐκτετίμηται*, velut in Clementis Protrept. p. 33. v. 28. *Αἰγύπτιοι τὰ ἄλογα τῶν ζώων ἐκτετιμηκότες*. At vereor, ne incassum ceciderit adhibita integrae voci medicina: etenim intelligere mihi bene videor, si paroemiam esse tractam dicat ab eo, quod Cyrenenses Battiadarum uni donaverint eximium selectumque laserpicium, quod sua in regione fuerat effossum, vel excisum: nam *ἐκτέμνεσθαι* quin ita ponatur, nemo in dubium vocabit: scilicet tantae magnitudinis erat, eaque formae praestantia silphium illud, ut dignum rege donum videretur. Iam porro, quo sequentia cum his apte connecterentur, intercidisse opinabar, quod vitii genus in Hesychio frequens, *οὕτω δὲ τετίμηται παρ' αὐτοῖς, ὥστε καὶ ἐν τῷ νομίσματι* etc. haec, aut his saltem proxima si addideris, omnia concinne quadrant. Forsitan aliquis malit, quam in partem aliquando me inclinasse non diffiteor, *σίλφιον* intelligere regionem ipsam laserpiciferam, cuius reditus a Cyrenensibus honoris causa Battiadarum uni fuerit adtributus: quod si sequaris, satis commodum erit, *ὃ ἐκτετίμηται*, nec quicquam extrinsecus adscitum oratio desiderabit: utralibet interpretatio apte respondet formulae loquendi, *δοῦναι*, vel *μεταδοῦναι ἐξαίρετον*. Ceterum Erasmus in *Batti silphium* illud quid sibi velit, nescire se fatetur, quod, quum scholiastes aiat in altera nomismatis parte insculptam *βασιλείαν, id est, regnum, seu regiam, si transferas tonum*, (pro *regia reginam* scribere debuisset) eius vice Zenodotus legerit Ammonem: *Ammonem*, inquit, *ut arbitror, sentiens Iovem regnorum largitorem, si quidem Homero credimus.* Ego nihil hic molesti invenio, dummodo duplex nummorum genus diversisque figuris impressum statuas, unum, quod Battum repraesentarit regnum quacumque imagine simulatum altera manu, altera silphium accipien-

tem; aliud, quod Ammonem, eiusve caput cornutum, et laserpicii caulem. Huius generis nonnulli gazas antiquae monetae adhuc ornant; illius olim extitisse quid vetat, quo minus Aristotelis, testis utique non spernendi, fide credamus? Quis dubitet, in tanta vetustatis ruina quin ingens nomismatum nobis ignotorum numerus fuerit oppressus, ubi quotidie fere nova eruuntur, atque in lucem prodeunt, de quibus ante nemo ne suspicari quidem poterat. Etsi Kustero subscribam *παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος* reponenti, quia tamen vulgatum quodammodo defendi potest, mutare nolui: aliud opus erat in *καυλὸς*, quam vocem pro *κλάδος* tum res ipsa postulabat, tum summorum duumvirûm Salmasii Pearsonique consensus. Illa, *ἡ πόλις αὐτῶν προσφέρει τῷ βασιλεῖ*, a quibus nec Suidas discrepat, temere non moveam: interim adridet, *αὐτῷ προσφέρει ὡς βασιλεῖ*. In margine D'O. C. pars quaedam huius scholii haeret, sed valde depravata et mutila, quam tamen ob ipsa, quae continet, vitia exempli ergo proponam: *ὁ βάτος οὗτος ἔκτησεν τὴν κηρύνην, ἔνθα τὸ σίλφιον γίνεται· οὗ ὁ ὑπὸ πολλοῦ ἄξιος ἐστι· τιμῶντες οὖν αὐτὸν ὡς ἀρχή·* quorum proclivis est emendatio, nisi forte quem moretur ὁ ὑπὸ pro ὁ ὀπός· in fine sequi debuerat, *ὡς ἀρχηγὸν τῆς ἀποικίας*, aut simile quidpiam. Hemst. *ὃ καὶ Ἀριστοτέλης* scriptum apud Suidam v. *σίλφιον* in editione Mediolanensi.

131, 19. *παρὰ τῷ Ἀπόλλωνι*] Quidni potius *παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος*. Kust.

131, 24. *ὁ κλάδος*] Salmasius ad Solin. pag. 256. hic legendum censet, *ὁ καυλὸς*, i. e. *caulis:* quae est emendatio certa. Nam et infra in Equit. v. 890. comicus noster *καυλὸν σιλφίου* dixit. Vide etiam ibi scholiasten. Kust.

131, 25. *Ἀμπελιῶται*] Ab *Ἀμπέλῳ*, Cyrenaïcae promontorio et urbe, Stephanus *Ἀμπελίτην* finxit. L. Holstenius apud Suid. v. *Σίλφιον Ἀμπελιῶται* legi monens addidit: *quod fortasse hinc reformandum scribendumque Ἀμπελῖται.* Eandem fuisse Salmasii opinionem patet ex Plin. Exerc. p. 265. B. Verum Ber-

kelio lubens accedo, qui in Ἀμπελίτης ut formam Aegyptiacam agnoscit, sic Ἀμπελιώτης minime repudiandum esse censet: hoc nimirum ab Ἀμπέλιος, illud ab Ἄμπελος existit. Berkelius autem scholiastae nostri verba proponens Suidam tamen solum nominat, apud quem in Σίλφιον legitur, καὶ οἱ Ἀμπελιῶται, ἔθνη Λιβύης· in Βάττου σίλφιον, οἱ δὲ ἐπὶ Λιβύης Ἀμπελιῶται. Corruptum in Ἄμπελος Hesychii locum varie viri docti tentarunt: mihi videtur hunc in modum expoliendus: Ἄμπελος, ἡ μηχανή· καὶ ἄκρα Μυκάλης, ἤγουν ὄρος. Κυρηναίας δὲ αἰγιαλός· καὶ πόλις Θρᾴκης· καὶ ἡ ἄμπελος. Quanquam enim sedes Ampeliotarum, quos perraro veteres adtingunt, certis limitibus definire non sustineam, videtur tamen eorum regio illa in parte Cyrenaïcae fuisse sita, quam Diodorus ait πολλὴν ἄμπελον, ἔτι δ' ἐλαίαν ἔχειν, et orae maritimae tractum aliquem occupasse. Hemst.

131, 26. Ἀλεξανδρίδης] Nomina Alexandridis et Anaxandridis saepe apud scriptores ob soni affinitatem commutari solent: in qua confusione cum clariss. Tiber. Hemsterhuysio ad Pollucem lib. IX. sect. 59. sic distinguendum censeo, ut comicus quidem appelletur Anaxandrides, at historicus, qui res Delphicas literis consignaverat, Alexandrides. Nam comicus multo frequentius Anaxandrides vocatur quam Alexandrides, et historicus Delphus non solum hic vocatur Alexandrides, sed etiam apud Plutarch. in Lysandro. Eundem tamen, ne quid dissimulem, bis vicissim Anaxandridem appellatum reperio, nimirum apud scholiasten Euripidis ad initium Alcestidis et in Vaticana Appendice Cent. I. Adag. V. Quare non multum pugnabo, si quis sententiae propositae praeferendam potius censeat opinionem Meursii, qui in Bibliotheca Graeca nomen Alexandridis tum hic apud scholiasten tum alibi expungendum, eiusque loco Ἀναξανδρίδης rescribendum esse statuit. Kust. Ἀλεξανδρίδης] Historicum Alexandridem, Delphis oriundum, rerum patriarum scriptorem, et Anaxandridem comicum olim ad Poll. IX, 59. distinxi, et suum utrique nomen vindicare sum conatus. Hic sententiae nostrae Kusterus primum adsenti-

tur; statim causam deserens non multum se pugnaturum esse profitetur, si quis praeferendam potius censuerit opinionem Meursii: is scilicet in Bibl. Graec. Alexandride proturbato, solum Anaxandridae nomen, tanquam utrisque commune, pro genuino habuit. Ego nihil adhuc argumenti novi prolatum reperio, quod pristinam opinionem meam vel minimum labefactet: imo contra non pauca sunt ad manum, quibus ea firmissime, quantum in antiquis rebus consequi licet, stabiliri possit. Ille ipse perpetuus fere librariorum error in nominibus hisce permutandis binos nobis diversosque scriptores indicat. De Anaxandride comico res facillime potest ad liquidum deduci: nam in Polluce quidem, ubi Alexandridem vulgati libri nobis inculcabant, exactissimi, quibus usi sumus, vetustae notae codd. Anaxandridem tuentur: e contrario IV, 43. C. A. non magni pretii *Ἀλεξανδρίδης* ostentat, quem castigatius exemplar secuti bene *Ἀναξανδρίδην* ediderunt. Apud Aristotelem *Ἠθ. Εὐδ.* VI. p. 178. v. 25. *ὥσπερ Ἀναξανδρίδης ἔσκωψεν·* Rhetor. III. p. 138. v. 8. *τὸ Ἀναξανδρίδου τὸ ἐπαινούμενον·* p. 140. v. 21. *ἔν τε τῇ Ἀναξανδρίδου Γεροντομανίᾳ*, nulla scribendi varietas adparet: adversus quem consensum frustra quis obduxerit ex eiusdem libri p. 135. v. 1. *τὸ Ἀλεξάνδρου ἰαμβεῖον*, quod nonnullis edd. inhaesit pro *Ἀναξανδρίδου*. Iam in Athenaeo quam saepe verum comici nomen occurrit praecorrupto? imo p. 261. F. falsum Alexandridem expellunt Eclogae manu scriptae, ut Casaubonus adnotavit Animadv. VI, 18. qui vir magnus si Pollucis codicum exploratam habuisset lectionem, nihil omnino dubitasset, quin tollendus foret e numero comicorum Alexandrides. In primis autem dignus est, qui adtendatur, Athenaei locus IX. p. 373. F. 374. A. ubi postquam Anaxandridae versus binos ex Tereo citaverat, quae Chamaeleon Heracleota de eo prodiderit, in medium adfert: *Ἀναξανδρίδην* et ipse scribit, et a Chamaeleonte scriptum promit: quis in animum inducat, errorem hic committi potuisse? Sic et Diogen. L. III, 26. *Ἀναξανδρίδης ἐν Θησεῖ*, qui fabulae titulus est suspectus, refingendusque mihi videtur in *Θησαυρῷ*, vel *Τηρεῖ*, usque dum Theseus ali-

cunde fuerit investigatus. Sed maxime opportunum est, omnemque dubitationem eximit Suidae testimonium, qui nulla re melius de nobis fuit meritus, quam conservandis, quas apud veteres grammaticos memoriae mandatas invenerat, scriptorum antiquorum vitis. Ille iuxta literarum seriem Ἀναξανδρίδην posuit, comicique patriam fabularumque numerum designavit; nec secum dissidet in Καμειραία ἰσχάς· quod si consideres, manifesto patet cum priscorum lexicographorum in eam scribendi formam consensus, tum adspersa Suidae labes in Ἀβέλεσρος et Ἀρεοπαγίτης, ubi Anaxandridae locum sine dubio per iniuriam Alexandrides occupavit. Fateor equidem in Alexandride historico paullo inpeditiorem esse probationem ob scripturam veterum ambiguam: ut enim nomen hoc ita dederit scholiastes noster et Plutarch. in Lysandr. p. 343. B. tamen in Quaest. Gr. eiusdem Plutarchi p. 292. F. et schol. Euripid. ad Alcest. v. 1. prostat Ἀναξανδρίδης ὁ Δελφός· numerum auget Proverb. App. Vat. C. 1, 5. ἡ ἱστορία παρ᾽ Ἀναξανδρίδῃ ἐν πρώτῃ περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων· quod opus non aliud existimo, quam ipsam Delphorum historiam, cuius forte primo volumine de donariis furto subductis potissimum egerat: Schottum certe cum Anaximandro suo Milesio, quem reponi volebat, nihil moramur. Sublata foret omnis difficultas, si ut Anaxandridae comici Suidas, sic item Alexandridae, servato literarum ordine, meminisset: verumtamen eo ipso in loco dum de Anaxandride historico penitus tacet, non leve nobis pro Alexandride documentum suppeditat. Pone veteri, quem descripsit, grammatico non comici tantum, sed et historici, qui eodem nomine diceretur, fuisse notitiam: de altero scilicet ne verbulo quidem monuisset; saltem ut lectori consuleret, eumque duos homines diversos discernere doceret, qua in parte, erroris, qui ex homonymia facile oritur, amovendi causa, cura grammaticorum alias excellit, ut ex ipso Suida compertum habemus: haud sane probabile videtur. Praeterea nostram opinionem eximie suffulcit Stephan. in Παρνασσός, non deesse referens, quibus monti nomen inditum placeat ex Parnasso quodam, qui primus Py-

thone fuerit vaticinatus, ὡς Ἀλέξανδρός φησιν ἐν πρώτῳ περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου. Eundem esse, qui ab aliis Alexandrides vocatur, nemo dubitet, qui libri titulum adtenderit; sive illa librarii sit culpa Alexandrum scribentis, ubi debuerat Ἀλεξανδρίδης, quomodo supra pro Anaxandride vidimus Alexandrum exhiberi; quamque eandem maculam insedisse Zenobio C. VI, n. II. fere persuasum mihi est; sive communis consuetudo primitivorum patronymicorumque nominum commiscendi, de quo genere nonnulla notavimus ad Lucian. Tim. p. 157. Sic Lacedaemoniorum Ephorus Κλέανδρος et Κλεανδρίδης apud schol. Aristoph. ad Nub. v. 857. Archontes Athenis Φρασικλῆς et Φρασικλείδης, uti legendum in Diodoro Sic. IX. p. 281. D. Εὔβουλος apud Lys. p. 154. v. 27. et Εὐβουλίδης· quare nihil erat cur Io. Meursius Lysimachum mutaret in Lysimachidem A. L. IV, 31. Bias Τευτάμου Diogeni L. Τευταμίδου Stobaeo: Protagorae pater Μαίανδρος, Μαιάνδριος, et Μαιανδρίδης· Theocriti Σίμιχος et Σιμιχίδης, de quo schol. ad Eid. VII, 21. Quem Thespium vocat Thespiae conditorem Pausan. IX. p. 761. is Θεσπιάδης dicitur a Stephano, et apud Suidam in Ἔξαναστάς. Corrigendus talem in modum Hesychius: Φιλομηλιάδης· (vel potius Φιλομηλείδης· pertinet enim haec observatio ad Homer. Od. Δ, 343. Ρ, 134.) οἱ μὲν κύριον ὄνομα· πολλάκις γὰρ πατρωνυμικῷ τύπῳ κύριον δηλοῦται, ὡς Εὐριπίδης, Ἡρακλείδης· ut utrumque exempli vice ponatur: nisi malis, ὡς Εὐριπίδῃ Ἡρακλείδης, sicut ab Euripide Hercules appellatur Ἡρακλείδης. Pari ergo iure in tanta eiusmodi nominum variatione Alexander dici potuerit, atque Alexandrides. His rebus expensis, vix mihi dubium est, quin eruditus lector de Alexandride historico secundum me sit pronunciaturus. HEMST.

131, 27. βαλσαμέλαιον] Eandem vocabuli σίλφιον in Gloss. MSS. explicationem reperi, certe parum adcommodatam: praeterquam enim quod in comico ipse laserpitii Cyrenaïci frutex sit intelligendus, multum distant laser, sive silphii succus, et ὑποβάλσαμον, aut,

quod a recentioribus potissimum usurpatur, *βαλσαμέλαιον*. HEMST.

P. 132, 3. Quod in C. D'O. supra *προσελθέτω* scriptum est, *ἔμπροσθεν*, quid efficiat non video, nisi *πρὸς ἐμὲ* voluerit exponere *ἔμπροσθεν ἐμοῦ*. HEMST.

132, 7. *ἐν ὅσῳ*] *Interea vero, dum haec dicunt, vestes ipsi detraxit Carion:* haec scholiastae mens, ne quem incautum fallat. HEMST.

132, 9. *ἀττικὸν τὸ σχ.*] Hinc petiit Suid. in *Μεθ' ἡμέραν*. Usurpat scholiastae locum Bergler. ad Alciphr. II. p. 253. HEMST.

132, 31. *πᾶν ἀναπ.*] Suid. in *Ἱερὸν* rectius interponit *τό*. HEMST.

132, 36. *παρό*] Passim grammatici coniunctionem *ἤ* explicant per *παρό*. V. Gregor. Corinth. p. 103. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 133, 7. *ἐπὶ τῶν κοτίνων*] *Fuisse circa templa arbores sacras, quibus anathemata suspenderentur,* prolatis scholiastae verbis ostendit Des. Herald. in Apolog. Tertull. p. 58. *Ὥσπερ κοτίνῳ προσπαταλεύσω* unde ductum sit, triplex adfertur explicatio: scholia duo priora, quamvis diversam rationem contineant, adeoque bene separentur, in unum conflavit Suid. in *Προσπατταλεύσω· εἰώθασι γὰρ κοτίνῳ καὶ ἄλλοις δένδροις προσπατταλεύειν ἀναθήματα, καὶ κωλάς, καὶ κρανία πρὸς ἀποτροπὴν βασκανίας οἱ γεωργοὶ, καὶ πρὸς τὸ μὴ ξηρανθῆναι τὰ αὐτῶν γεωργήματα.* Tertium de more venatorum, qui capturae primitiis Deos venerabantur, Latine versum invenies apud Ez. Spanhem. ad Callimach. p. 205. HEMST.

133, 17. Vid. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 575. SCHAEFER.

133, 27. In C. D'O. ad marginem haec adscripta: *Ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῆς συκῆς, διότι ἔνι* (nisi quid aliud forte lateat, sufficit ad sensum *ἐστὶν*) *ἡ συκῆ ἀνίσχυρος, καὶ θραύεται εὐκόλως·* et sequente pagina, quod huc est referendum: *χαῦνον φυτὸν ἡ συκῆ· διὰ τοῦτο ἐστὶ*

παροιμία, συκίνη ἐπικουρία, ἀντὶ τοῦ ἀσθενὴς καὶ ἀνωφελής· quorum partim in scholiis invenire licet, partim apud Etymolog. in Σύκινοι ἄνδρες, in quo totidem verbis eadem, quae Theocriti vetus enarrator habet ad Eid. X, 45. leguntur, et Mich. Apostol. C. XVII. n. 79. nam Suidas, qui multo brevioribus, quam nunc publicantur, ad postrema Pluti scholiis est usus, horum nihil excerpsit. HEMST.

133, 36. δόξει] Scribendum est δοκεῖ, vel ἔδοξε. HEMST.

P. 134, 5. Haec dicere non adtinet, cuius sint pretii: vid. ad v. 171. saltem, ut oratio Graeca foret, scribi debuerat: δεικνύειν τοῦτο, vel ταῦτα, τῇ βουλῇ, εἶτα τοῖς κριταῖς. Sed ab usu nimirum linguae vulgaris haec constructionis stribligo est tracta. HEMST.

134, 9. κατ' ἐμέ] *Quoniam mihi similis evasisti, meoque more indutus incedis, quando eram pauper.* Nota virtus et elegans praepositionis κατά. Isocrat. p. 252. C. θρασύτερον ἢ κατ' ἐμαυτόν, *audacius quam soleam, ingenioque meo ac personae conveniat.* Athen. IX. p. 393. F. ex Boeo: γυνὴ διάσημος κατὰ θεὸν τιμωμένη πρὸς τῶν πολιτῶν, *non secus ac numen a civibus culta.* Eumath. de Ismen. Amor. p. 25. κατὰ τὴν χιόνα λευκός· quod alias efferri solet, λευκὸς ὡσεὶ χιών. Sic Hesych. Θυμολέοντα exponit ἀνδρεῖον κατὰ τοὺς λέοντας. Haec monere non ab re putavi, quia fuisse memineram, quem fugeret verborum scholiastae sensus. Ceterum quo spectet, λόγους δὲ συκοφάντου μιμεῖται, mihi non satis est apertum: an voluit, ideo iustum hominem in re levi grandioribus uti verbis, πανοπλία, κορυφαῖος, στάσιν ἔχειν, quod idem Sycophanta fecisset, et δημοκρατίαν, τὴν βουλὴν τὴν τῶν πολιτῶν, atque ἐκκλησίαν magnifice iactasset? fuisse veterum aliquem grammaticorum, qui κορυφαῖον hic acceperit *principem senatus*, scholia mox demonstrant: in superioribus quidem nihil a sycophanta prolatum, quod nunc per iocum iustus imitari videatur. Quum idem ad v. 930. scholiastes notabat, res coram oculis erat exposita. HEMST.

134, 10. τὴν πανοπλίαν] τὸ ἱμάτιον παίζων. C. D'O. *ludendo vestitum eius vocat* πανοπλίαν. In marginem est coniecta huiusmodi interpretatio: *Πανοπλία κυρίως ἡ τῶν ὅπλων πάντων διασκευή· ἐνταῦθα δὲ καταχρηστικῶς.* Deinde: *Ἔχων*] *φορῶν. Βαλανεῖον*] *λοετρῶν.* Scribendum fuerat *λοετρὸν, λουτρὸν*, vel *λοετρὼν, λουτρῶν*· prius adhibuit ipse ad v. 616. statuitur autem a grammaticis, ut monstrant Etymol. in V. p. 568. et Eustath. ad Il. *O.* p. 1037. v. 39. Od. *Z.* p. 1560. v. 31. potestatis accentu moderante discrimen inter *λουτρὸν*, quod est *lavacrum balnei*, sive *lavatio*, quomodo frigidam in palaestris lavationem Graecos *λουτρὸν* vocitare scribit Vitruv. V, 11. et *λοῦτρον* proprie significans *aquam balneaticam*, aut etiam sordidam a lavationibus; unde *λοετροχόος* idem, Hesychio teste, qui *περιχύτης*, et serioris Graeciae *λουτράρης*, quod vocabulum ex Glossis ad comici Plutum MSS. prolatum a Du Cangio pertinet ad v. 956. Alterum *λουτρὼν* itidem a veteribus usurpatur, cuius rationem exponit Eustath. ad Od. *Δ.* p. 1481. v. 63. *διαλελυμένως λέγεται καὶ τὰ λουτρὰ λοετρὰ, καὶ ὁ τόπος αὐτῶν οὐ μόνον βαλανεῖον, ἀλλὰ καὶ λουτρὼν, οὗ γενικὴ λουτρῶνος, τύπῳ περιεκτικῷ.* Ptolemaeus Euerg. apud Athen. X. p. 458. F. *ἐλοῦτό τε εἰς τοὺς κοινοὺς λουτρῶνας· lavatum ibat in publica balnea.* Plutarch. Alex. p. 685. E. et ex regiis ephemeridibus p. 708. D. *Κορυφαῖος*] *πρῶτος ὀρθῶς·* quae perverse crediderim enotata: *πρῶτος* enim ad *κορυφαῖος* spectat; tum sequenti participio *ἑστηκὼς* adponendum videtur *ὀρθός. Θέρους*] *ἤγουν, θερμαίνου. Τὴν στάσιν*] *τὸ εἶναι κορυφαῖος τὸ βαλανεῖον.* Cohaerent, quae interpunctione sunt separanda; nam satis clarum est, binas adferri diversasque *τῆς στάσεως* explicationes; quarum una vocem eam pro gradu sumit praesulis ac veluti moderatoris chori, sive cohortis balneaticae; altera pro balneo ipso, in quam stationem fere perpetuam virum iustum pauperias compulerat, quippe cui frigidus esset domi focus ante Plutum repertum, minimeque luculentus. Hemst. [Nisi tamen quis corrigi malit: *τὸ εἶναι κορυφαῖον τοῦ βαλανείου*· quod nunc vero propius videtur. Hemst. *in Addendis.*]

134, 20. χορὸς] Magnas in salebras incidimus et scholion valde intricatum: singula paucis perstringemus. Primum χορὸς quo valeat, expediri nequit. Illud quidem satis perspicuum videtur, tale aliquid requiri, quod potestatem vocis *κορυφαῖος* exponat: Aristophanem quippe voluit indicare sic esse capiendum, quasi scripsisset, Ἔπειτ' ἐκεῖ ὥςπερ κορυφαῖος ἑστηκὼς θέρου. Quum autem chori praesul et moderator, sive is fuerit ipse διδάσκαλος, qui chorum instituebat, sive ὁ αὐλητὴς, qui tibia modos praecinebat, appelletur κορυφαῖος, vel, quomodo plenius Demosth. in Mid. p. 612. E. ὁ ἡγεμὼν τῆς φυλῆς κορυφαῖος, cuius tantum erat momentum, ut τὸν ἡγεμόνα ἂν ἀφέλῃ τις, οἴχηται ὁ λοιπὸς χορὸς, concludere non absurde licet, eiusmodi verbo orationem indigere, quod huic voci declarandae sit adcommodatum. Ne longe quaeramus, suppeditabit Poll. IV, 106. ἡγεμὼν χοροῦ, κορυφαῖος χοροῦ, χορολέκτης, χοροποιός· hoc ultimum si scholiastae reddatur pro χορὸς, recte factum putabo. Xenoph. Agesil. p. 384. v. 25. ὅπου ἐτάχθη ὑπὸ τοῦ χοροποιοῦ, τὸν παιᾶνα τῷ θεῷ συνεπετέλει. Plutarch. Apophth. Lacon. p. 208. D. ὁ χοροποιὸς ἔστησεν εἰς ἄσημον τόπον. Si quis forte literis paucioribus interiectis χορηγὸς praeferendum ducat, eum meminisse volo, aliam apud Atticos huius esse vocabuli rationem, apud Dores aliam: his enim χοραγὸς, praeterquam quod *puerorum magistrum* notet, idem saepe, qui χοροστάτης sive χοροποιὸς, velut in Plutarch. T. II. p. 219. E. Δαμωνίδης ταχθεὶς ἔσχατος τοῦ χοροῦ ὑπὸ τοῦ τὸν χορὸν ἱστῶντος, Εὖγε, εἶπεν, ὦ χοραγέ etc. illis, qui, lectus a senatu, annis quadraginta maior, ornando suae tribus choro sumtus subministrat. Περιΐστασθαι vero περὶ τὸ πῦρ derivatum ex communi loquendi forma, quam castigatior Atticorum consuetudo adspernatur, tanquam alienum repudians, si quis de uno homine verbum illud adhibeat. Ea de re monuit I. G. Graevius ad Lucian. Soloec. p. 743. Hesychius ita, me iudice, capiendus, quum Δαγγανώμενος interpretatur, περιϊστάμενος, στρατευόμενος, sive, quod forte melius aliquis existimaverit, στραγγευόμενος· *qui avidis ad intuendum oculis adstat defixus et commoratur:* quamvis enim haud in-

epte fatear intelligi posse, *vitans*, *fugiens*, propterea quod verba finitima λαγγάζειν et λαγγεύειν itidem reddantur per φεύγειν, περιφεύγειν, illud tamen mihi magis adridet. Idem: *Περιΐστασο, κύκλευσον, σκόπησον, περίφευγε, ἀνάτρεπε, περιστοίχισαι, περίελθε*· quem locum eo modo proposui, quo scribendum esse arbitror. Hic *σκόπησον* quid agat, explicatu difficile est, nisi in *περιΐστασο*, qualem dixi, significandi vim ponas: non me fugit, dubitari posse, an opportunius emendandum sit *σκέπασον*, quia Suidas habet, *Περιΐστασο, ἀντιλαβοῦ, περισκέπασον*· verum eo necesse non videtur ut confugiamus, quando recepta lectio adpositam explicationem capit. Alioqui rectissime dicuntur plures *περιΐστασθαι τινά*, vel, *περί τινα*, aut unus etiam, quanquam rarius, *περιΐστασθαι τὸν ὄχλον*, *multitudinem hominum circa se colligere*: *περιστάσεις*, turbae concursus adfluentis ad aliquem audiendum spectandumve, quales memorantur in Theophrasti Char. Eth. c. VIII. p. 42. *οἱ ἐν τοῖς βαλανείοις περιστάσεις ποιούμενοι*. Hinc *περίστατοι*, *corona cincti;* quod de circulatoribus, quibus praestigias exercentibus vulgus circumstans adstupescit, non minus usurpatur, quam de viris fama rerum gestarum claris, quos populus frequens adsectatur, cupidisque oculis admirabundus haurit; qua quidem ratione parum discrepat cum *περίοπτοι* et *περίβλεπτοι*. E contrario *ἀπερίστατοι*, *deserti, destituti*, quos magna tenet amicorum adiutorumque solitudo: Hesych. Ἐρήμοις, *ἀπεριστάτοις*· mentionem invenies apud Arrian. Epict. III. c. 26. p. 371. *ἀνδρὸς ἀπεριστάτου, μήτε γυναῖκα ἔχοντος, μήτε τέκνα, μήτε πατρίδα, ἢ φίλους, ἢ συγγενεῖς*· ita viduae saepius *ἀπερίστατοι* scriptoribus Ecclesiassicis: Euseb. de Martyr. Palaest. c. XI. p. 432. *ὀρφανῶν ἐρήμων, καὶ χηρῶν ἀπεριστάτων . . . ἐπίσκοπος ὥσπερ καὶ ἐπίκουρος*· quas etsi bene reddiderit Valesius, *viduas omni ope ac patrocinio destitutas*, causam tamen potestatis adsecutus non videtur. Insulsus auctor homiliae de Exil. Adami T. VI. Operum Chrysostomi p. 551. D. *πτωχὴ ὑπάρχω, χήρα ἀπερίστατος*· *domo carentem* non nimis adcurate vertit Montefalconius, cui tantum res literaria, quantum haud scio an ulli alii, debet. Sed de his,

quae late sunt fusa, commodior erit disputandi locus: nunc in orbem nostrum redeamus. Quae deinceps in scholio sequuntur, externos urbano choro inseri non licuisse, contra licuisse Lenaeo, ut non omnino negaverim, solius certe scholiastae fide vix induci possum, ut rei minime probabili subscribam. Petitus quidem Comm. in LL. AA. p. 269. praeter hoc scholium Ulpiani locum protulit ad Demosth. Or. in Leptin. p. 572. D. ubi minus adtento simile quiddam ex Alexandro rhetore docere videatur: verum si quis rem penitius inspexerit, nihil huc pertinere facile deprehendet. Lex sane fuit Athenis, *μὴ χορεύειν ξένον, ἢ χιλίας ἀποτίνειν τὸν χορηγόν·* cui quam proterve Demades, insolentissimus opum male partarum ostentator, insultaverit, refert Plutarch. Phoc. p. 755. C. quam latam esse constat ante Aristophanis aetatem ex Andocide in Alcib. p. 31. v. 36. Caput eiusdem legis a Demosthene commemoratur in Mid. p. 612. B. potissimum autem adversus eos peregrinos valuisse credo, qui furtim ac per fraudem in ius civitatis irrepserant, atque adeo poterant actione *ξενίας* pulsari: nihil equidem inter Athenienses citius contigisse reor, quam ut ex eo numero saepe nonnulli choris interessent: horum amovendorum cura sub gravi mulcta *τοῖς χορηγοῖς* fuit commissa. De praecentore vero, quemadmodum Apuleius *τὸν κορυφαῖον* Latine dedit, dubitandum non est, quin peregrinus adsumi potuerit; artifex enim quaerebatur, reique musicae peritus: idque praeter alia multo plura manifesto patet ex eo Simonidis carmine, quod Callimachi Epigrammatibus inmixtum est n. L. Sed qui tradiderit, tum alios fuisse choris, qui Deorum honori ducebantur, adscriptos, quam iuvenes ingenuos, *ἠϊθέους, ἀμφιθαλεῖς,* veris civibus prognatos, tum *μετοίκους* vili in pompis, ac paene ignominioso *σκαφηφόρων* ministerio fungentes *χορηγίας,* quae ad rem sacram pertinebant, administrasse, necdum a me quisquam unus, quantum recordor, extra scholiasten fuit inventus: quare neque illud sane *παρὰ τοῦτο πέπαιχεν,* quorsum spectet, satis percipio, nisi quis interiisse plura suspicetur, quibus ostenderit, idcirco balneatorem hunc sycophantam, tanquam peregrinum et *τοῦ*

πονηροῦ κόμματος, foras exturbaturum esse, quia de balneo, quo hominem nequam facessere se insserat, non secus ac de choro locutus fuerat vir iustus: sunt enim κορυφαῖος et στάσις propria choris vocabula. Subditur enarratoris a priore diversi interpretatio, qui κορυφαῖον accepit τὸν ἐν Βουλῇ πρῶτον, *principem Senatus*, quem etiam πρωτεύοντα τῆς Βουλῆς vel τοῦ συνεδρίου vocare solent. At postrema scholii parte, ὥσπερ ἀνδριὰς ἐπὶ κεφαλήν, quid tandem faciemus? Ne nihil dicam, ex scholiis brevioribus, atque ad singulos versus interiectis ista manasse auguror, hoc pacto in ordinem redigenda: *Κορυφαῖος*] ἐπὶ κεφαλήν. Ἑστηκὼς] ὥσπερ ἀνδριάς. sic saltem sensus aliquis extundi poterit, atque animadverti, quid cogitaverit interpres, licet nihil minus, quam interpretationem eius probem. HEMST.

134, 35. τῶν φαύλως διακεκομμένων] Ultima vox stare nequit: longe enim aliud est διακόπτειν νόμισμα, quam κόπτειν, aut ἐπικόπτειν· haec *cudere*, *signare nummos*, illud *monetam adulteratam dissecare* significat; quod ut olim, sic etiam nunc fieri consuevit. Etymol. et Suid. Διακέκοπται, οἷον ἀδόκιμόν ἐστι· διέκοπτον γὰρ τὸ ἀδόκιμον νόμισμα οἱ παλαιοί. Legendum igitur vel τῶν φαύλως κεκομμένων, seu ἐπικεκομμένων, vel τῶν φαύλων καὶ διακεκομμένων. HEMST.

134, 37. μερίδα vocat quam σύστημα scholiastes ad v. 863. *eum esse partis deterioris*. HEMST.

P. 135, 3. πδ.] Tot versus uno minus habet haec scena: quapropter pingendus est numerus πγ· nisi quis credere malit, unum dormitantis librarii culpa intercidisse. HEMST.

135, 20. καὶ μειρακίσκην μὲν] Omisit Suidas in Ὡρικῶς, quae tamen ut adsint, sensus poscit: rationem enim ista, διὰ τὸ τεθρυμμένον τοῦ ὡραϊσμοῦ, continent, cur facetus senex Chremylus prurientem anum, indecoro comendi studio virgines aetate florentes aemulatam, adpellaverit μειρακίσκην. HEMST.

135, 24. *ἐν ἥβῃ*] Codex Parisinus *ἔνηβοι*. Recte Victorianus. Parisinus *αἱ γυναῖκες αἱ ἐν ὥρᾳ οὖσαι.*

135, 34. *τοῦ ὁρᾶν.* SCHAEFER.

P. 136, 3. *παιδοκεύτρια*] Quo vocabulo nimirum usus fuerat Aristophanes supra v. 426. Sic et *πανόπτης, πανόπτρια*· quamvis alioqui vice *μαθητρίδος* et *ὀρχηστρίδος, μαθήτριαν* et *ὀρχήστριαν* efferri non placeat fastidiosis Atticismi magistris. HEMST.

136, 4. *ψεύτριαν*] Scribi debet *ψεύστρια*. HEMST.

136, 9. *προείρηται*] Hoc priore scholio, quod vetustius minimeque contemnendum finitur in his verbis, *ᾧ ἂν λάχωσι*, caruit Suidae codex, in paucis ille quidem ab edd. nostris discedens, sed quae tamen non neglexisse operae sit pretium: *Ἀλλ' οὐ . . . γράμματι, Ἀριστοφάνης ἀντὶ τοῦ ἐδίκαζες*· (ista recidit, qui descripsisse Suidam videtur, Mich. Apostol. C. II. n. 85. et tanquam vulgare proverbium exponens addidit, *ἐπὶ τῶν μεθυόντων*) *οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι κατὰ γράμμα ἐκληροῦντο ἀπὸ τῶν ι φυλῶν*· (omisso numeri denarii signo adiecit Apostol. *δέκα δὲ ἦσαν αἱ φυλαί*) *οἷον ἡ πρώτη τὸ ἄλφα εἶχε σημεῖον, ἡ δευτέρα τὸ β, καὶ ἑφεξῆς μέχρι τοῦ κ.* (Apostol. *τὸ ἄλφα, ἡ δὲ δευτέρα τὸ βῆτα εἶχε σημεῖον μέχρι τοῦ κάππα*) *δέκα γὰρ φυλῶν οὐσῶν, δέκα ἐγένοντο δικασταί*· (Apostol. *ἐγίνοντο δικαστήρια*· quam lectionem ne quis temere spernat, consulendus est schol. ad v. 277.) *ὃ οὖν λαχὼν τὸ ἄλφα πρῶτος* (id est, *ἐν τῷ πρώτῳ δικαστηρίῳ τῷ Ἄλφα*) *ἐδίκαζε, καὶ* (οἱ recte interponit Apostolius) *ἄλλοι ὁμοίως. Τάχα οὖν σὺ, φησὶ, λαχοῦσα οὐκ ἐδίκαζες, ἀλλ' ἔπινες.* Ex his quum dilucide colligatur, illud antiquioris notae, quod dixi, et hoc enotatum a Suida scholion diversi parentis esse foetum, in unum tamen utraque, velut nullo discrimine seiuncta, conflarunt Ioh. Meurs. de Archont. III, 10. et S. Petit. ad LL. AA. p. 196. quo factum est, ut in errorem inciderint, sed plane contrarium, dum hic de senatoribus cuncta, de iudicibus ille interpretatur. Atqui non potest dubitari, modo quis animum adtenderit, quin solum senatorum ordinem prius, alterum consessus iudicum tangat. Ceterum quod Petitus re-

scribi iubet *κατὰ τὸ γράμμα* pro *καὶ τὸ γράμμα*, et *ἐν τῷ γράμματι* pro *γραμματείῳ*, iamdudum ante Meursius non aliter in ipsis scholiastae verbis exhibuit: verum neuter animadvertit vice, *καὶ ἐβουλεύοντο οὗτοι*, legendum esse *οὕτως*· nimirum *κατὰ τὸ γράμμα*, vel, si quis hoc forte, me non invito, malit, *κατὰ γράμματα*· quemadmodum diu ante iudices sorte duci, inque sua quisque tribunalia mitti consueverant. Praeterea Petitus *ἐπὶ Γλαυκίππου* sequentibus adnectendum censuit, suffragante Kustero: ego Meursii rationem adprobo, qui Latine dedit: *Inquit enim Philochorus sub Glaucippo. Et senatus* etc. solent enim grammatici non raro, quoniam Philochorus historiam suam Atticam secundum annos Regum atque Archontum digesserat, *ἐπὶ Γλαυκίππου, ἐπὶ Καλλίου* verbi gratia, tanquam temporis indicem ac titulum ponere, sub quo res eius testimonio confirmata reperiri queat. Verum idem Meursius quando isthaec, *τοῦτο δὲ ἀφ' ἑτέρου ἐστὶν ἑρμηνεῦσαι*, sic Latine reddidit, *illud autem ab alio potest explicari*, quid voluerit, prorsus ignoro: sensus est sine dubio: *illius autem, ἔπινες ἐν τῷ γράμματι, interpretandi rationem aliunde ducere licet*: nihil hoc aliud, quam adsumentum futile scholiorum collectoris, qui certe opportunius hic solemne illud *ἄλλως* interiecisset, quam ineptam laciniam: nam manifesto prodit se neutiquam adsecutum esse veteris scholiastae mentem, qui recte comicum intelligi vult ex iis, quae de iudicum sortitione supra fuerant ad v. 277. praedicta, sed nunc solum ex Philochoro prioribus addit novam observationem: in qua quod legimus *τῷ πρὸ τούτου ἔτει*, non est nullius momenti, nec temere praetereundum: debet enim haud aliter accipi, quam si scriptum foret, *τῷ πρὸ τοῦ Πλούτου ἔτει*, quod ipsum fortasse non deerit, qui reponendum potius existimet, vel, *πρὸ τῆς τοῦ Πλούτου καθέσεως*· anno ante, quam Plutus in scenam fuerat datus; sicut in schol. ad Lysistr. v. 1096. *πρὸ ἐτῶν τεσσάρων τῆς καθέσεως τούτου τοῦ δράματος*· nam depravate, quod Kusterum fugit, editur *καταθέσεως*. A nobis non discrepat S. Petit. Miscell. I, II. Iam post Glaucippum Athenis summo magistratu functus est Diocles, quo ar-

chonte fabula primi Pluti fuit commissa: hoc perspecto statim consequitur, scholion esse unius grammatici, qui primum Plutum sub oculis habuit. Illa vero, Ἐν τῷ γράμματι οὖν εἶπεν, ὡς ἐπὶ τῶν ῥητόρων . . . ἀνῆλθεν, et inepta sunt, nihilque ad illustrandum Aristophanem conferunt, et alieno loco inmissa: ad infimam sedem, si quam merentur, detrudi debuerant, quandoquidem hic inportune divellunt, quae copulata Suidas invenerat. Prope finem ista verba, πρὸς τὸ τῶν γυναικῶν φῦλον, sub decora specie vitium occultare mihi videntur; non quin rectissime possint usurpari τὸ τῶν γυναικῶν, vel τὸ γυναικεῖον φῦλον, ab ipsis etiam grammaticis; ut ab Ulpiano ad Demosthen. περὶ Παραπρ. p. 361. ὄντος δὲ ἀσθενοῦς φύσει τοῦ γυναικείου φύλου· sed quod aliud quiddam, quo dictum comici facetum liquidius explanetur, locus flagitet. Hoc, ni fallor, obtinebimus, si refingi patiaris, παίζων πρὸς τὸ τῶν γυναικῶν φίλοινον· nunc scribendi morem in membranis animo repete, et φίλοινον quam prona via migrare potuerit in φῦλον, statim animadvertes: coniecturae nostrae robur addit, quod notatur ad Lysistr. v. 467. ἔπαιξε διὰ τὸ φίλοινον· nec raro monent veteres, Aristophani iocorum fuisse materiem obiectam mulieribus, maxime vetulis, ebriositatem: inspice modo ad Plut. v. 737. ad Lysistr. v. 197. Mox ut locum tueatur ἐπειδή, recta styli norma poscit διὰ τοῦτο· sin διὸ retinere malis, ἐπειδὴ mutandum fuerit in ἔπειτα. Hemst. Vide Dobraeum p. 172. 173.

136, 19. οἱ ἄλλοι] Kustero debetur: nam priores edd. καὶ ἄλλαι ὁμοίως· restitutae lectioni consentit Apostolius. Hemst.

P. 137, 21. ὑπερφυῶς] Omisso hoc adverbio Suidas: ἀντὶ τοῦ μεγάλως, ὑπερβαλλόντως etc. positisque comici verbis addit: λέγεται δὲ καὶ ἐκνόμως. Hemst.

137, 25. Codex ὑπὲρ τὸν.

137, 27. ἐζήτησεν] ζητεῖν pro *petere* ut rarius antiquis Graecis, sic recentioribus frequentissimum;

vid. ad v. 991. inde ζητάρης, et, quod Du Cangius adnotavit, ζητιάρης, ἐπαίτης, *mendicus*. HEMST.

137, 28. ἀγορᾶς] Hoc est, *emendi causa*; recentioribus enim Graecis ἀγορά, et corruptius ἀγοράδα pro ὠνῇ usurpatur. Ἐκέλευσε] εἶπεν ἐμέ· primum opinabar interpretationem eam, huc nescio quo casu delatam, ad versum antecedentem pertinere: καὶ εἶπεν ἐμὲ ἀγοράσαι· deinde vidi, satis commode locum, quem tenet, tueri posse. HEMST.

137, 33. μεδίμνων] μοδίων. *Modius* et *medimnus* quid distent, compertum est: nihilominus μέδιμνον Graeci posteriores μόδιον exponunt: Hesych. in Μεδιμναῖον, Moschopul. περὶ Σχεδ. p. 64. Quos modios in Annibalis historia, equitum praelio Cannensi caesorum multitudinem annulorum mensura aestimantis, Latini vocant, illi Graecis μέδιμνοι sunt, et nonnullis quidem Ἀττικοί. Accuratior Suid. in V. Μέδιμνος οὖν μοδίων ς'. Cicer. in Comment. Caus. apud Corn. Frontonem: *medimnum* VIII. *millibus centum*, *id est*, *modium* XLVIII. *millib.* DC. Vid. Io. A. Bosium ad Corn. Nepot. Attic. c. II. §. 6. HEMST.

137, 36. ἐδεῖτο] Scribi debuerat ᾐδεῖτο. Hesych. αἰδοῦμαι, αἰσχύνομαι. HEMST.

P. 138, 1. οἱονεὶ μισγ. παρὰ τὸ μ.] Haec, quia non comparent apud Suidam in Μισητεία, suspicor a mala manu esse invecta: quanquam eandem originem ipse tradat articulo praecedente, et Etymol. in Μισητός· μισητὴ δὲ ἡ πόρνη, κατὰ ἀποβολὴν τοῦ γ, μισγητή τις οὖσα, παρὰ τὸ μίσγεσθαι. Deinde brevius etiam Suidas: καὶ μισητίαν, τὸ εἰς τὰς συνουσίας ἐπίφορον· οὐχ ἕνεκα δέ etc. εὐεπίφορον legatur, an ἐπίφορον, parum refert: ex vetusto scriptore protulit in ea v. οὐδὲ πρὸς ἀδικίαν ἦ πλεονεξίαν ἐπίφορος ἦν. Verum, quod praeteriit, illud ἐν τούτοις fidem mihi facit mutilati scholiastae: in proximis utique, quocum coniungi possit, nihil invenias: quare coniectabam καὶ ἐν Ὄρνισι, vel, ἐν ταῖς Ὄρνισι μισητίαν φησί etc. occurrit enim in ea fabula μισητία v. 1619. nisi probabilius sit, quod dicere incepi, praetermissam fuisse ab antiquario segni

maiorem scholii partem, ubi ex Avibus, aut alia quadam comoedia versum adduxerit enarrator, in quo pari potestate *μισητία* fuerat usurpata. HEMST.

138, 28. *ἄλλο πλακούντιον*] Paulo plenius Suidas in *Ἄμητα· ἄ. πλ. πρὸς τοῦτῳ, ὡσανεὶ λέγων, μηκέτι πατῆσαι ἐκεῖ με.* Eadem verba repetens in *Προντούλων* monstrum vocabuli somniculosus homo nobis procreavit: *ἄλλο πλακούντιον προντούλων·* ignorare se fatetur Kusterus, quid vox barbara sibi velit. Nodus expeditus, procuratumque dextre prodigium a clariss. L. Bos Anim. ad Suid. p. 184. qui monstravit ex *πρὸς τούτῳ* corrupte vel obscure scripto natum esse *προντούλων.* Evidens exemplum ostendit, quam proclivi lapsu voces etiam notissimae nonnunquam in maculas degenerent, quibus eluendis hominum vel acutissimorum ingenia frustra defatigentur. Animadvertendum praeterea, additum illud *πρὸς τούτῳ*, quod in vetustis scholiis itidem extitisse credo, paene postulare scripturam ab Etymologo proditam *προσαπέπεμψεν. πατεῖν* usu Graecae linguae vulgaris pro *ire, vadere* teri solet: sic *ἀντιβαίνειν παρὰ τοῖς κοινοῖς ἀντιπατεῖν*, teste schol. Sophocl. ad Electr. v. 577. Inde sumtum arbitror in vulgatis lexicis, quando *ἀντιπατεῖν* exponunt, *obstrepere:* nam falli videtur H. Stephan. Th. L. Gr. T. III. p. 80. F. qui *perperam* sic *exponi* contendit, *confundendo cum ἀντιπαταγῶ·* neque illi praesens scholiastae locus in memoria fuit, quum notabat p. 79. G. *πατεῖν adferri cum ἐκεῖσε pro ire, μηκέτι ἐκεῖσε πατῆσαι.* Neutri verbo sedes in Gl. M. et I. Graec. a Car. Du Cangio, quod factum oportuerat, est concessa. HEMST.

138, 30. Insertas videamus C. D'O. interpretationes. *Ἄμητα*] *τὴν λεγομένην ἰδιωτικῶς φλουσίαν· τὰ κοινῶς ταρχανά.* Hic nos, ubi operam eius maxime desiderabamus, destituit Du Cangius. *φλουσίαν* scripsi, propterea quod ea figura videretur in mediam vocem inmissa, quae plerumque in fine poni solita *ους* designat: alius inde forsitan exsculpserit *φλατίαν·* sed utrocunque modo ductus obscurus expediatur, differre non puto *fladones, flatones, flantones, flavones,*

flausones, quos dabit Car. Du Cangii Gloss. M. et I. Latin. placentae quoddam ex lacte et ovis confectae genus: in multis Galliae partibus adpellari *flans*, *flaons;* a Languedocensibus *flonsons* et *flausons* notavit Menag. in Diction. Etymol. Ling. Franc. Nos Belgae vocem, sed paululum inminutam, retinemus, *flade*, *flaé*. De ταρχανὰ quid dicam vix habeo, nisi vocabulum a Turcis ad Graecos recentiores pervenerit: illi enim amyli quandam speciem, *trachana* dictam, ex frumento aqua macerato decoquunt, et pultibus suis admiscent, ut refert Petr. Bellonius Obs. I, 59. et II, 7. ad quem locum monuit Car. Clusius eius parandi modum adcuratius exposuisse Rawwolf. Itin. lib. I. c. 8. Dubitandum fere non videtur, quin idem sit, quod ex Golii Commentariis Castellus in Lex. Pers. descripsit p. 177. تَرْخَانَه *Tarchanach*, vel *Terchanach: Alica, lacte acetoso cocta, et siccata rursum, quae postmodum in cibos denuo paratur, a Turcomannis inprimis, inque hyemis usum servatur.* Permulta complectitur lingua Graecorum vulgaris, praesertim in arborum, herbarum, animantium, rerumque naturalium vocabulis, ex Orientis fontibus derivanda; quae primordia si Car. Du Cangio, viro iuxta laboriosissimo et egregia doctrina praedito, penitius fuissent perspecta, errores sane non paucos effugere potuisset, et gratiam haud paulo maiorem a literatis hominibus inire. HEMST. In codice Dorvilliano non φλουσίαν scriptum est, sed φλεψίαν. Vide Porsonum apud Dobraeum p. 177.

138, 36. ἰσχυρότατοι typothetae error pro ἰσχυρότατοι

P. 139, 1. ὅπου προσετίθεντο] Erasmus in Adag. *Fuere quondam strenui Milesii*, integrum fere scholion Latine vertit; sed eum in modum, ut difficiliora dissimulet, quaedam non satis bene fuerit adsecutus: velut hoc ipso in loco ut vera foret eius interpretatio, *Quidam aiunt Milesios olim belli gloria praeter ceteros floruisse, adeo ut, quoscunque bello lacesserent, eos superarent*, Graece scribi debuerat, καὶ

οἷς ἂν ἐπετίθεντο, πάντως, sive πάντας ἐνίκων. Nunc sine controversia scholiastae mens est: *et quorum se partibus adiungerent, illi omnino bello superiores erant.* προστίθεσθαι vel προσθέσθαι τινὶ historicis ea virtute frequens: saepe Demosth. pro Coron. προσθέσθαι Φιλίππῳ· πόλις τοῖς ἰσχύουσι μὲν, μὴ δίκαια δὲ πράττουσι προσθεμένη· τοῖς ἐκ τοῦ λόγου φαινομένοις προσθέσθαι, *iis, quae oratione probabilia redduntur, calculum adiicere.* Phrynichus ὁ στρατηγήσας τὰ περὶ Σάμον, καὶ Ἀστυόχῳ προσθέμενος, schol. ad Av. v. 750. Hemst.

139, 6. *Δάμων*] Advertit me forma Dorica nusquam alibi, quantum recordor, in huius scriptoris nomine usurpata. In scholiis certe ad Av. v. 302. est *Δήμων*· similiter ad Pindar. *N. Z.* 155. ubi quae sunt a veteri grammatico adnotata, Fracinus integra subiecit Ranis Aristophanis v. 442. Multo plures, si quis requirat, suppeditabit Bibliotheca Meursii Graeca, qui propterea *Δήμων* hic quoque rescribendum esse censuit. Gente Dorus fuerit Demo, dicere non habeo: quod si constaret, facile credi poterat Doricum eius nomen, ut in Damarato et Demarato Corinthio, multisque aliis usu venit, in formam vulgarem a grammaticis fuisse conversum. Sic Epicharmi Siculi fabularum titulos saepius adducunt *Πύῤῥα ἢ Προμηθεὺς, Ἥβης γάμος, Γῆ καὶ θάλασσα*, quam *Προμαθεὺς, Ἥβας* vel *Ἅβας, Γᾶ* etc. Aeliano, qui genuinam inscriptionem servaverat, ex ea causa grave vulnus est inpressum: mendosissimus enim locus de Anim. XIII, 4. ita redintegrari debet: Ἐπίχαρμος μὲν ἐν Ἥβας γάμῳ, καὶ Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ, καὶ προσέτι Μώσαις. Occurrunt alioqui frequenter sine discrimine Damon et Demon. Pythagoreus est Syracusis oriundus apud Iamblichum Damon, notissimus ille Phintiae sodalis; Sicyonius alter Demon. Celebris Musicus, idemque disciplinae moralis et civilis peritissimus Damon, cui Pericles operam dedit: ab eo ducta Musicorum secta, *αἵρεσις Δαμώνιος*, non *Δαμῶνιος*, ut perperam legitur in Porphyr. Hypomn. ad Ptolem. Harmon. quod Bullialdum fefellit Not. ad Theon. Smyrn. p. 205. Hunc Damonem Athe-

niensem non solum adpellant Plutarch. de Mus. p. 1136. E. et Athen. XIV. p. 628. C. sed et testularum suffragia, quibus labefactatus patria carnit, aperte ostendunt: quocirca vix mihi dubium videtur, quin eum ipsum designaverit Stephan. in Ὦα, Δάμων Δαμωνίδου Ὠαθεν· ad illam itaque normam Plutarchus emendandus in Pericl. p. 157. A. συμβουλεύοντος αὐτῷ Δημωνίδου τοῦ Ὠαθεν, non, quod Meursius autumabat de Pop. Att. Οἰηθεν· nisi quis statuat, haec ab ipsis veteribus per errorem, quem fecerit excusabilem perspicua literarum vicinitas, aliquando fuisse confusa. Hunc saltem Demonidem et illum Damonidem non fuisse diversos verosimillimum puto; ideoque magis miror, quid sit, quod Plutarchus adnotaverit de primae syllabae in Δάμων quantitate: Δάμωνα, inquit p. 153. F. οὐ φασὶ δεῖν τοὔνομα βραχύνοντα τὴν πρότεραν συλλαβὴν ἐκφέρειν· sic enim, nisi a legitima ratione aberraverit perversa loquendi consuetudo, non a δῆμος, Δήμων, Δάμων, sed ab alia prorsus origine, nimirum a verbo δάμω, unde δαμάω, δαμάζω, derivandum foret. Atque hic Damon, praeterquam de arte Musica forte quaedam, nihil literis videtur mandasse: diversus ergo, qui Atticas antiquitates et historiam composuit: pervetustum scriptorem inpugnavit, teste Suida, callentissimus patriorum rituum Philochorus, cuius opera fidem illius in rebus Atticis haud parum fuisse debilitatam credibile est: eam enim ob causam, ut auguror, Ἀτθὶς Philochori sexcenties, rarissime Demonis a grammaticis solet adhiberi. Idemne sit, quem citat Athen. X. p. 442. C. ἐν τῷ περὶ Βυζαντίου, iuxta cum Casaubono Anim. III, 17. ignorare me fateor: neque magis compertum habeo, quod statuere tamen videtur vir magnus, an τῆς Ἀτθίδος auctori commentarius περὶ παροιμιῶν vindicari debeat: ex eo certe sunt hausta, quae protulit hoc loco scholiastes; nam inanis est coniectura la. Perizonii ad Aelian. V. H. III, 14. n. 6. Illud autem de Proverbiis opus, quisquis auctor fuerit, ingenti voluminum numero constitisse oportet, si mullo vitio laborat Harpocr. in Μυῶν λεία, Δήμων ἐν τεσσαρακοστῇ περὶ Παροιμιῶν. Verum lectioni vulgatae ne nimis fidamus, cavet cod. Medic. in quo scribi

testis est Ia. Gronovius ἐν πρώτῳ: suffragatur Apostolius C. XIII, 36. ὡς φησι Δήμων ἐν πρώτῃ περὶ Παροιμιῶν. A. et Fl. iungunt: ἄλλως περὶ τῆς παροιμίας etc. bene Gelenius separavit. Hemst.

139, 7. πρὸς τοὺς Ἀμβρακιώτας] Cum Ambraciotis tanto terrarum intervallo disiunctis quid Caribus unquam fuit, aut esse potuit negotii? An metuendum erat, ne longinquis expeditionibus alter populus alterius fines infestos haberet? Dixerit aliquis, non esse causam, cur hoc absurdum videatur, si modo vetusti temporis rationem adtendamus: Caras quippe, Pelasgos, Lelegas, Sellos mutatis subinde sedibus Aetoliam olim, et Acarnaniam, et Thessaliam, quin et ipsam Epirum tenuisse: iam nihil obstat, quo minus, quando ibi consederunt, bellum adversus proximos Ambraciotas fuerint moliti. At si quis, ut nodum praesentem expediat, ad remotissimam illam memoriam adscenderit, is, quaeso, cogitet, Ambraciam tum ne conditam quidem fuisse; tantum abest, ut a Caribus vexari potuerit: praeterquam quod animadvertere sit proclive, quae de Caribus hic narrantur, ad longe inferiorem aetatem esse demittenda. Idcirco miror, Ambraciotis licuisse per homines eruditissimos tamdiu in sedibus haerere, quas nullo iure tueri possint. Erasmo tamen, ni fallor, nonnihil hic vitii subolverat, utpote qui, dum de verbo paene ad verbum scholiasten Latine reddit, missis Ambraciotis, *quosdam* tantummodo scribere fuit contentus: *Cum Cares bellum adversus quosdam molirentur, statuissentque eius gentis auxiliis uti* etc. Erroris cubile, ut puto, liquidissimum in modum detectum; quod tametsi plerumque pronam simul ad emendationem eruendam viam commonstret, vereor equidem, ne spem nostram hic frustretur. Mihi quae dudum scrupulum eum agitanti in mentem venerint, breviter exponam, sagacioribus ingeniis ad excitandam veritatem forte profutura. Ambraciam apud Stephanum proxime praecedit, sic ut oculos effugere nequeat, Ἄμβλαδα, urbs Pisidiae: Caribus confines Pisidae, inque iis Ambladenses, qui non adeo videntur, si literarum ductus consideres, ab Am-

braciotis distare, ut utrorumque nomina, praesertim ab inperitis librariis, permutari facile non potuerint: neque ea coniectura Petro Wesselingio, quum sententiam eius exquirerem, latuerat. Ergo perpendi meretur, an commode refingi possit, πρὸς τοὺς Ἀμβλαδέας βουλευσαμένων· quod non ita capiebam, quasi de bello Ambladensibus inferendo Cares consultarent: manifestum ex sequentibus, Caras a Persis infestatos auxilia circumspexisse, quibus adiuti potentissimos hostes repellerent: sed cum sociis Ambladensibus de bello Persico deliberasse, illamque consilii publici fuisse summam, quosnam vicinorum virtute florentissimos potissimum sibi adiungerent. Neque interpretationi nostrae loquendi modus officit: nam vel e lexicis discere licet, recte poni πρὸς τοὺς Ἀμβλαδέας βουλεύσασθαι pro, *cum Ambladensibus consilia conferre.* Quae vero continuo sequuntur, caputque deliberationis continent, in hunc ordinem redacta clarius utique poterunt intelligi, τίνας τῶν γειτόνων ἀλκιμωτάτους ὄντας ἐν πολέμῳ χρὴ ποιεῖσθαι συμμάχους· nisi sufficere quis putet minorem mutationem, ἀλκιμωτάτους ὄντας ἐν πολέμῳ τῶν γειτόνων τίνας χρὴ π. etc. Ambladenses autem quanquam in hac historia nihil admodum offendant, adversus Ambraciotas certe satis superque sint tecti, nuda tamen, quod ultro fateor, coniectura tantum nituntur, cui nullum aliunde fundamentum accedit. Quin si quis me postulet, ut in ea, qua versamur, aetate Amblada fuisse demonstrem, rem liquido conficere nequeam; licet probabilissimum ex ipsa vocis forma Caricum quiddam ac vetustum sonante videatur. Quaeramus igitur, an firmius aliquid inveniri possit. Persuasum mihi est, quae noster scholiastes e Damone repetiit, eandem exponere rem gestam; quam memoriae mandavit Herodot. V, 118. 119. 120. Iones a Dario desciverant: Sardes captae et incensae; qua in expeditione Atheniensium opera fuit insignis: urbis nobilissimae vastatores bello persequitur Daurises Darii gener cum aliis pari dignitate ducibus: dum Hellespontiacas urbes expugnat, nuncius adfertur de Caribus Ionum partes secutis: statim eo copias ducit: traiecto Maeandro acerrima pugna

committitur: victi Cares fugatique *κατειλήθησαν εἰς Λάβραυδα, ἐς Διὸς Στρατίου ἱρὸν μέγα τε καὶ ἅγιον ἄλσος πλατανίστων.* Ibi consultantibus, utrum maxime suis rationibus expediat, facta deditione cum Persis pacisci, an alias sedes, Asia relicta, quaesitum abire, Milesii repente suppetias veniunt, et dubitationem decernunt. Cum Persis iterum congressi maiore clade sternuntur: *πεσόντων δὲ πολλῶν Μιλήσιοι μάλιστα ἐπλήγησαν.* Haec mihi si quis cum Damonis narratione comparaverit, quamvis cuncta non prorsus exacte congruant, praetermissaque sit ab Herodoto sortis divinae commemoratio, eandem omnino historiam utrobique agi non difficulter concedet. Cares nimirum a primo praelio fuga dilapsi ex superioribus locis propius mare se receperunt: concilium gentis in vico Labrandis, ut felicius sub Iovis *Στρατίου* auspiciis deliberatio de summa re succederet, est habitum. Vicus autem Labranda, hoc enim est verum loci nomen vel invita Medicea membrana, quam superstitiosa veneratione semper la. Gronovius suspicit, Mylassis stadiorum admodum LXX. intervallo distabat. *Στρατίῳ* Iovi, quem summa religione Cares colebant, cognomen fuit a loco ductum *Διὸς Λαβραυδηνοῦ*, ut Strabo scripsit XIV. p. 973. F. vel, quod magis ustitatum, *Λαβραυδέως*· extrema voci litera deficit in Aeliano de Anim. XII, 30. cui ut lubens dederim, a *Στρατίῳ* non differre Labrandensem Iovem, sic eundem ipsum et *Κάριον* adpellari, nondum adducor, ut credam: in quam disputationem paulo maioris operae nunc ingredi non vacat. Iam pone sodes, apud Damonem ita fuisse scriptum, *πρὸς τῷ τοῦ Λαβραυδέως*, aut, si mavis, errore perquam vulgari, *Λαμβραδέως ἄλσει βουλευσαμένων*, res omnis erit in vado, suaque historiae fides constabit: antiquarios vero quam facile barbarus inauditi vocabuli sonus deduxerit ad notiores Ambraciotas, quum similes literarum notae vel oculo iudice deprehendi possint, multis dicere quid adtinet? Interim veri similiora proferentem nullas adspernabor. Suidas in his salebris non plane deserit: nam in *Πάλαι* etc. sic habet, *ἐπὶ τῶν πάνυ ἀκμασάντων, νῦν δὲ ἀσθενῶν*· in *Ἦσαν* paulo aliter, *παροιμία ἀπὸ χρησμοῦ*,

ἐπὶ τῶν ποτὲ εὖ, εἶτα ἑτέρως γεγονότων· unde, quod Schottum fugit, in Diogeniano C. V, 3. reponendum εἶθ' ἑτέρως. Haud poterat ieiunius: pleniora dedit margo C. D'O. quae tamen neque ipsa quicquam nos iuvant: οἱ Μιλήσιοι πάλαι ἐπ' ἀνδρίᾳ θαυμαζόμενοι, καὶ σύμμαχοι τοῖς βουλομένοις ἐγίγνοντο. ἐλθόντες οὖν τινὲς εἰς τὸν Ἀπύλλωνα, καὶ πυνθανόμενοι αὐτοῦ, εἰ δέη Μιλησίους συμμάχους λαβεῖν, χρησμὸν ἔλαβον, ὅτι Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι· ἐπεκράτησε δὲ τοῦτο εἰς παροιμίαν. Ita recentiorum erat mos excerpendi, ut, quicquid eruditum et a vetustioribus grammaticis tractum inveniebant, tanquam pannos inutiles reciderent. Ex quo fonte sua derivarit Mich. Apostol. C. XV, 59. nondum reperi: a ceteris quidem aliquantum discordat cum interpretandi modo, tum explicanda paroemiae causa, de qua post Erasmum et Schottum ad Zenobium videndus est Gatakerus de N. Inst. Styl. c. XIX. quorum observatis ab illustri viro Ez. Spanhemio nihil magnopere accessit. Cavendum vero, ne quis Apollinem hic Delphicum, aut προφῆτιν, ut simpliciter plerumque nominari solet, Pythiam accipiat: nam diserte Zenobius, ἐλθεῖν εἰς Βραγχίδας, καὶ τὸν ἐκεῖ θεὸν ἐρωτῆσαι, εἰ Μιλησίους πρόσθοιντο συμμάχους. Hoc oraculum scilicet situm erat in propinquo: nec discrimen a victoribus Persis inminens longi temporis, quod Delphis adeundis inpendendum fuisset, moram patiebatur. Non minus autem, quam Delphis, itidem erat in Branchidis προφῆτις, sive γυνὴ χρησμῳδός, quae concepto numine futura praediceret. A Porphyrio memorantur Ep. ad Aneb. αἱ ἐν Βραγχίδαις προφήτιδες· sed eximius inprimis est Iamblichi locus de Myster. p. 74. ubi non solum τὴν ἐν Βραγχίδαις γυναῖκα χρησμῳδὸν invenies, verum insuper expositum, quam variis modis auram divini spiritus lucidam hauriret. Hemst.

139, 24. ὡς καὶ Ἀνακρέων] Ex A. et Fl. revocavi καὶ illud in ceteris edd. omissum. Zenobius etiam admonet in carminibus Anacreonteis extare hoc proverbium, eoque argumento utitur, quod bene Schottus animadvertit, ad illorum, atque adeo Damonis, opinionem refellendam, qui originem paroemiae Da-

rii Hystaspis filii temporibus includunt: Anacreon enim maxime sub Cyro floruit, post quem Darius demum tertius regno Persico fuit potitus. Ratio ficulnea, nullinsque ponderis, si verum est, quod Barnesius statuit, Anacreontem produxisse vitam ad ultimam Olympiada LXXVI. quum Xerxes iam tertium et decimum ageret imperii annum: quos calculos exigere non est huius loci. Interea non dubito, quin grammaticorum alii, ut motam difficultatem evitarent, tradiderint sortem oraculi fuisse redditam Polycrati Samiorum tyranno, cum quo familiarissime vixit in amicitiam intimam admissus Anacreon. Quae porro de hoc proverbio noster scholiastes exposuit, eorum nihil ab Aristotele fuisse commemoratum in Milesiorum rep. colligere licet ex Athenaeo XII. p. 523. F. id enim solum philosophus scripserat, Milesios in perditam luxuriam prolapsos pristinam dignitatem militarisque fortitudinis laudem retinere non potuisse; unde manaverit in vulgus: *Πάλαι πύτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.* HEMST.

139, 27. *εἴρηται δὲ ἡ π.*] Interponendum fere puto *καὶ* hoc pacto: *εἴρηται δὲ καὶ ἡ παροιμία*, vel, *εἴρηται δὲ ἡ παροιμία καὶ ἐπὶ τῶν πρ.* etc. Primum declarat, quae sit paroemiae mens apud Aristophanem: tum quo sensu haud parum diverso ab aliis usurpetur. Favet Apostolius, etsi ordinem inverterit: *ἐπὶ τῶν πρὶν μὲν εὐπραγούντων, ὕστερον δὲ δυσπραξάντων·* (Graecum vix est: lege, *δυσπραγούντων*, sive *δυσπραγησάντων*) *τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν χρωμένων τισὶν ὑποπτοδήποτε, ὕστερον δὲ μὴ προσιεζόντων αὐτῶν, ὡς ὁ ἐν Ἀριστοφάνει νέος μεμήνυκε τῇ γραΐ.* HEMST.

P. 140, 21. *νίταρος* etc.] Scholium gerit ora D'O. C. ab editis non valde discrepans: *Νίταρος καὶ Βάτος ἄνδρες ἦσαν θηλυπρεπεῖς καὶ ὠραῖοι· παρήκμαζεν* (lege *παρείκαζεν*, vel *παρήκαζεν*) *οὖν αὐτὴν τούτοις ὑποκορίζόμενος· ἄλλοι δὲ νιτάριον καὶ βάτιον φασὶν εἴδη ἀνθέων, ἵνα λέγοι, ὡς ἄνθη μετεῖχεν καὶ ἐκολάκευεν.* Detractum vides pro seculi genio, quod reconditioris erat literaturae. In eo, quod Suidas versavit, Aristophanis exemplari prior tantummodo fuit, eaque potior huius scholii pars ordine nonnihil variato: da-

bo lectionem Mediol. edit. a qua nescio quo nomine Kusterus aliquantulum recessit: *Νιττάριον καὶ Βάττιον· ὑποκοριστικὰ πρὸς γυναῖκας· Νιτάριον, οἷον, νεόττιον· τουτέστι κοράσιον. Σίμαχος δέ φησι, Νίτταρος πόλις ἐπὶ μαλακίᾳ ὀνειδιζόμενος καὶ Βάττιος· καὶ τὰς μικρὰς καὶ θηλείας βατύλας ἐκάλουν· καὶ Θ. δρ. ἐ. Β. Οἱ δὲ φασὶν εἴδη φυτῶν· Θ. οὖν ἐ. . . . εἶχεν.* sequitur, *Νιτάριος, ὄνομα κύριον·* quod hinc fluxerit, an aliunde, dicere non habeo. Bentleius, ut ad palmariam illam emendationem via procederet, acutissime disputavit, nullius esse pretii, quicquid in hoc scholio tradatur, non alium in finem excogitatum, quam ne ignorantia perluceret: vereor equidem, ut illustris viri rationes ab omni parte sint aeque firmae. Primum enim, licet virilium nominum diminutiva mulieri absurde tribui concedam, an, cur Symmachi fidem de Nitaro et Bato vel Batto in dubium vocemus, satis vehemens est causa, quod nemo alius eos commemoret? quam non pauca in his ipsis, quae restant, comoediis inveniuntur, quorum mentio vel nusquam, vel alicubi semel tantum adpareat: ex amissis certum est multa proferri tum vocabula, tum nomina propria, quae, si veritas eorum ab altero exemplo, aut teste pendeat, pro falsis sint habenda. Atqui Symmachus liquido scribere non cunctatur, Nitarum vel Nittarum et Battum (Nittarum quidem sine dubio, de altero si forte, quod postea videbimus, sit ambigendi locus) ut molles et effeminatos traduci *ἐν τοῖς ἑξῆς δράμασι·* quod falso adfirmare in re, quae tunc temporis inspectis comici fabulis explorate cognosci poterat, cuius foret impudentiae? Deinde ut ingeniosissime coniectari non difficultear, *καὶ τοὺς μικροὺς δὲ καὶ θήλεας βατύλους ἔλεγον*, emendatio tamen, nisi longe alio, quam quod Bentleius subiecit, nitatur fundamento, haud satis munita, extraque omnem dubitationis aleam posita. Praetereo *μικρούς*, quod vocabulum grammaticorum nullus ad explicandum *βάταλος* adhibuit: quae causa virum magnum videtur impulisse, ut insuper tentaret, *μαλακούς·* propius equidem ad literas, si res poscat, malim *μιαρούς*. At vulgatae lectioni nonne favet Suidas? favet etiam, quod magis est, forma vocis dimi-

nutiva: idcirco H. Stephanus in Thes. L. G. Ind. *βατύλας* se reposuisse monet pro *βατύλους*, *eamque scripturam rationi esse consentaneam.* Quid porro fiet illo comoediae Theopompeae titulo *Βατύλη*; an temere confictum dicemus, et, quia nusquam alibi, quantum adhuc constat, commemoretūr, una litura penitus expungendum? qua de re dum tacet vir summus, satis se difficultatem eam persensisse ostendit: nam si *Βατύλη* vitio caret, pariter retinenda sunt priora; sin, hoc quoque mutandum in *Βατάλη*. Iam de *νιταρίῳ* et *βάτῳ*, herbarum florumve generibus, nihil omnino contendo: nec *βάταλον*, quomodo turpiuscule vocant comici *τὴν ἕδραν*, huc parum decore conferri inficior; talem enim prae se speciem ferunt, quam ab ignobilioribus aevi vergentis grammaticis profectam libenter credas. De Didymi interpretatione si quaeratur, alia res est: eam video, non minus, quam ceteras, a Bentleio explodi: Kusterus intercedit, et Tan. Fabri sententiam *νηττίον* emendantis pro *νεόττιον* amplectitur. Ita sane nonnihil consultum fateor honori grammaticorum haud infimi: sed alio tamen me trahit additum *οἱονεὶ κοράσιον*, vel, ut Suidas habet, *τουτέστι κοράσιον*. Quid enim est propius, quam ut hinc in suspicionem venias, Didymum aut scriptum reperisse, aut scribi voluisse *νοττάριον*. Illa quidem forma licet ad Atticam amussim non respondeat, quemadmodum intelligi potest ex Phrynicho p. 34. et Thom. Magistro, ideo tamen non est prorsus abiicienda, quippe Graecis haudquaquam infrequens: *νοττεύειν* habet Nicand. Alexiph. v. 492. *νοσσεύειν* Herodotus, Panyasis apud Athen. IV. p. 172. D. *νοσσάδας ὄρνεις*· vid. Ammon. in *Φωλεός*· intra fixos grammaticorum cura terminos ipsi scriptores vetusti nec tenentur, nec sane teneri se patiuntur. Iam *νεοττὸν* Tragicis et Euripidi in primis pro *infante*, vel *puero*, sive *puella* saepius usurpari, notissimum est. Expende nunc, quam apte cuncta, omnique ex parte congruant, si refingas, *νοττάριον δὲ οἷον νεοττίον, τουτέστι κοράσιον*. Erutam dedimus, ut opinor, diversam lectionem in *νηττάριον*, eamque satis antiquam, quippe quae Didymo fuerit probata. Agedum experiamur, an in *Βάτιον* eadem

conanti fortuna respondeat. Aio *βατάλιον* olim in quadam comici fabularum editione fuisse scriptum: hoc nisi ponas, quid insulsius est *τοῦ βατάλου*, quando *τὴν ἕδραν* significat, huc per vim adducta mentione? *βάτιον* ut quisquam putaverit esse contractum ex *βατάλιον*! quanquam grammaticorum ineptias nullus ignorem, tam manifestam absurditatem impetrare a me non possum, ut ulli veterum adfingam. At qui *βατάλιον* hic in suo libro reperit, continuo potuit eo delabi, ut ridiculam adpellationem a *βάταλος* oriri suspicaretur. Erit forte, cui mirum accidat, *φιλοφρονητικὴν* dici *τὴν προσφώνησιν*· rationem promere non difficile foret, nisi pudori et lectoris et meo consulerem. Quod sequitur, ita scriptum initio fuisse non dubito, *παρὸ καὶ βατάλιον*· mutavit, qui quum legeret in verbis Aristophanis nostrum illud vulgatum *βάτιον*, vel *βάττιον*, absurde alterum exhiberi sibi persuasit: neque hoc tantum, sed insuper etiam adnotavit, *τὸ δὲ συνεσταλμένως ἀναγινώσκειν ἀνόητον*· metro scilicet acutus homo cavere voluit; quod ne laederetur, *βάττιον* censuit esse *βατίῳ* praeponendum: quanquam, si quis commodius hoc monitum observationi proximae subiungi putaverit, non sim refragaturus. Symmachum vero ut emendandum existimem, obscurum esse nunc nequit veteri lectione *βατάλιον* eruta: nimirum amplector pro *Βάττος* vel *Βάτος* Bentleianum *Βάταλος*, sed eo, quo dixi, scripturae priscae fundamento nixum: nam illud simulatque removeris, nihil amplius adparet, quo *Βάταλος* apte pertineat. In sequentibus haeret animus, utrum praeferam, *καὶ τοὺς μιαροὺς δὲ καὶ θήλεας βατάλους ἔλεγον*, an propius antiquum exemplar, *καὶ τὰς μιαρὰς δὲ θηλείας βατάλας ἔλεγον*· *καὶ Θεοπόμπου δρᾶμά ἐστι Βατάλη*· neque diffiteor hoc mihi videri verius ex ipso nexu orationis. Eximere conatus est, de Nitario parum sollicitus, scrupulum illum, quomodo *βατάλιον* a *Βάταλος* mulieri convenire posset; quod sane mollius accidit, multoque minus absonum, si *βατάλην* de feminis itidem usurpari constet. Flexionis tamen femininae vadem si quis me postulet, ut certior emendationi sit fides, nullus, quem producam, est praesto. De voce *βάταλος* quae Ioh.

Brodaeus Miscell. I, 20. et Henr. Stephanus Ind. Thes. Gr. L. observarunt, non reponam: hoc tantum admonebo, id nominis olim ut forma, sic potestate fuisse omnino adiectivum, unde *βαταλίζεσθαι* fluxit in Epistola Theanus prima; quo facilius ex eo flectere licuit *βατάλην*. Conspirant grammatici, quos memorat Etymol. p. 191. v. 17. *Οἱ δὲ βάταλον ὄνομα παρὰ τοῖς παλαιοῖς τῶν μαλακιζομένων τὸν πρωκτὸν, ἀπὸ τοῦ θρύπτεσθαι* (nihili videtur, quod vulgatum est, *τύπτεσθαι*) *ἐν τῷ ἔργῳ, καὶ βαταλίζεσθαι*· neque alia fuit Casauboni sententia ad Sueton. Aug. c. 87. ubi de *bateolo*, vel *baceolo* agit. Deinde *Βάταλος* in Symmacho pro *Βάτος* ideo mihi magis probatur, quod testatum sit hominem mollem et cinaedum, tibicinem Ephesium, cui vel nomen hoc fuerit, vel potius tractum a moribus cognomen, veterum comicorum lusus provocasse. Plutarchus enim, quum rationem explicat probrosae adpellationis, qua Demosthenem inimici notarunt, diserte tradidit T. I. p. 847. E. *ἦν δὲ ὁ Βάταλος, ὡς μὲν ἔνιοι φασὶν, αὐλητὴς τῶν κατεαγότων· καὶ δραμάτιον εἰς τοῦτον κωμῳδῶν αὐτὸν Ἀντιφάνης πεποίηκεν.* Si coniecturae locus detur, opportuna iocis in Batalum Antiphanis comoedia, cui titulus *Αὐλητὴς* apud Athenaeum. Addit Plutarchus, alios poëtae Batali meminisse, quem lascivorum et inter pocula cantatorum carminum auctorem faciant. Priorem illum, a quo tamen haud scio, an poëta iure distinguatur, Ephesium grammatici plures nuncupant, et primum, qui cum muliebri calceatu in scenam processerit: Liban. Vit. Demosth. Phot. Biblioth. p. 807. Intelligendum in postrema scholii parte, si sit integra; sin minus, supplendum: *ἢ δύναται Βάτιον λαμβάνεσθαι*, sive, *εἰρῆσθαι ἀντὶ τοῦ τρυφερὸν καὶ μαλακὸν*, aut, quod magis etiam placet, *τρυφερὰν καὶ μαλακήν*. *Βάτον* et *βατίδα* diversum genus pisciculorum, duce Aristotele, separavit Hesychius: nullum aliud praeterquam dialecti discrimen ponunt Moeris et Thom. Mag. *Βατίδας* dabit noster comicus in Vesp. v. 508. ubi scholiastes *Βατιοσκόπους* exponit *τοὺς ὀψοφάγους*, qui rectius ex ipsius Aristophanis Pac. v. 811. *Βατιδοσκόποι* dicantur. Verosimillimum, ni fallor, ex his evadit, pro lectione

prisca, *Νηττάριον ἂν καὶ φάττιον*, sive per aberrationem, sive utriusque genuinae vocis inscitia, non unam in varias Aristophanis editiones invectam esse labem: ut mendosa saepe solent incrustare, contortarum explicationum fucum adhibuerunt grammatici, quam quisque vel repererat, vel ipse finxerat scripturam secuti. Non obscure simul patet, hae decerptae ex vetustis diversarum edd. scholiis reliquiae quam misere sint laceratae. Porro dignum est, quod observes, *ἐν τοῖς ἑξῆς δράμασι*· hinc liquido conficitur commentarios ad primum Plutum elucubrasse Symmachum, quandoquidem secundus fabularum ultima in scenam ab Aristophane fuit data. Simili fere modo ad v. 740. *ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς παράκειται ἐκ τοῦ Θεοφράστου*· neque aliter ad v. 210. Lynceus, quemadmodum ipse Aristophanes in Danaïdibus ait, filius Aegypti; *ἐροῦμεν δ' ἐκεῖ τὰ περὶ αὐτοῦ*. Plutum ergo Danaïdes in ea sive Symmachi, sive alterius grammatici editione sequebantur. Ceterum de *πιταρίῳ* et *βατίῳ* quae Stephanus ex enarratore nostro scripsit, Index eius suppeditabit ad Thes. L. G. in *Βατίον*. HEMST.

140, 35. *ξένον μὴ μυεῖν*] Eiusdem legis meminit schol. ad v. 846. ut ab Eumolpo latae Tzetz. ad Lycophr. v. 1328. illam tamen aliquando migrare virorum illustrium gratia non dubitarunt olim Athenienses. Ab Hercule factum est initium: huic enim primo petenti ut morem gererent, mysteria non tantum parva sunt inventa, sed et legi sub specie iuris adhibita fuit fraus, Pylusque iussus eum sibi filium adoptare. Leviter vitiatum patris adoptatoris nomen in epp. Socrat. XXVIII. p. 59. *Ἡρακλῆς γὰρ, ὄντος τότου τὸ παλαιὸν ἡμῖν μηδένα ξένον μυεῖσθαι, βουληθεὶς μυεῖσθαι γίνεται Πηλίου Θετὸς υἱός*. Pessime Leo Allatius, acerbus ille magnorum hominum, ad quos ne comparandus quidem, insectator, Latine vertit: *in Pelei filios se ipse adoptat:* Peleum somniasse patet, cui nullus hic locus. Hinc emendationi, qua Tan. Faber Apollodorum expolivit II. p. 131. firmamentum additur: pro *Θέσπιος* enim ex parvo Poëtae schol. ad Il. *Θ*, 368. sine controversia legendum est, *Θετὸς Πυλίου παῖς γενόμενος*

ἐμνεῖτο· adsentitur, nomine tamen auctoris, quod saepe facit, celato, Tho. Galeus. Dispari fortuna vulnus idem tentavit Sam. Petit. Comm. ad LL. AA. p. 32. et, quanquam re consentiat, ignotam tamen ea potestate vocem θέσμιος Graeco scriptori inputavit. Idem, qui Herculi, Dioscuris etiam honos est habitus, teste Plutarch. in Thes. p. 16. A. quare non satis caute Soranus de Hippocrate scripsit in eius vita, δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν, καὶ πολίτην ἔγραψαν· praeterquam quod ea aetate iamdudum desierat legis antiquae vigor, Anacharsis quoque Soloni aequalis ἐμυήθη μόνος βαρβάρων δημοποίητος γενόμενος, ut Theoxeni fide refert Lucian. in Scyth. p. 652. Ex hoc autem Atheniensium more Diogeni Cynico, qui mysteria respuerat, patrocinium petit Iulian. Or. VII. p. 238. B. συνεὶς ὅτι τὸν μυούμενον ἐχρῆν πολιτογραφηθῆναι πρότερον, καὶ Ἀθηναῖον, εἰ καὶ μὴ φύσει, τῷ νόμῳ δὲ γενέσθαι etc. Hi civitatis ius adepti δημοποίητοι, Poll. III, 56. quoniam in certam tribum demumque referebantur: Adriano Sophistae Tyrio φυλή τε ἦν καὶ δῆμος Ἀθήνησιν Philostr. de V. S. II. p. 588. Ptolemaeus Naucratites Μαραθῶνι δήμῳ ἐνεγράφη Ἀθήνησιν p. 595. Vide, quae de Plataeensibus notantur in Miscell. Observ. A. 1736. p. 324. idem in aliis civitatibus pari modo distributis obtinuit; quemadmodum Hippiam narrat Philostratus φυλαῖς ἐγγραφῆναι πόλεων μικρῶν τε καὶ μειζόνων. Φυλέτας δημοποιήτους reperies apud Plutarch. Symp. I. c. 10. Ceterum enarratoris nostri loca non fugerunt Io. Meurs. Eleus. c. V. Adi Salmas. ad Spartian. p. 33, 34. Hemst.

140, 36. οὖν dedi ex codice Parisino.

P. 141, 1. ἐκ τῆς ἁμάξης] Haec quid contineant, pervidere me non satis, fateor. An mutandus est verborum ordo? Ὀχ. π. τὸ ἅρμα ὑπὸ τῶν ἴ. κ. καὶ ὀχούμενον, καὶ τὸ ἐκ τῆς ἁμ. κατεσκευασμένον· ut duplicem usum vocis ὄχος tradiderit. An potius ἅμαξαν intelligi voluit inferius rotisque proximum currus sive plaustri corpus fundamenti modo substratum, cui reliquae partes altius eductae innitantur; ὄχον vero et ἅρμα, *capsum curriculi*, vel *tectum arcuatum* plau-

stro superinpositum; quales σκηναὶ, ut Graeci vocare solent, in Persarum harmamaxis describuntur, de quibus egit Scheffer. R. Vehic. II, 17. cuius peccata nunc persequi non iuvat. Nescio tamen, an clarius hoc sensu scholiastes scripsisset, ἐπὶ τῆς ἁμάξης, sicut Hesychius in Πείρινθος et Πίρινθα, quae referenda sunt ad Homer. Il. Ω, 190. 267. Od. Ο, 131. Τὴν ὀχουμένην ἐπὶ τοῦ τεθρίππου σκηνὴν, quod huc aptissime quadrat, dabit Diodor. Sic. XX. p. 745. D. paulo ante dixerat, τοῦ δ' ἅρματος ὄντος τετρακύκλου, καὶ σκηνὴν ἔχοντος. Eaedem et καμάραι, ut ex Herodoto constat I, 199. similique modo ἅμαξαν καμάρης accipio IV, 69 quanquam ibi sane multo malim casibus inversis, ἁμάξης καμάρην. Hesych. Καράμα, ἡ ἐπὶ τῆς ἁμάξης σκηνή· nihil aeque apertum, quam vitiose scribi pro Καμάρα· emendatius alibi: Κουπήϊον, καμάρα ἡ ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν γινομένη· tantilla tamen macula fucum fecit Dan. Heinsio, virumque eximium in originis Hebraeae ludibrium inpulit Not. ad Horat. p. 193. Tetigit illas καμάρας Is. Casaubon. ad Strab. XI. p. 758. Clausi talem in modum undiquaque Scytharum Nomadum currus tam amplis pellibus, ut habitaculi mobilis usum praeberent: τῶν δὲ Νομάδων, inquit Strabo VII. p. 471. B. αἱ σκηναὶ πιλωταὶ πεπήγασιν ἐπὶ ταῖς ἁμάξαις, ἐν αἷς διαιτῶνται. Interpretis vicem agat Hippocrat. περὶ Α. Τ. Τ. p. 290. αἱ δὲ ἅμαξαι εἰσὶν αἱ μὲν ἐλάχισται τετράκυκλοι, αἱ δὲ ἑξάκυκλοι· αὗται δὲ πίλοις περιπεφραγμέναι· εἰσὶ δὲ καὶ τετεχνασμέναι, ὥσπερ οἰκήματα, τὰ μὲν ἁπλᾶ, τὰ δὲ τριπλᾶ· quod proxime sequitur, adiiciam, ut leviculo vulneri necdum, quantum memini, sanato succurram: ταῦτα δὲ καὶ στενὰ πρὸς ὕδωρ, καὶ πρὸς χιόνα, καὶ πρὸς τὰ πνεύματα· literam interpone στεγνά. Dicebantur autem, Hesychio teste, Καράρυες, οἱ Σκυθικοὶ οἶκοι· ἔνιοι δὲ τὰς κατήρεις ἁμάξας· non me praeterit, quid sit κατήρης, eamque vocem, haud sane tritam, aliis in locis restituere mihi posse videor: verum hic omnino refingendum puto κατηρεφεῖς· est enim κατηρεφὴς idem quod κατεστεγασμένος, σκεπαστὸς, et de contectis vehiculis usurpatur. Sed ne nos longius avehant Scythici currus. Pollux etiam, quas noster schol. voces coniunxit X, 51. τὰ εἴδη τῶν ὀχημά-

των ἱστέον, εἴτε ἅρματα, εἴτε ὄχους, εἴτε ἁμάξας, εἴτε λαμπήνας αὐτὰ προσήκει καλεῖν. Mox recte omnes edd. *ὑπὸ τῶν ἵππων·* sola Kusteriana depravatius *περί.* Hemst.

141, 7. *εἰς Ἐλευσίνια*] Suid. in *Τὰ ἐκ τῶν ἁμαξῶν σκώμματα*, ubi horum partem descripsit, similiter *εἰς τὰ Ἐλευσίνια·* defendi posse non inficior: sed propter *εἰς*, vel *ἐπὶ*, *τὰ μεγάλα μυστήρια*, ni fallor, aptius conveniet *εἰς Ἐλευσῖνα*, quod et a Kustero in margine libri sui notatum invenio. Io. Meursius Eleus. c. XXXI. posito scholii huius initio subiungit: *Verum errat, quod haec tantum magnis facta mysteriis putet.* Quo iure scholiastes erroris insimuletur, mihi non liquet. Hemst.

141, 12. *ἐθέασεν*, sumtum est a vulgari Graecae linguae dialecto: eodem spectat Thomae Magistri praeceptum, *Θεῶ, οὐ Θέα, εἰ καί τινες γράφουσι·* monere voluit, sicuti notatus Aristophanis versus ex Ran. 131. satis declarat, recte dici *Θεῶ* pro *Θεάου*, secus autem ex *Θεάω*, *Θέα*, licet non desint, qui communem usum secuti eum in modum scribant. Clariss. enim L. Bos, dum Thomae verba perperam tentat, in errorem incidit haud sane levem, minimeque, quid Atticus magister intenderet, perspexit. Hemst.

141, 30. *διαφέρει γὰρ*] Paulo plenius Suid. in *Ἐνέχεις·* versu enim Aristophanis prolato subdit: *ὡς τοῦ Θασίου οἴνου εὐόσμου ὄντος· ὁ γὰρ Στ. ὁ ἐρ. Δ. ἐν Θ. ᾤκει· καὶ διὰ τοῦτο δ. ὁ Θ. οἶνος.* Idem in *Θάσιος οἶνος* propius accedit ad scholiastae verba: *καὶ παροιμία, εἰ Θάσιον ἐνέχεις· ἐπειδὴ ἐν Θ. ᾤκει Στ. ὁ ἐρ. Δ. ὅτι δ. ὁ Θ. οἶνος* etc. Quem Staphylum noster Bacchi delicias dicit, is aliis est filius, modo ne quis diversos faciat: Ammon. in *Σταφύλη*, Tzetz. ad Lycophr. v. 570. Parthen. Erot. c. I. p. 345. Argonautis adnumerantur ab Apollod. I. p. 53. *Φάνος καὶ Στάφυλος Διονύσου·* torsit eruditos ignorabilis ille Phanus, nulliqne praeterea memoratus: tu repone *Φλίας*, et animo conceptis maioribus literis proclivem lapsum in errorem aestima. Auctores habeo Orph. v. 192. Apollon.

Rh. I, 115. Pausan. II. p. 125. v. 25. et p. 139. ubi *Φλίας*, non, quod editur, *Φλείας* in Apollonii versu scriptum. Merito P. Burmannus nescire se fatetur, an ab hoc Phano proverbium *Φάνου θύρα* sit ortum: quanquam inspexisse Zenobium satis erat, ne crederet; vocatur enim Phanias ille (quippe legendum est *Φανίου θύρα*) ὀβολοστάτης· quod ego genus hominum aetate heroum vix fuisse cognitum existimo. Staphyli nomen litera detracta corruptum in principio Dinarchi orationis Deliacae, *Ἀπόλλωνος καὶ Ῥοιοῦς τῆς Ταφύλου* apud Dionys. Halic. T. I. p. 188. totam eam fabulam enarrat Diodor. Sicul. V. p. 229. C. Vid. Plutarch. in Thes. p. 9. HEMST.

P. 142, 1. *ταφύδια*] Ordinem in hoc scholio veterum edd. servavi, neque causa erat, cur quicquam mutaretur. Kusterus ita separaverat: *Γραὸς καπρώσης*] *Ἐρ. μ. δρ. συνουσίας. Ταφύδια, τὰ ἀναλώματα* etc. HEMST.

142, 12. *τὰ κατὰ τὴν ὁδὸν συντείνοντα*] Mira haec phrasis: exspectes enim *τὰ εἰς τὴν ὁδὸν συντείνοντα*. Harpocration p. 14. Gronov. *περὶ τῶν συντεινόντων εἰς τὸν ἀγῶνα*. Schol. ad Aristoph. Lysistr. v. 138. *εἰς τὴν Σοφοκλέους δὲ Τυρὼ ταῦτα συντείνει*. Thomas Mag. p. 657. *πᾶν τὸ εἰς μαντείαν συντεῖνον*. SCHAEFER.

142, 16. *ὁμολογῶν*] *ἀναλογῶν* ante Kusterum omnes edd. ut sensui serviret, restituendum duxit *ὁμολογῶν*· factum mallem lectore non ignaro: admisi tamen commodam emendationem; quanquam, nec forte peius, legi poterat, *καίπερ ἂν λέγων*, vel, *καίπερ αὐτὸς λέγων*· quod quidem ultimum in D'O. C. participio *φάσκων* est adscriptum: utrum sit praeferendum, codex aliquis olim decidet. In fine scholii reddere non dubitavi *προσεκλίθη*· neque enim vel sententia, vel structurae ratio satis constat in *προσεκλήθη*. Dicere voluit: *etenim ad iustorum causam, ut qui iniuriis pressi suae opis indigerent, Plutus inclinata voluntate sese adplicuit.* Eam habet vim *προσκλίνειν* vel *προσκλίνεσθαι*· nam perinde veteres utrumque usurpant. Agatharch. apud Athen. XII. p. 528. A. *προσέκλιναν*

ταῖς Μιθριδάτου ἐλπίσι. Suid. in Φιλύχορος· διεβλήθη προσκεκλικέναι τῇ Πτολεμαίου βασιλείᾳ. Comici schol. ad Nub. v. 360. προσκλῖναι τῇ ἀρετῇ τὸν Ἡρακλέα, in illa nobili Virtutis Voluptatisque scena Prodicia. Alterum dabit Epiphan. Panar. p. 728. D. οἱ μὲν προσεκλίθησαν Ἀρείῳ, ἕτεροι δὲ Κολούθῳ· alibique saepe. Clem. Ep. I. ad Corinth. §. 47. προσεκλίθητε γὰρ Ἀποστόλοις μεμαρτυρημένοις· praecedit: διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιῆσθαι· ἀλλ' ἡ πρόσκλισις ἐκείνη ἧττον ἁμαρτίαν ὑμῖν προσήνεγκε· unde simul adparet, in eo, quod sequitur apud Epiphanium, non esse dubitandum cum Petavio, quin legi debeat, ἐκ τῆς προσκλίσεως, καὶ ἐπαίνου δὲ τοῦ παρ' αὐτῶν. Nec rara sunt eiusdem corruptelae exempla, et multis in locis iamdudum ab eruditis hominibus animadversa. Casaubonum vide ad Diogen. L. I. 20. Ex uno MS. πρόσκλισιν Kusterus apud Suidam reposuit in Αἵρεσις, quae πρόκλησις erat in ceteris et codd. et edd. similiter in Sext. Empir. P. H. I. §. 18. H. Stephanus, et in Memnonis Excerptis apud Phot. Bibl. p. 382. v. 16. ὃ δὲ ἔρμαιον τὴν πρόσκλισιν ἡγησάμενος· ubi causa non erat, cur priscam glandem frugibus inventis praeferret Hoeschelius: melius, quam paulo reconditiora plerumque solet, Latine vertit Andr. Schottus: *qui in lucro ponens hanc ad se inclinationem.* Optimo iure Sylburgius idem vocabulum redonavit Clem. Alex. Str. II. p. 469. v. 34. διὰ τῆς τῶν αἰσθητῶν εἰδώλων ἀποχῆς, καὶ τῆς πρὸς τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τῶν ὅλων προσκλίσεως· oppositum ἀποχὴ emendationis verae documentum praebet: doctissimum itaque Potterum non probo, qui Philonis Iudaei verbis, illis quidem simillimis, sed in aliam structurae speciem conformatis, inductus προσκληρώσεως anteposuit. D. Pauli κατὰ πρόσκλισιν I. ad Timoth. V, 21. multi veteres libri κατὰ πρόσκλησιν exhibent; quod ego summo opere miror placere potuisse Io. Millio Proleg. §. 749. quasi nota potestate, et quam testibus idoneis firmare non sit necesse, significaret, *ex factione.* Id quidem, me iudice, prorsus absonum, ut satis intelligere licet tum ex Clementis Ep. I. ad Corinth. §. 21. τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸν θεὸν ὁσίως ἴσην παρεχέτωσαν· tum

ex iis, quae Suicerus observavit in Thes. Eccles. praeter quem omnino vide virum et literarum studiis florentissimum, et nobis amicissimum Ioh. Alberti ad Gl. Gr. in S. N. F. L. p. 157. Eandem viam nihilominus ingressus est A. A. V, 36. ubi προςεκλήθη non paucorum codicum, quod ex genuino προςεκλίθη corruptum peperisse videtur publicatam lectionem προςεκολλήθη, accepit, *in cuius factionem adtractus est, cui adscitus est ceu belli socius.* Haec scilicet nullo nixa fundamento sponte cadent, nec facile suffragatorem sunt habitura. Longe plura poterant proferri: sed ad correctionem nostram stabiliendam dixi plus satis. Sciendum vero, quamvis Historicis valde sit frequens, rarissime tamen apud germanos scriptores Atticos illum usum inveniri τοῦ προςκλίνειν καὶ προςκλίνεσθαι. Hemst.

142, 23. βιάσασθαι] βιώσασθαι codex Dorvillianus.

142, 28. ἢ μηδ' ὅτιοῦν] οὐδόλως. ἢ δίκαιον ἐστὶ μηδὲν ἀγαθὸν ἔχει τον νεανίσκον δηλαδή. Sic codex Dorvillianus.

P. 143, 10. συμβάλλεται] Ex his sensus exsculpi nullus potest: quo indicio facile corruptelam subesse deprehendas: nihil aliud suppetit, quam ut de coniectura remedium arcessamus. Legendum existimo, ὅτι δ' ἀμφιβάλλεται· scholiastae mens est; *illud vocabulum quid sit, ignoro; ambiguum autem esse significationisque controversae, hoc scio.* ἀμφιβάλλεσθαι dicuntur a grammaticis ea, quae in disputationem cadunt; de quorum vera potestate dissensio est: τὰ ἀμφιβαλλόμενα, quae solent etiam τὰ δισταζόμενα vocari. Minus est, quam scholiastes, corruptus Hesychius in Κουράς· παρὰ δὲ Αἰσχύλῳ ἐν Μυρμιδόσιν ἀμφιβάλλεται, ἐν κουράδι. quae planius intelligentur, si componas eundem in Ἐγκουράδες. Inde autem maior est emendationi nostrae fides, quod paulo post alter scholiastes pariter moneat, τηλίαν hoc loco aliquid ἄπορον, et quod difficulter expedias, habere; porro autem intricatius fieri, si Eupolidis accesserit dictum. Non quae-

ro nunc, quo iure veteres inexplicabilem paene nodum in hac voce sibi finxerint; docebimus alias, nihil fuisse causae, cur se tanto opere torquerent: sufficit in praesenti, hoc insuper argumento coniecturae nostrae rationem firmius constare. Suidas in *Τηλία* missis difficilioribus, quae ad Eupolidem spectabant, scholiasten fere totum descripsit, sed orsus a postremis, et, ut credi par est, sui exemplaris ordinem secutus: pro istis *καὶ δὴ καὶ ἰδίως* ille simpliciter, *ἐκαλεῖτο δὲ τηλία*. In fine servat *ἐν τούτῳ*, cuius vice malim *ἐν τοιούτῳ*· *coturnices etiam*, inquit, *in tali consepto, quale nimirum erat farinariorum in foro, committebant:* Pollux adminiculatur IX, 108. quum scribit, *καὶ τηλίᾳ μὲν ὁμοίᾳ τῇ ἀρτοπώλιδι κύκλον ἐμπεριγράψαντες ἐνίστασαν τοὺς ὄρτυγας ἐπὶ ταῖς μάχαις ταῖς πρὸς ἀλλήλους*· alioqui foret intelligendum illud ipsum *περίφραγμα* forense. Tum redit ad initium scholii: *Ἄλλως· σανὶς πλ. ἐφ᾽ ἧς ἁλφιτοποιοῦσιν· τινὲς δὲ τ. ξ. φ. πλ. εἰς ὃ τιθέασιν οἱ ἀρτοκόποι τοὺς ἄρτους ἐπὶ τῷ ξηραίνεσθαι, ἄλλοι δὲ τ. τῆς κ. τὸ πῶμα, ὅ ἐστι περιφερές.* Hic iam, ut versum Aristophanis interponeret, in scholio quiddam habuit inmutandum: *φησὶν οὖν ἡ γραῦς ἐν Ἀριστοφάνους δράματι, Διὰ δ. . . . . διελκύσαις· ὁ δέ, ὅτι ἑλκυσθείης ἂν, ἐὰν ᾖ δακτύλιος τηλία· τοῦτο δὲ εἶπεν, ὡς παχείας οὔσης, καὶ μὴ δ. δ. δ. ἑ. ἀλλὰ τηλίας· ἡ τηλία μέν ἐστιν ἡ ἀτρ. σ. ἐὰν δὲ τρ. ἀ. γίνεται.* Haec ad Suidam publicatum exegimus: nunc proferre iuvat variationes vetusti praestantissimique codicis L. Batavi: is primum, prorsus ut scholiastes, *καὶ δὴ καὶ ἰδίως ἐκαλεῖτο*· deinde: *ἄλλοι τηλίαν τῆς καπηλόκης τὸ πῶμα, ὅτι ἐστὶ περιφερές*· ista si forte parvipendas, maioris sunt momenti, quae tum sequuntur: *φησὶν οὖν, ὅτι διὰ δακτυλίου ἑλκυσθήσει (ἑλκυσθείης), ἐὰν ᾖ ὁ δακτύλιος τηλία· τοῦτο δὲ, ὡς παχείας οὔσης καὶ μὴ δυναμένης διὰ δακτυλίου ἑλκυσθῆναι, ἀλλὰ τηλίας. Ἀριστοφάνης. ἡ τηλία μὲν ἐστὶν ἡ ἀτρ. σανίς· ἐὰν δὲ τρυπηθείη, ἀψὶς γίνεται. Τηλία, πῆγμα τετράγωνον, ἐφ᾽ οὗ ἧτοι τὰ ἅλφιτα πιπράσκεται, ἢ ἀλεκτρύονες συμβάλλονται. καὶ περιφέρεια τοῦ κοσκίνου. Ἀριστοφάνης· Διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἐμέ γ᾽ ἂν διελκύσαις· ἐπὶ τῶν πάνυ λεπτῶν· ὁ δὲ ἀντείρηκεν, Εἰ τυγχάνοι δακτύλιος ὢν τη-*

λία· quae et luculentiora vulgatis esse et meliora nemo diffitebitur. Sed vereor, ne quis diligentiam mihi vitio vertat in his conferendis paene nimiam. Pro τηλίᾳ εἰκάζει τῇ πλατείᾳ σανίδι, quanquam Suidas conveniat, praeferam, ἢ πλατείᾳ σανίδι· praeterea placet in sequentibus: τηλία ἔχει μέν τι καθ' ἑαυτὸ ἄπορον, et, τῆς τηλίας τὸ τρύπημα. Hyperbolum Eupolidei Maricae nomine designari ex Quintiliano constat I. O. I, 10. p. 106. eademque de re saepius monuit scholiastes noster; verum quum ad hunc locum ex diversis commentariis adnotetur, τηλίας ea in fabula fieri mentionem, idque plus una vice factum non videatur, rationem inire vix possum, qua enarratorem utrumque conciliem: unus enim nihil aliud, quam Hyperboli matrem ibi cum τηλίᾳ comparari scribit; alter, Hyperboli ossa in τηλίαν esse coniecta: quod quale sit, intellectu perquam est difficile, quoniam vivente adhuc Hyperbolo, nisi plane fallor, Maricas in scenam fuit datus. Fateor huic nodo me non esse solvendo, nisi comicum aliquem iocum hic latuisse statuas, qui matrem Hyperboli fecerit τηλίαν, in quam ossa filii fuerunt congesta. Singulare vero et animadvertendum, quod ex Theopompo tradit schol. Lucian. ad Tim. p. 145. Sami per insidias Hyperbolum ab inimicis interemtum, τὸ δὲ νεκρὸν αὐτοῦ εἰς σάκκον βληθὲν ῥιφῆναι εἰς τὸ πέλαγος· idem plures comicos enumerat, qui hominem inpurum dignis modis lacerarint. De Hyperboli vero matre, eam in Eupolidis comoedia fuisse vexatam liquido patet ex Nub. v. 550. In scholiastae verbis ad illum versum et 557. ut mihi quidem videntur, valde contaminatis coniecturam periclitabor, si forte solertioribus praeluceat. Primum lego: Καὶ τὴν μητέρα] Τὴν Ὑπερβόλου, τὴν δοιδυκοῦσαν, aut, δοιδυκίζουσαν ἐν ταῖς Ἁρτοπώλισιν, (Hermippi satis apud veteres celebris est haec fabula) ἵνα (id propius est literas, quam vel ὅπου, vel ἔνθα) πολλὰ κατ' αὐτοῦ εἶπεν Ἕρμιππος· frustra fore credo, qui nuda distinctione opem ferre scripturae vulgatae studuerit. Deinde istorum, quae ad alterum versum notantur, percipi poterit sententia, modo reponas: ἔοικε δὲ τὸ κατὰ τὰς Ἁρτοπώλιδας λεχθὲν κατ' αὐτοῦ σημαίνειν. Nunc corollarii loco

τηλίαν Hierocli restituam in Hippiatr. p. 4. ubi muli istius vetuli, cuius, tribules suos ad laborem instigantis, fidelem operam populi scito cohonestaverant Athenienses, historia refertur: *μηδένα δὲ τῶν πυροπωλῶν ἢ κριθοπωλῶν ἀπελαύνειν αὐτὸν τῆς ἑστίας, ἢ ἀπείργειν αὐτὸν τῆς βρώσεως.* In sedem *τῆς ἑστίας*, quae quidem frumentariorum erat nulla in foro, succedat *τῆς τηλίας*· ne quid dubii relinquatur, Aristotelem audi *Z. I.* VI, 24. ubi rem eandem enarrat: *ὥστ' ἐψηφίσαντο μὴ ἀπελαύνειν αὐτὸν τοὺς σιτοπώλας ἀπὸ τῶν τηλιῶν.* Hemst.

143, 29. *γύρος — κοσκινόγυρος*] *γύρος circulum, orbem* significat: Onomast. vet. *Spirae*, *γῦροι*. Latinum *gyrus* inde manat, et antiquitatem Graeci vocabuli testatur: *γυρόθεν*, quod frustra apud lexicorum conditores quaeras, Libanius usurpat T. II. p. 111. D. *Περιγυρὶς* idem quod *περιφέρεια*, ut Hesychius docet: quam ego vocem depromtam arbitror ex aliquo Pythagoreae vel Ionicae familiae philosopho. *Παραγύρως* ignotum itidem lexicis adverbium apud eundem reperies in *Διαμπερές*· quam interpretationem mihi persuasi referendam esse ad Od. *Ξ*, 11. erit autem *παραγύρως*, si legem Graeci sermonis consulas, quum res quaecumque ea ratione movetur, ut circulum interius aut exterius rotatione proxima radat: minus enim adcurate Io. Ant. van der Lind. Med. Phys. p. 649. *circulariter* exponit, quod dicendum potius foret *περιγύρως*· deterius tamen accepit Rufi de coxis agentis *κοιλότητας οὐ διαμπερεῖς, βαθείας*, quae minime sunt *cavitates non prorsus circulares*, sed, *non pertusae, neque perviae*, quanquam alioqui profunditatem habeant. Vetus verbum et paene obsoletum Graeci recentiores, sicuti non raro solent, in usum communem revocarunt: ab iis itaque *γύρος* non pro circulo tantum, quod notat Eustath. ad Od. *T.* p. 1864. *ὅτι δὲ γύρος βαρυτόνως οὐ μόνον κοινότερον ὁ κύκλος* etc. sed etiam pro *annulo* ponitur: in Rabolio MS. *χρυσοῦν γύρον φορεῖν*. C. Du Cangius hanc vocem intactam praeteriit, in Appendice tamen *κοσκινόγυρον* repraesentans ex Glossis interlinearibus MSS. in Aristoph. Plut. Hemst.

143, 35. *κῶμον*] *μέθην*. Quod *κῶμον* interpretetur *μέθην*, id paulo dilucidius explanat observatio ad paginae sequentis marginem adscripta: *Τὸ ἐπὶ κῶμον βαδίζειν, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ μέθην· ὁ γὰρ μεθύων ἐπὶ μέθην βαδίζει* (haud scio, an recte dederim ultimam verbi syllabam impeditioris figurae ductu expressam) *αὐτῷ τῷ μεθύειν· καὶ οὐκ ἔστιν ἡ βάδισις αὐτοῦ οὐχ ἕτερον ἢ μέθη*. Quae cuius sint pretii, dicere nihil adtinet: melius schol. Theocr. ad Eid. III, 1. ubi meminit huius versus. *Κώμου* tamen sodalis et tantum non adsidua comes *μέθη*· quare passim iunguntur, ut monuit Des. Herald. Anim. in Salmas. Obs. ad I. A. et R. VI, 7. §. 3. Vide praeterea L. Bos Exerc. Phil. in Ep. ad Rom. XIII, 13. qui hoc nostri comici loco utitur. HEMST.

P. 144, 3. *ὡς ἐν ἔρωτι*] Non intercedo, quin locum retineat, dummodo apte possit explicari; quod mihi quidem perdifficile fore videtur. Interea nihil succurrit propius, quam ut ὡς ex otiosa praecedentis syllabae repetitione ortum statuamus, *ἐν ἔρωτι* vero mutetur in *ἐπερωτᾷ*, quod frequens, vel *ἀνερωτᾷ*, ut in Libanii Decl. VI. p. 304. D. *καὶ διεξέρχεται μέχρι τῶν θάμνων ἀνερωτῶσα*. Huiusmodi emendationem sensus paene flagitat: anus insolita salutatione perculsa, sermone iuvenis interrupto, subito rogat, *τί φησιν*; Illud autem scholiastae *ἄτοπον τῆς προσρήσεως* eo spectare mihi videtur, quod veteres *ἀσπάζεσθαι* aliquando usurpent vel de iis, qui ex longo tempore peregre redeuntes suos salutant, vel quum abituri amicis valedicunt: quod Phrynichus ostendit, repudiato *ἀποτάσσομαί σοι*, dicendum esse monens *ἀσπάζομαί σε· οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἀρχαῖοι εὑρίσκονται λέγοντες, ἐπειδὰν ἀπαλλάττωνται ἀλλήλων*. Omnino similis est ratio in *χαίρειν*, quo usi fuerunt prisci, *οὐ μόνον*, inquit Suidas, *τὸ πρῶτον ἐντυγχάνοντες, ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ διαλυόμενοι ἀπ' ἀλλήλων, ἀντὶ τοῦ ὑγιαίνειν καὶ ἐρρῶσθαι, χαίρειν διεκελεύοντο ἀλλήλους*. Dum his chartae mandandis vaco, copia mihi facta est codicis ditissimae Bibliothecae LBatavae manu descripti, qui Plutum Aristophanis et Nebulas complectitur cum interpretationibus ad sin-

gulos versus insertis, et scholiis notae recentioris in marginem coniectis: depromam inde, quae ad *ἀσπάζομαι* observata inveni, quibus partim coniectura mea firmatur, partim suspicio corruptelae maioris iniicitur: *Ἀσπάζομαι*] *ὡς διὰ χρόνου ἰδὼν αὐτὴν, ἀσπάζομαι φησὶ, καὶ οὐ χαίρεις·* (l. *χαῖρε*, vel *χαίροις*) *ἡ δὲ, διὰ τὸ ἄτοπον δοκοῦν τῆς προσρήσεως, ἐν ἔργῳ τι φησί· τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεως ἧς ὑβρίζομαι.* Omitti vides istud *ὡς*, quod resecandum putavi: in *ἔργῳ* consona *γ* eum in modum est erasa, ut tamen perspicue vestigium adpareat. Si quis prioribus utendum existimet, ut sententia integrius procedat, non equidem abnuo: *ὡς διὰ χρόνου ἰδὼν αὐτὴν, ἀσπάζομαι, φησί· μεθύων δὲ οὐ λέγει, χαῖρε·* in fine quae porro sequuntur *ἐν ἔργῳ* etc. ex corruptis, ut credo, corruptius descripta, nihil offerunt, quod me coniecturam meam deserere cogat, aut commodius emendandi ansam porrigat. Ut mox, *ἄχρις ἂν τις ἕτερος ἐπέλθοι ὑποκριτὴς*, sic ad v. 851. *ἄχρις ἂν τις ἐπέλθῃ ὑποκριτὴς ἕτερος·* solent alioqui crebrius adhibere *ἐξέρχεσθαι, ἐξιέναι· προέρχεσθαι, προϊέναι.* Hemst.

144, 32. *μεθύων δέ φησι*] Haec erant in edd. cunctis ordine perverso posita: *μεθύων δὲ ἔφη . . . . ὥς φησι.* Rem facilem et per se manifestam confirmat scholium orae LB. codicis inscriptum: *εἰκότως — εἴρηκεν.* Horum sensus ab edito scholio non discrepat: sed eo descripsi, ut pateret, quomodo recentiorum explicationes, faciles illae nullisque antiquorum testimoniis oneratae, verbis tantummodo mutatis, re eaedem diversos in libros referantur. Hemst.

P. 145, 11. *τὸ δὲ Ποντοπόσειδον*] separandum erat a praecedenti, eiecto *δέ·* nam et alterius est auctoris, et melioris notae. Breviter Suidas et obscure in *Πόντος· καὶ παροιμία, Πόντος ἀγαθῶν, ἐπὶ τῶν πολλῶν ἀγαθῶν καὶ μεγάλων· ὥςπερ, ἀγαθῶν θάλασσα. Ἀριστοφάνης. Ὦ Ποντοπόσειδον, ἀντὶ τοῦ, μέγιστε Πόσειδον· ἀπὸ τοῦ πόντου μεταφορικῶς.* Praecedenti simillimum exhibet margo C. LB. *θεοὶ — Πόσειδον.* Habebant autem veteres et *πρώτους θεούς*, et *πρεσβυτέρους*, de quibus hic dicendi locus non est. Quod in postre-

mo scholio legitur, non satis expeditum, neque dubito, quin labes haereat in *πάντως* a solertioribus olim delenda. Hoc voluit, non serio vocari *θεοὺς πρεσβυτικοὺς*, quasi tales eoque nomine colerentur, sed per iocum in vehementi exclamatione fingi, ut stuporem animi re nova perculsi vividius exprimat, et vim dictis addat: haud absurde. HEMST.

145, 24. *οἱ ἀρχαῖοι οἱ παλαιοί*] Vide quae monui ad Plinii Epistol. p. 145. SCHAEFER.

145, 25. Corrige *Διόνυσον ἢ Ἀπόλλωνα*. SCHAEFER.

145, 26. *τῶν ῥυτιδωμάτων*] Haec vox lexicis adhuc ignota videbatur excerpenda. HEMST.

145, 36. *περιειλημένα*] A. et Fl. *περιειλημμένα*· quod sane ferri poterat *ἀπὸ τοῦ περιλαμβάνειν*. Neque tamen inprobo Gelenium, cui deinceps obtemperarunt, alteram *μ* delentem: pluribus exemplis constat, utraque verba *εἴλημαι* et *εἴλημμαι* inter se facile commutari: culpandus autem, quod eandem rationem non servaverit in scholiis Equ. v. 725. ubi intactum reliquit *θαλλοὺς ἐρίοις περιειλημμένους* per omnes edd. propagatum. Ad proxima neminem miror adtendisse: *πλακουντικὸς*, etsi analogia non adversetur, nondum reperi, neque adeo, sicuti *πλακουντώδης*, in usu fuisse credo: nec forte quisquam est, qui *κόλυρα*, vel *κολύρους* cognoverit. Emendandi via duplex: primum *πλακουντίοις τισὶ καὶ λύραις*· multum iuvat egregius Suidae locus ex Menecle in *Διακόνιον*· *Ἀθηναῖοι τῷ Ἀπόλλωνι τὴν καλουμένην εἰρεσιώνην ὅταν ποιῶσι, πλάττοντες λύραν τε καὶ κοτύλην, καὶ κλῆμα, καὶ ἄλλα τὰ* (melius leges *τινὰ*) *κυκλοτερῆ πέμματα, ταῦτα καλοῦσι διακόνιον*· unde liquido patet *λύρας* ab *εἰρεσιώνῃ* non esse alienas. Tum altera quoque coniectura praesto est, quae nec ipsa parvam habet veri speciem: *πλακουντίοις τισὶ καὶ κολύραις*, vel *κολλύραις*, nisi quis *κολλυρίοις* praeferendum putet. *Κολύρας* quidem, quae tamen rectius *κόλλυραι* scribuntur, Hesychius exponit, *ἀρτίδια μικρὰ καθαρά*· a Suida docemur, *κολλούρια*, vel potius *κολλύρια*, *ἐπιχωρίως* esse *τὰ λαλάγγια*, et *κολλυρίζειν τὸ τὰς λαλάγγας τηγανίζειν*· ex quibus liquet, eas esse *κολλύ-*

ρας, quae cum ceteris scitamentis ad εἰρεσιώνην itidem adpendi mereantur: utra lectio sit anteponenda, codex forte aliquis decidet; nam nihil hic in Suida praesidii, cui scholium hocce primum exemplar suum non obtulit. Mox tolerari quodammodo posset, ἐλαίῳ ἐπικεχρισμένα· est enim in ipso carmine, quod εἰρεσιώνην ferentes decantabant, ἐλαίου mentio: sed verius est, quod olim Kustero adprobavi, ἐλαίας ἀποκρεμάμενα, vel ἀποκεκρεμημένα· quo pacto si quis tamen retinere velit ἐλαίῳ, copulanda sunt πρὸ τῶν πυλῶν ἀποκεκρεμημένα, ut paulo post, πρὸ τῶν θυρῶν κρεμῶσι. Hemst.

145, 38. καὶ ἐλαίῳ ἀποκεκρ.] Procul dubio legendum est, καὶ ἐλαίας ἀποκρεμάμενα, i. e. *ab oliva*, vel olivae ramo, *dependentia*. Vide et sequentia. Kust.

145, 39. εἰρεσιώνη δὲ] Abigendum erat illud δέ· nam novae est, et ab alio profectae interpretationis initium, quam et Suidas in suos commentarios retulit. Sed quid est θαλλὸς ἐκ θαλλοῦ συμπεπλεγμένος; quod vix abest, quin inepte dictum videatur. Omisit Suidas nihil aliud exhibens, quam ἐξ ἐρίων πεπλεγμένος· litera, ni fallor, mutata genuinam vocem revocabit, μαλλοῦ· ἔρια καὶ μαλλὸν saepe coniungi videas, et in re sacra, Ἦν μὲν γὰρ οἰὸς μαλλός· Sophocl. apud Porphyr. περὶ Ἀ. Ἐ. II. §. 19. et Clem. Alex. Str. IV. p. 564. ubi εἰρεσιώνην etiam memorari reperies; et in Οἰδ. ἐπὶ Κ. v. 467. Valet autem ἐξ ἐρίων καὶ μαλλοῦ, aut, si quis hoc forte praeferat, ἢ μαλλοῦ idem, quod ἐρίοις καὶ, vel ἢ μαλλῷ. Nec displicet Suidae πεπλεγμένος, nisi malis περιπεπλεγμένος, ut ad Equ. v. 725. κλάδος ἐλαίας ἐρίοις περιπεπλεγμένοις ἀναδεδεμένος. Porro Suidas brevius, κοτύλην, ὅ ἐστιν ἡμίξεστον· deinde cod. L. Batavus πρὸ τοῦ οἰκήματος, et ἥλαττον· quam scripturam in scholiis nostris conservant A. et Fl. Hemst. θαλλοῦ defendit Hermannus apud Erfurdtium ad Sophoclis Aiacem p. 488. De εἰρεσιώνη vide annotata ad Etymol. M. p. 831.

P. 146, 5. ἧλλαττον] Aldina ἥλαττον.

146, 8. *καὶ ἔλαιον ὑποψήσασθαι*] Versus hic varie apud varios scriptores legitur. Nam scholiastes infra ad Equit. v. 725. habet, *καὶ ἔλαιον ἀνεψήσασθαι*. Etymologus v. εἰρεσιώνη totum hunc versum sic legit:

καὶ μέλιτος κοτύλην καὶ ἔλαιον ἀποψήσασθαι.

Et sic Suidas v. εἰρεσιώνη, nisi quod pro *μέλιτος κοτύλην* habeat *μέλι ἐν κοτύλῃ* cum scholiaste nostro. Eustathius ad Homerum p. 1283. ed. Rom.

καὶ μέλιτος κοτύλην καὶ ἐλαίῳ ἐπικρήσασθαι.

Plutarchus in Theseo:

καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι.

Et sic legit etiam Clemens Alex. Strom. lib. IV. Mirum autem est apud omnes illos scriptores ultimae versus huius voci mendum insidere, quod recte quidem etiam animadvertit Isaacus Vossius ad Pompon. Mel. lib. I. cap. XV. sed quod pace viri illius, alioqui doctissimi, dicere liceat, male emendare conatur. Censet enim scribendum esse, *καὶ ἔλαιον ἁμὰ ὀψήσασθαι*: sed quo sensu, videant alii. Quid enim hic sibi velit illud *ὀψήσασθαι* ignorare me fateor. Ego vero existimo lectionem Eustathii *ἐπικρήσασθαι* proxime ad verum accedere eiusque loco levi mutatione scribendum esse, *ἐπιχρίσασθαι*, i. e. *ad ungendum:* quem quidem usum olei apud veteres frequentissimum fuisse dicere quid attinet? Kust. *ὑποψήσασθαι*] Quae sit tum in hoc verbo, tum in toto cantico varietas lectionis apud scriptores, a quibus est prolatum, adcurate sunt persecuti Xylander et H. Stephanus ad Plutarch. Thes. p. 10. B. Petr. Pantinus ad Apostol. C. XXI. n. 24. *Non ἀποψήσασθαι, ut est apud Suidam, vel ὑποψήσασθαι, ut hic, verum ἀναψήσασθαι, in tertio autem καθεύδῃ* legere se profitetur Io. Meurs. Exerc. Crit. P. II. c. 11. Eustathii *ἐπικρήσασθαι*, quod et Varinus retinet, adripuit Kusterus, unde conficeret *ἐπιχρίσασθαι, ad ungendum.* Quid opus fuit aliunde arcessere, quod situm erat ad manus? Recte Sylburgius, iudex harum rerum optimus, ad Clem. Al. Str. IV. p. 566. *Id (ἀναψήσασθαι) agnoscit etiam H. MS. et quodam in loco* (ad Equ. v. 725, quanquam ibi vitio-

sius in A. quoque legatur ἀνεψήσασθαι) *Aristophanis scholiastes: alibi tamen idem scholiastes pro eo habet,* ὑποψήσασθαι, *Suidas* ἀποψήσασθαι, *Varini Lexicon* ἐπικρήσασθαι· *quod haud scio, an mendose scriptum sit pro* ἐπιχρίσασθαι. *Ex his priora duo veriora sunt: postremum* ἐπιχρίσασθαι *exegema est.* Quibus ego libenter calculum adiicio: licet enim ἐπικρήσασθαι Ionice dici possit pro ἐπικεράσασθαι, ut οἶνον ἐπικρῆσαι Homero, κρῆσαι et κατακρῆσαι apud Hesychium, hic tamen nec commodam explicationem patitur, et nusquam praeterea extat: fortasse repererit Eustathius ἐπιψήσασθαι, quod aberrante librarii manu degeneravit in ἐπικρήσασθαι. Ex tribus autem compositis, quae promiscue fuisse in hoc carmine usurpata credi par est, quodcumque elegeris, res eodem redibit; *oleum ad fricandum corpus:* id enim est ad vim verbi propriam adcommodatius, quam quod Castellanum secutus Gatakerus dedit Adv. Misc. Posth. p. 922. *oleum, quo te ungere possis;* aut quod alii multo peius, *oleum ad abstergendum sordes. Martial.* IV. Ep. 90. *Hinc oleo corpusque frico, mollique palaestra Stringo lubens* —— Lucian. initio Anach. λίπα τε ἠλείψαντο, καὶ κατέψησε μάλα εἰρηνικῶς ἄτερος τὸν ἕτερον ἐν τῷ μέρει. ὑποψήσασθαι vero, quod solius est ad hunc locum scholiastae nostri, omnino mutandum censeo in ἀποψήσασθαι, vel ἐπιψήσασθαι. Tertium versum, qui corruptus fertur in Etymologo, auctoritate MS. hac ratione correxit iuvenis doctissimus Lud. Casp. Valckenaerius in illo insigni eruditionis maturae specimine, animadversionibus, inquam, ad Ammon. II. c. 11. Καὶ κύλικ' εὐζώρου, ἵνα καὶ μεθύουσα καθεύδῃ· nec tamen cantari non potuit, Καὶ κύλικ' εὔζωρον, vel εὔζωρον, ὡς ἂν μεθύουσα καθεύδῃς, ut Apostolius habet. Hemst.

146, 11. ἵστασαν δὲ αὐτὸν] Suidas: προετίθετο δὲ αὐτὰ μετὰ τῆς εἰρεσιώνης πρὸ τῶν θυρῶν κατὰ παλαιὸν χρησμόν. Sic editur: MS. LB. planissime cum scholiaste nostro conspirat: ἵστασαν δὲ αὐτὴν (ut modo, ἐξήρτητο δὲ αὐτῆς) πρὸ τῶν θυρῶν· eoque pacto schol. ad Equ. v. 725. πρὸ δὲ τῶν θυρῶν ἱστᾶσιν αὐτὴν

εἰσέτι καὶ νῦν· ex quo simul liquet scribendum esse non κατὰ τὸ, sed κατά τι παλαιὸν χρηστήριον, perinde atque ad finem, κατά τι δὲ χρηστήριον. In proximis orationem non satis quadrare perspicuum est: nam οἳ μὲν γὰρ utique poscit οἱ δὲ, quod sibi respondeat, et sententiam integram consummet. Suidas quidem eodem laborat vitio, hoc tantum diversus, quod vice λιμοῦ λοιμὸν inducat; neque id mirum est in tam frequenti, et supra iam saepius a nobis notata vocis utriusque permutatione, cuius exemplum praebet in hoc ipso εἰρεσιώνης articulo C. LBatavus; quippe qui, ubi paulo ante scribitur ἐπὶ ἀποτροπῇ λοιμῶν in edd. λειμῶν, id est, λιμῶν, ut alibi quoque solet, praeferat; quod cum Pausania congruit apud Eustath. p. 1283. v. 11. verum scholiastae nostro si alterum etiam horum vocabulorum commode suffultum reddas, integritatem reddideris: οἳ μὲν γάρ φασιν, ὡς λιμοῦ, οἱ δὲ, ὡς λοιμοῦ πᾶσαν τὴν γῆν κατασχόντος etc. Nec dubitare licet, modo recurramus ad enarratorem Equitum v. 725. qui disertis verbis scribit: οἳ μὲν γάρ φασιν, ὅτι λιμοῦ, οἱ δὲ, ὅτι καὶ λοιμοῦ τὴν πᾶσαν κατασχόντος οἰκουμένην· idque verum est; nam ut Crates ἀφορίαν, sive sterilitatem ortamque inde famem (Castellani animus alibi erat occupatus, quando ἀπορίαν corrigebat) sacri Deorum monitu instituti causam fuisse dixit, sic contra Harpocr. in Ἄβαρις· λοιμοῦ δέ φασι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην γεγονότος. Pari fere modo Aeacus utrum famem, an pestilentiam precibus pro universo Graecorum populo conceptis averruncarit, incertum est: quanquam plures αὐχμὸν et ἀκαρπίαν commemorant, Libanius tamen Decl. III. p. 243. B. εὐχῇ τὸν λοιμὸν ἔλυσεν. Qui dissensus scriptorum haud infrequens non ideo solum invaluit, quia literae vocum earum quam minimum inter se differunt, sed quod numinis irae commissorum poenas ab humano genere expetentis utrumque malum aeque adtribuerent. Ex his animadverti potest, quid profecerit Meursius, quum pro λοιμοῦ apud Suidam scribendum esse monebat λιμοῦ. Mox grave mendum vetustas edd. insederat, πρὸς εἰρεσίαν ὑπὲρ ἁπάντων θῦσαι· primus, ut puto, Petr. Castellanus abstersit de Fest. Graec. in Εἰρεσιώνη,

legique iussit, προηρόσια ὑπὲρ ἁπάντων θῦσαι Ἀθηναίους· *nam quod additur*, inquit, θυσίαν, *glossema est explicantis* προηρόσια, *quod ex margine in contextum irrepsit.* Quin ab eo nonnihil discederet, temperare sibi non potuit Io. Meursius, deditque aliquoties Προηροσίᾳ τῇ Δηοῖ, quam Latine finxit *Antesementivam*, vel, *Prolusoriam Cererem:* favere videatur C. LB. in quo scriptum προηροσία τῇ δηοῖ, iota pro more non subnotato: at contra stat articulus τῇ, cui Meursius praepostere corrigendo situm adtribuit eum, qui ex consuetudine linguae Graecae defendi nequeat. Bene Kusterus Castellani laudabilem operam expolivit, addiditque ad libri sui marginem in ed. nescio qua eandem lectionem inveniri: sic autem nihil est necesse expungi θυσίαν, quasi glossema aliunde invectum. Ego praeterea recte me facturum putavi, si scholiastem ex Suida locupletarem adiiciendo τῇ Δηοῖ, quod ille a se sumtum optimo iure repetat: idem pro τὸν Δία Lysiae restituit Kusterus apud Suidam in Προηροσίαι, praeventus tamen ab Henr. Valesio ad Harpocr. p. 1. verbis autem Lysiae male adfectis nullam opem confert codex noster LB. ut qui vice τοῦ προηροσίαν mendosius etiam παῤῥησίαν exhibeat. De primitiis vero frugum ab universis Graecis olim Athenas missis eximius est Aristidis locus in Panath. p. 182. A. quamvis originem honoris aliam, ac scholiastes, prodat: μνημεῖον δὲ καὶ σύμβολον τῆς θείας ἐκείνης πομπῆς, καὶ τῆς εἰς ἅπαντας εὐεργεσίας αἱ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἀπαρχαὶ δεῦρο ἀφικόμεναι καθ' ἕκαστον ἔτος τῶν σπερμάτων ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων· et in Eleus. p. 450. C. Hemst.

146, 13. προηροσίαν] Antea male πρὸς εἰρεσίαν. Vide Suidam v. προηροσίαι. Kust.

146, 16. Ἡλίῳ καὶ] Absunt a cunctis edd. Suidam rescribere scholiastae iussi, quod illi acceptum tulerat: concordat scholion ad Equ. v. 725. Πυανεψίοις καὶ Θαργηλίοις Ἡλίῳ καὶ Ὥραις ἑορτάζουσιν Ἀθηναῖοι· neque alia est ἡ Ἀθήνησιν ἔτι καὶ νῦν δρωμένη πομπὴ Ἡλίου τε καὶ Ὡρῶν apud Porphyr. περὶ Ἀ. Ἐ. II. §. 7. Sunt autem τὰ προκατειλεγμένα ἀκρόδρυα, quae librario debentur pleniorem descriptionem, quia supe-

rioribus erat similis, recidenti, non, *illa prius electa frugum genera*, ut Meursio Latine vertere placuit in *Πυανέψια*, sed *ante recensiti enumeratique fructus arbutei*. HEMST.

146, 24. *ζητούσης*] Ut structurae simul et sententiae satisfiat, repone *ζητοῦσαν*· scilicet *τὴν γραῦν*. HEMST.

146, 27. *οὕτως Ἀττικοί*] Suidas exscripsit in *Παιδιά*· multum discedit ab edd. C. LB. *Παιδία*· (hoc ipso accentu, licet in prioribus itidem *παιδιὰ* praeferat) *οὕτως Ἀττικοὶ βραχυκαταλήκτως καὶ παροξυτόνως* etc. Haec bene congruunt cum Etymol. p. 657. v. 50. *Τὸ γὰρ σημαῖνον τὸ παίγνιον διὰ τοῦ ι γράφεται· καὶ παρ' ἡμῖν μὲν ὀξύνεται, οἷον παιδιά· παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις βαρύνεται, οἷον παιδία*· nec dubito fere, quin ea ratio sit magis probanda. HEMST. Vide Athenaeum VII. p. 323. C. Dobraeum p. 192.

146, 31. *δέον εἰπεῖν*] Hoc primum scholion paulo amplius in C. LB. *Δέον εἰπεῖν πόσα κάρυα ἔχεις, ἐπεὶ εἶπε, λαβοῦσα κάρυα, καὶ ἦν ὁ λόγος περὶ καρύων, ὁ δὲ ὀδόντας εἶπε παίζων διὰ τὸ γραῦν αὐτὴν οὖσαν ὀδόντας ἔχειν ὀλίγους.* In sequentibus Aldina maculata: *Ἄλλως κάρυα, εἶπεν ἀντὶ τοῦ πόσα ἔχεις κάρυα*· nec secus Fl. Res ipsa Gelenium instaurare locum docuit, prout in ceteris deinceps edd. est scriptus. In *Παιδιὰ* Suidas quae proxime succedunt exsignavit: *Παιδιά τις ἐστὶ τοιαύτη παρὰ Ἀθηναίοις· δραξάμενός τις* etc. tum, *ἐρωτᾷ, πόσα ἔχω*· et ad finem, *ἔχων ἐν τῇ χειρί*. Habet itidem, quod Kusterus reposuit, *ἀποτίνει*· sed vetus liber, *ἀποτείνει*· qui scribendi mos in membranis antiquis satis est usitatus in litera *ι* producta, quemadmodum *λειμὸς, εἴλη, εἶπος* etc. cuius generis segetem apud Hesychium reperire licet. Viderat etiam Bulengerus, qui scholiastae verba hunc in modum Latina fecit de Lud. Vet. c. VI. *Quum aliquis pugno incluserit nuces, extenta manu dicit, quot latent nuces hic? Si, qui rogatus est, numerum divinarit, lucratur id, quod erat in manu: si aberraverit, ἀποτίνει τόσα, tantundem de suo exsolvit.* HEMST.

P. 147, 1. *παιδιὰ γάρ ἐστι τ.*] Vide Suidam v. *παιδιά*, ubi locum hunc descripsit. Kust.

147, 4. *ἀποτίνει*] Sic rescripsi pro *ἀποτείνει*, quod priores editiones male habent. *ἀποτίνειν* autem hic est, *pendere, solvere:* unde *ἀπότισον*, quo verbo utitur comicus noster versu statim sequente 1060. quod facit ut de veritate emendationis nostrae minime dubitandum credamus. Kust.

147, 8. *γωνιακόν*] Neque hoc Du Cangium effugit in App. ad Gl. M. et I. Gr. ita scribentem: *Γωνιακὸν, Cuneus, γόμφος, Gallis* un Coin. *Glossae interlineares MSS. in Aristophanis Plutum: ἕνα γὰρ μόνον γόμφιον φορεῖ, γωνιακόν.* Quid cunei mentio huc faciat, non video: dicuntur enim hi dentes, ut revera sunt, *γωνιαῖοι, γωνιακοὶ*, quae forma recentioris aevi, quasi angulares, vel angularii: sic *γωνιαῖον* vetus Onomasticon interpretatur; idque vocabulum leviter in Hesychio depravatum: *Κεφαλῆται, οἱ γωνιαροὶ λίθοι.* Suidas etiam male, *Γομφίους, τοὺς προσθίους ὀδόντας·* quam explicationem ipse melius adhibuit ad *Τομεῖς.* Hemst.

147, 11. 12. Vide Dobraeum p. 193.

147, 22. *ωθυλεύουσι*] Suidas v. *καπηλικῶς* et v. *ὄνθος*, ubi locum hunc descripsit, habet *ὀνθυλεύουσι*, quomodo etiam vel apud Suidam vel scholiasten comici nostri olim legit Eustathius ad Il. Ψ. pag. 1329. ubi hunc ipsum locum tanquam ex anonymo adducit. Verba eius haec sunt: *ἐνταῦθα δὲ σκοπητέον, εἰ καὶ τὸ ὀνθυλεύειν ἐκ τοῦ ὄνθος παράγεται κωμικώτερον, διὰ τὴν τῶν ὀνθυλευόντων περιεργίαν. χρῆσις δὲ τοιαύτης λέξεως καὶ παρὰ τῷ εἰπόντι, ὡς ὀνθυλεύουσι τὸν οἶνον, παραμιγνύντες αὐτῷ σαπρόν.* Quare et hic apud scholiasten scribendum erit *ὀνθυλεύοντες. ὀνθυλεύειν* autem quod hic notat *vinum adulterare*, alias significat *cibos condire*, iisque arte quadam saporem gratum conciliare, quo sensu occurrit apud Athen. lib. VII. pag. 326. et lib. XIV. p. 661. B. Polluci etiam *ὀνθυλεύσεις* dicuntur *αἱ περιτταὶ σκευασίαι, cibi multa arte conditi.* Quoniam igitur caupones vinum adulterantes arte qua-

dam gratum saporem ei conciliare student, quem tamen factitium esse et quaesitum facile deprehendunt quibus palatum est doctum, hinc τὸ ὀνθυλεύειν scholiastes eo quo diximus sensu hic accepit. KUST. ὀνθυλεύουσι] Is. Vossius in ora libri sui: ὠνθυλεύουσι. Verum est, ut Kusterus admonuit, ὀνθυλεύουσι· quod quum bis Suidas, ubi scholiastae verba descripsit, repraesentet, idque ab Eustathio praeterea confirmetur, nihil erat causae, cur in pristinam sedem referre cunctarer. Alioqui legendum fuerat νοθεύουσι, quod neque ipsum in adulterando vino est ignotum. Ὀνθυλεύειν autem dixerunt, et μονθυλεύειν· quod posterius etsi facessere iubeat Phrynich. p. 64. exponens μολύνοντα ταράττειν, utrasque tamen ὀνθυλεύσειν et μονθυλεύσεις aeque dignas habuit Pollux, quas adnotaret VI, 60. ὀνθυλεύσις solo contentus S. 91. quanquam ibi, tacentibus reliquis MSS. Falckenburgianus ostendat βονθυλεύειν, perinde ac superiore loco βονθυλεύσεις· depravate scilicet pro μονθυλεύειν· quomodo frequentissime confusa reperiri μ et β, quis est priscarum literarum tam inperitus, qui nesciat? Neque dubito, quin ex eiusmodi errore prodierint Hesychii *Βομβυλεύματα*, vel potius, ut scribi debent, ordine quoque vocabulorum non repugnante, *Βονθυλεύματα*· nam Casauboni βομβυθυλεύειν, et βομβυθυλεύματα qualia sint, aut unde derivata, exputare nequeo. Quod autem vir maximus ad Athen. I, 4. censet, *originem dedisse huic voci coloris aliquam similitudinem inter condimentum ita vocatum, et veram* ὄνθον, perquam tenuem habet veri speciem: equidem haud adsperner Kuhnii rationem ad Poll. VI, 91. quam fulcit prima verbi potestas ex vetustis grammaticis a Suida conservata in Ὠνθυλευμένος, ὁ κοπρίας γέμων· quomodo dici potuit stercoratus ager, et laetamine saturatus: nec quicquam officiunt, quae a Stephano proferuntur ad Ὀνθυλεύειν in Th. Gr. L. Ind. Car. Du Cangius in Glossarium M. et I. Gr. adscivit *Μονθηλευτή*· Phavorinus Camers: *Καρύκκη, κοιλία, ἣν νῦν μονθηλευτὴν καλοῦσι*· minus caute: Suidas integra voce in *Καρύκη, μονθυλευτήν*· uterque sumsit ab Aristophanis schol. ad Equ. v. 342. cuius corruptam, quae in editis extat, le-

ctionem Phavorinus expressit. Ceterum contractior est apud Suidam enarratoris nostri adnotatio: *Καπηλικῶς· ἀντὶ τοῦ πανουργικῶς·* (miro errore C. LB. *πανηγυρικῶς*) *ἐπεὶ οἱ κάπηλοι ὀνθυλεύουσι τὸν οἶνον* etc. interiecta prorsus resecat, quae tamen commode retinentur, utpote ad explicandum *καπηλικῶς* satis adposita, praesertim quum in comico *τοῦ προσώπου τὰ ῥάκη* confestim sequantur. Sunt enimvero et *ἱματιοκάπηλοι*, qui coemtas ab aliis vestes iam detritas quam possunt nitidissime reficiunt, ut novas fere mentiantur, et emtori parum cauto facile inponant: haud aliter anus illa pannosam frontem cerussa renovaverat. Porro Suidam nobis edd. locupletiorem faciunt, quam MS. LB. qui adsutum illud ad finem articuli, *οἱ κάπηλοι ὑμῶν θολοῦσι τὸν οἶνον*, repudiat: videtur autem nescio cuius interpretatio Iesaiae I, 22. ubi nunc in versione Graeca: *οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι.* Hemst.

147, 23. *κωμαστικῶς*] Cum primum in hunc locum incidi, vidi statim legendum esse *κομμωτικῶς.* Kust. *κομμωτικῶς*] Praecedentes edd. *κωμαστικῶς·* ad marginem libri adleverat Is. Vossius, *κομμοτικῶς*, litera duntaxat male scripta aberrans: genuinum quippe, quod nec Kusterum praeteriit, *κομμωτικῶς.* Ad illud quidem restituendum vetusto codice non indigebamus, quandoquidem ipsa res loquitur: nunc tamen nihil est causae, cur quicquam nos moretur, postquam auctoritas accessit libri LBatavi, qui simul et vitii fontem et veram lectionem patefacit: nam inter versus supra *καπηλικῶς* additur *κωμωτικῶς* eum in modum scriptum, ut minus adtentos oculos frustrari possit, et pro *κωμαστικῶς* accipi: verum in ora literis integris adnotatio talis est consignata: *Καπηλικῶς· κομμωτικῶς ὀφείλων κἀνταῦθα εἰπεῖν, καπηλικῶς πάλιν εἶπε παίζων. Κομμωτικὸν* autem est praeter naturalem formam conquisitis extrinsecus ornamentis curiosius excultum: *κομμοῦν* enim, et, quod Lexica nondum norunt, *ἐπικομμοῦν* apud Themist. Orat. XIII. p. 167. C. propria ratione pertinet ad comtum muliebrem, qui nonnunquam naturam iuvat, saepius corrumpit: inde *κομμωταὶ* et *κομ-*

μώτριαι in feminarum ministeriis, de quibus Wouwerius ad Petron. p. 612. et ars κομμωτική, quam aversatur ἡ γυμναστική, teste Luciano de Hist. conscrib. modo p. 694. D. Hinc ad orationis calamistros transfertur in utramque partem, sic tamen, ut semper adfectatam et adventicio cultu expolitam scribendi formam significet: multum eos damnat Lucianus p. 864. qui ad concinnandum Historiam adhibent poëtices κομμώματα, non levius peccantes, quam si quis robustum athletam purpureis amiciat, καὶ φύκιον ἐντρίβοι, καὶ ψιμύθιον τῷ προσώπῳ. Vox recentioribus adamata: Photio iudice, Isocratis ἐπανθεῖ τοῖς λόγοις οὐ μόνον ἔμφυτον, ἀλλὰ καὶ κομμωτικὸν κάλλος Biblioth. p. 749. Apud Eustath. ad Il. A. p. 96. Nestor οὐ μόνον ταῖς ἐννοίαις ἡδὺς, ἀλλὰ καὶ τῇ φράσει κομμωτικός. Psellus Heliodoro tribuit τὸ κάλλος τοῦ λόγου οὔτε πάνυ κομμωτικὸν καὶ θεατρικὸν, οὔτε μὴν Ἀττικόν τε καὶ ὑπερήφανον. Vid. Hermogenem περὶ Ἰδ. p. 305. et 353. οἷον κόσμός τις ἐπικείμενος ἔξωθεν κομμωτικός. Haec eo libuit adferre, ut citius tibi remedium in promtu sit, sicubi vitiatum offendas: nam saepe abiit in κωμῳδικός, velut in Luciani schol. ad Δὶς Κατηγ. p. 29. quo loco pro, ὃ ἐπὶ τῆς ἀπαγγελίας κωμῳδικῆς διεξέρχονται, legendum est, κομμωτικῆς, aut certe κομμωτικῶς· nonnunquam in κομματικός· utriusque mendae tum alibi, tum in Marcellini commentariis ad Hermogenem exempla reperiuntur. Hemst.

P. 148, 4. Post συνουσιάζει excidit σε.

148, 4. συνουσιάζει σε] Huic verbo an a recentioribus Graecis addita sit, quam hic obtinere debet, potestas *ad concubitum sollicitandi*, dicere non possum: confirmat certe vulgatam Suidae lectionem, Πειρῶν, προσβάλλων, συνουσιάζων· quam doctissimus editor, sine dubio motus verbi insolentia, refingi voluit in προσβάλλων περὶ συνουσίας. Συνεύει. C. D'O. de quo notavi ad v. 150. Hemst.

148, 17. τὸ συνουσιάζειν] Ridiculum est, et valde ineptum, quod hic a scholiaste adnotatur: sed illum quidem culpa liberavero, quae omnis est per

librarium: exterminaveris enim τὸ συνουσιάζειν, reliqua optime consistent: nam revera, quod docere voluit, τὸ τί indignanti fere convenit, ac subirato. Unde vero τὸ συνουσιάζειν huc invectum? fuerat exponendis, ut auguror, aliis comici verbis adfixum, quibus per incuriam omissis, aut vetustate detritis, antiquarii oscitantis opera migravit in alienam sedem: adest autem in proximo, cui commoda satis interpretatio inngatur v. 1079. Τοῦτο, vel, τοῦτο ποιεῖν] τὸ συνουσιάζειν. Neque tamen obnitar, si quis potius existimet, oculi vitio, versum unum atque alterum in describendo praetervidentis, accidisse, ut ex subiecto scholio huc fuerit translatum: quo mendi genere compertum est loca veterum haud pauca fuisse contaminata: velut ad Lysistr. v. 155. τὸ τοῦ Φερεκράτους, quod cursum orationis interturbat, eliminandum est, ab ea, quam dixi, causa natum. Hemst.

148, 24. Codex συνεχῶς οὖν ἐνεδίδουν. Correxit Schaeferus.

148, 33. ἐπιτρέψει] Omnes edd. ἐπιτρέψῃ, et παραιτώμενος· utrumque ad normam Graecae linguae refinxi. Vix perspicias, quomodo, si personae iuvenis aptentur, ὁ δ' ἐπιτρέψων ἐστὶ τίς; sensum expediri velit. Si mentem eius adsequor, ita censuit accipienda, quasi primum adolescens acerbam dilectissimae suae amissionem dolere se fingat: *an quisquam erit, per quem mihi liceat ea frui?* tu ipse, Chremyle, qui mihi iam visus es illam adtrectare, alii plures amore capti intercedetis: tum repente, abiecta simulatione, quam ne puncto quidem temporis sustinere poterat, cum stomacho erumpit: *Equidem, ut sine dolo dicam, rem nullus habuerim cum ea, quam contabefactam atque exinanitam infinitus annorum numerus misere subegit.* Quam haec longe quaesita sint, cuivis facile patet. Hemst.

P. 149, 2. ἐξηραμμένη] Haec ego a pluribus lecta fuisse puto, quam intellecta: nemo vel verbulo loci difficultatem indicavit, in quo tamen interpretationes diversae multumque dissidentes ita commiscen-

tur, ut quid quisque grammaticorum cogitaverit, quam vim et originem verbo, quod explicabat, adtribuerit, indagari vix possit. Ut ut vocabulum est nequam et parum honestum, singula lectoris iuvandi causa leviter percurramus, quaeque nos morentur, demonstremus, quo aliis ansa praebeatur, si libuerit, subtilius exquirendi. Ἐξηραμένη in cunctis edd. ut vetustarum est mos, ante Kusterum. *Γαμηθείση* contaminatum videtur: nec multum prodest color a Kustero inductus. Non me fugiunt, quae de *γάμῳ*, *γαμεῖν*, *nuptiis*, *connubio*, quando in sensum turpiorem deflectunt, ab Erhardo ad Petronium, Munckero ad Hyginum, Barthio variis in locis adnotantur: sed ut compressa crebroque subagitata sic nude dicatur *γαμηθεῖσα*, illud enimvero ab usu Graecorum abhorrere puto: non aliunde tamen recentiores petiverunt suum *γεγαμημένη*, quod ex eorum mente non sensu illo turpiore, ut opinor, sed proprio sumendum est; cui proinde respondet ἐτῶν pro *πολιτῶν*, quasi dixisset Aristophanes, *O tu, quae sexcentorum iam pridem civium matrimonium tenuisti.* Haec tamen ut paulo timidius adfirmem, in causa est interpretatio, quam inferius ad ἐπίττουν v. 1094. ex utroque cod. MS. prolatam invenies. Suspicabar olim scriptum fuisse, ἐξαναρθείση, quod aptissime praecedenti verbo iungitur, et singularem vim habet, quippe de arboribus exarescentibus usurpatum ab Herodoto IV, 150 pauloque aliter c. 173. *ὁ τότος . . . τὰ ἕλυτρα τῶν ὑδάτων ἐξηύηνε·* dum nihil occurrit certius, hariolari me fateor. Arefaciendi vero potestas et exsiccandi quo fundamento sit nixa, quove iure ponatur in *διασπεκλοῦν*, aut *διασπλεκοῦν*, equidem non capio: interpretationes tamen hoc ordine potius coniungi placet, *ἐξηραμμένη*, *ἐξαναρθείση*, *ἀχρήστῳ πρὸς συνουσίαν διὰ τὸ γῆρας· ἢ ἐν τῇ συνουσίᾳ κατατετριμμένη· σπεκλοῦν γὰρ . . . καὶ σπέκλωμα* etc. ut concinnius, quae significandi indole propiora sunt, copulentur: idemque in sequentibus etiam praestari, non fuerit alienum; quis enim hanc aptiorem esse disponendi rationem neget? *ἢ πρὸς συνουσίαν ἀχρήστῳ γινομένη καὶ πεπαλαιωμένη, διαλελυμένη κυρίως, ὡς ἐπὶ σχοινίων τῶν πλακέντων, εἶτα διαλυθέντων ἐν χρόνῳ.*

Manifestum videtur, interpretationem alterius esse grammatici, et ab alio longe principio derivatam, licet ad eandem originem τοῦ πλέκειν, non secus atque prior fecerat, referatur: is etenim causam reddiderat τοῦ σπλεκοῦν παρὰ τὸ πλέκεσθαι ea virtute, quae est in συμπλέκεσθαι, quod inter plura generis illius verba recenseatur a Poll. V, 92. Lucian. Asin. p. 119. συμπλέκου τῷ ἀνταγωνιστῇ· hic contra proprietatem τοῦ σπλεκοῦν sitam existimavit in torquendis nectendisque funibus, quorum inplicationes et iunctura si longa aetate et frequenti usu dissolvantur, id scilicet fuerit praecipue διασπλεκοῦσθαι· inde postea ductum, ut mulier crebra venere fatiscens et corrupta dicatur διεσπλεκωμένη. Cetera porro sunt hunc in modum continuanda: ἢ ὑπεσπληγισμένη, καταδιεσπλεκωμένη, καὶ ὑπὸ πολλῶν ἐν συνουσίᾳ τετριμμένη· ubi sane quid valeat, aut quorsum ὑπεσπληγισμένη, ignorare me non dissimulo. Primum de mendo cogitabam, atque adeo in sedem eius vocabuli substituendum videbatur, ὑπεσποδισμένη, vel ὑπεσποδημένη· praesertim quum Hesychius ad explicandum διεσπεκλωμένη adhibeat διεσποδημένη, et praeterea Κατασπλεκῶσαι perinde ac Κατασποδῆσαι eodem verbo καταλάσαι, quod est *permolere*, declaret: accedebat Poll. IV, 92, 93. similibus aliis intermiscens σποδεῖν et σπλεκοῦν· nec dubium est, quin apud eum pro στενάσαι, voce nihili hac in re, utrumvis ex MSS. σποδίσαι, aut σποδῆσαι sit revocandum. Verum idem ille, qui huc me inpulerat, Hesychius retraxit: habet enim, Ὑπεσπληγισμένον, ὑποπιασμένον, ἢ πεποικιλμένον, quae tantum abest, ut dubitationi nostrae succurrant, ut novae insuper difficultatis materiam suppeditent. Hoc liquido, ni fallor, adfirmare licet, vocem eam ex comicorum aliquo fuisse sumtam, nec grammaticos satis habuisse constitutum, quae genuina foret potestas. Haec autem sunt parumper vitiata: aut legendum enim ὑπωπιασμένον, aut ὑποπεπιασμένον, quae verba facillime commutari vel ex notissimo Pauli loco constat. Si prius adrideat, eodem redibit utraque interpretatio, significabitque, *ex sugillatione lividum, variatum*, ut Plautus ait, *virgis ac loris;* quomodo ποικίλλεσθαι Graecis usurpari, et ποικίλον saepe non

aliud esse, quam quod πελιδνὸν, compertum habetur: et eo quidem pacto notandi principium a colore lienis simili fuerit repetendum. Sin alterum anteponi probes, tum ratio erit explicandi vocabuli diversa: nam qui ὑποπεπιασμένον fuit interpretatus, ὑπεσπληνισμένον, formatum a medicorum σπλῆσι, σπληνίοις vel *spleniis*, accepit quasi *spleniatum*, *spleniis*, sive *pulvinis adfultis compressum*: hae quippe fasciolae spissius complicatae et tumoribus coercendis, et lanae succidae laneisve panniculis ad vulnera admotis superdari solent, ut patet ex Paulo Aegin. IV, 5. διαμοτώσαντες ξηροῖς τιλτοῖς, καὶ σπληνίον ἐπιθέντες ἐπιδήσωμεν· eleganti figura Philemon opportunos amici sermones valere dixit ad temperandam moestitiam, Ὡς σπληνίον πρὸς ἕλκος οἰκείως τεθέν. Illud autem ὑπεσπληνίσθαι ab hac causa quam facile potuerit ad sensum turpiculum detorqueri, Latinorum usus in *comprimendi compressusque* verbis ostendit. Exinde suspicio me tetigit variae lectionis in comico nostro, cuius forte prisca quaedam editio ὑπεσπληνισμένη praetulerit pro διεσπλεκωμένη· quod, si id ageretur, paribus exemplis adfatim confirmari posset. Sed haec qualiacumque tanquam per saturam congesta secernendi diiudicandique potestatem aequo lectori lubens facio. Nihil ad haec auxilii a Suida, qui ista non invenerit in suo volumine, an cautus dissimularit, haud temere adfirmem: postrema tantum huius scholii, τὸ δὲ σπεκλοῦν etc. descripsit in Διεσπεκλωμένη et Πλεκοῦν· neque nullum est in eo lectionis discrimen: nam posteriore loco verbis Aristophanis ex Lysist. v. 152. depromtis continuo subiicit: κατὰ δὲ μετάθεσιν πλεκοῦν (ed. Mediol. πεκλοῦν, quod causa non erat, cur in aliam formam transire iuberetur) καὶ σπεκλοῦν τὸ αὐτό· τάττεται δὲ τὸ πλεκοῦν ἐπὶ τοῦ συνουσιάζειν οὐχ ὡς προηγουμένως τούτου σημαινομένου τάττουσιν, ἀλλ' ὅμοιον π. σ. σωματοποιοῦντες, καὶ μ. ἐν οἷς τὸ εὐθυρρημονεῖν ἐνίσταται. Si fidem sequimur codicis LBatavi, spuria sunt haec cuncta, et repudianda: quicquid enim inter comici versum, et Πλεονεξία· παρὰ τοῖς ῥήτορσιν etc. legitur interiectum, omnino abiecit: et sane peregrinam manum redolent, quae crebrius, quam par erat, externa merce, eaque

non optima, Suidam locupletavit. Idem vetus liber priore loco nihil ab editis dissentit, nisi quod *Διεσπλεκωμένη* non in capite solum, sed in ipso quoque comici versu claris literis ostendat: quod utique non parvi est momenti ad eam scribendi rationem constabiliendam: eodem tendit origo a scholiaste monstrata *παρὰ τὸ πλέκεσθαι*, ut minime dubitandum putem, quin dederit, *σπλεκοῦν γὰρ*, et *σπλέκωμα*, quod quum explicat *τὸν ἦχον τῆς συνουσίας*, adludere mihi simul videtur ad *ληκεῖν*, *λακεῖν*, *ληκᾶσθαι*, quorum eadem in re fuit usus apud comicos. Quid quod Hesychius etiam suggerat et *Σπλεκοῦν*, cui Pollux accedit V. 93. et *Κατασπλεκῶσαι*· quo probabilius est pro *Διεσπεκλωμένη* melius reponi, quod per ordinem literarum licet, *Διεσπλεκωμένη*. Haec firmantur ab Aristophanis *πλεκοῦν* in Lysistr. v. 152. ubi quanquam Is. Vossius ad exemplaris sui marginem adposuerit, *vel σπλεκοῦν*, scriptus tamen liber editionibus congruit: quamobrem nec comico nostro negandum censeam *διεσπλεκωμένη*. In reliquis mutuam sibi praestant operam scholiastes et Suidas: *τοῦτο σημαῖνον* legatur, an *τούτου σημαινομένου*, *ὅμοιον*, an *ὁμοίως*, quanquam hoc malim, nihil interest. Paulo maiorem habet difficultatem, quo scholium hoc clauditur, verbum *ἴστατο*· id ego vel explicandum existimabam, *in quibus sermonis inverecundia, rectorumque vocabulorum usus stabat, interquiescebat, atque adeo ab honestis auribus aegre admittebatur*; vel iuvandum addita negatione, *οὐχ ἴστατο*, quod pleniorem sensum gignit; *ἵστασθαι* enim dicuntur, quae in mores abierunt, et communi consuetudine statum quasi publicum acceperunt. Verum intercedit Suidas tam editus, quam noster ille cariosus, praebetque binis quidem locis *ἐνίσταται*· quod qui Latine verterunt, *quando aperte aliquid eloqui pudor vetat*, sententiam, quam ipsa res sponte subiiciebat, magis sunt adsecuti, quam vim locutionis Graecae: nam, si modo sanum sit illud *ἐνίσταται*, non video, qui possit aliter capi, atque *reprimitur, cohibetur, non conceditur*. *Εὐθυῤῥήμων* vero solet ille quidem adpellari et qui vera loquitur animose, et qui rem ipsam nullo fucatam colore breviter et sine ambagibus enunciat; qua-

lis Lacedaemoniorum ἀφελὴς καὶ σύντομος εὐθυρρημοσυνη contrariam habet, apud Sext. Empir. Ἀντιῤῥ. II. §. 22. τὴν τερθρείαν τὴν ῥητορικήν· et Sophocles nulla circuitione usus εὐθυρρημόνως γράφει, teste Clem. Alex. Strom. V. p. 716. v. 4. matri, quaecumque illa, quam designat, fuerit, non Iovem intulisse stuprum, at plane hominem adulterum. Sed εὐθυῤῥήμονες praeterea restrictiore potestate, qui rem turpem, quaeque castas aures offendat, nullis orationis involucris obvelant, verum inprobioribus verbis parumque verecundis proferre non refugiunt; ut Cynici semper; saepe Stoïci. Trebonius Ciceroni Epp. ad Famil. XII, 16. *In quibus versiculis si tibi quibusdam verbis* εὐθυῤῥημονέστερος *videbor, turpitudo personae eius in quam liberius invehimur, nos vindicabit.* Clem. Alex. Strom. II. p. 459. Crates ἐν ἄλλοις εὐθυρημόνως γράφει, τῆς εἰς τὰ ἀφροδίσια ἀκατασχέτου ὁρμῆς κατάπλασμα εἶναι λιμόν· εἰ δὲ μὴ, βρόχον. Ea est causa, quamobrem a Polluce iungantur αἰσχορῥημοσύνη καὶ εὐθυῤῥημοσύνη II, 129. neque iam obscurum est, quid scholiastae sit εὐθυῤῥημονεῖν. Similiter apud Suid. in Εὐθυῤῥήμων (quod in Hesychio perperam scribi arbitror, Εὐθυῤῥῆμος, ἐτυμολόγος.) talis vetusti scriptoris locus promitur: ὅτε λέγει Ἀριστοφάνης τὸ δεῖνα, τὸ ῥηθησόμενον ἀηδὲς ἐκφεύγειν εὐθέως λέγει, ἵνα μὴ εὐθυῤῥημονήσῃ· ubi primum, quod iam ante coniectando pervestigaveram, ἐκφεύγει εὐθέως λέγειν, perspicue scriptum est in C. LB. deinde, si quis comicum adeat in Acharn. v. 1148. non amplius dubitabit, quin ex antiquis ad eum locum scholiis, quae interciderunt, haec sint depromta: nunc nihil aliud adnotatum, quam, τὸ δεῖνα, τουτέστι, τὸ αἰδοῖον κατ' εὐφημισμόν. Denique quod explicandae voci εὐθυῤῥήμων additur ab initio εὐθυλόγος, prorsus omisit C. LB. Porro vim paulo laxiorem posuit in εὐθυῤῥημονεῖν Sext. Empir. p. 300. ubi τὰς μεταλήψεις τῶν λέξεων fieri monet ἤτοι ὑπὲρ τοῦ μὴ εὐθυρρημονεῖν, προσκοπὴν φέροντος τοῦ εὐθέος ῥήματος, ἢ ὑπὲρ τοῦ τι σαφηνίζειν. notandum est, quod rarius obvium, εὐθὺ ῥῆμα, proprium vocabulum et sincerum, nullaque figura indutum, quod, si quid offensionis pariat, translato verecunde mutatur. Hemst.

149, 2. *γαμηθείσῃ*] *γαμεῖν* apud Graecos aliquando accipitur pro *puellam comprimere*, vel *vitiare*, uti hoc loco. Eodem sensu vox ista occurrit apud Lucianum in Asino p. 99. ed. Amstel. ubi haec leguntur: *τὴν δὲ γυναῖκα εἰς τὴν ὁδὸν ἀνατρέψας γαμεῖν ἐβούλετο, ἕως ἄλλος ἄλλοθεν ἐκδραμόντες ἠμύναμεν τῇ γυναικί.* Kust. De hoc usu verbi *γαμεῖν* v. Villoison. Prolegom. ad Homer. Iliad. p. X. Schaefer.

149, 26. Ad *ὑπὸ μυρίων ἐτῶν* adscriptum praefert C. LB. *λίαν πολλῶν πολιτῶν*, D'O. *χρόνων ἢ πολιτῶν·* ubi *χρόνοι* pro more serioris Graeciae sunt anni, quemadmodum in Hesychio, *Ἔτη, χρόνοι·* et Moschop. *περὶ Σχεδ.* p. 152. *Ἔνος, ὁ χρόνος. Ἐνιαύσιον, τὸ χρονιαῖον.* eamque vocem Thom. Magister in *Πρυτανεῖον* posuit, ubi Ammonius et Etymologus dederant *ἐνιαυτός·* vide Io. Meursium et Car. Du Cang. Gl. M. et I. Gr. *Πολιτῶν* autem pertinet ad *ἐτῶν*, si deducatur ab *ἔτης, ἔται*, quos veteres apud Homerum inter alia quoque *πολίτας* exponunt: Hesych. in v. et *Ξυνέται, συμπολῖται. Ὦ ἕτα, πολῖτα.* quae paulo deterius in eo scripta offendes. Haec mire succinunt iis, quae prodidit vir eruditiss. Io. Alberti Miscell. Crit. in Suid. p. 285. cui scilicet, non secus ac nostris grammaticis, *ἐτῶν* reddendum potius videtur per *familiares, amicos, i. e. amatores:* meliorem enim sensum exire, si vertas, *mulier a decies terque mille* (*i. e. infinitis*) *amatoribus subagitata.* Commentum argutum: nihilominus adhaerendum existimo scholiastae veteris explicationi. Sexcenta sunt eiusmodi in Aristophane et Plauto, quorum omnis lepor in eo consistit, quod praeceptam ex iam auditis animo cogitationem, alio longe, quam quod expectabatur, suffecto vocabulo, ridicule frustrentur. Hemst.

149, 29. *πολλάκις*] Edd. priscae: *Καὶ τρύγασε. πολλάκις* etc. inutilem syllabam abegit Kusterus. Idem apud Suid. in *Συνεκποτέ· ἐστί σοι τὴν τρύγα* nobis dedit: *παλαιοὶ δὲ τρύγα καὶ τὸν νέον οἶνον ἐκάλουν· νῦν δὲ τὴν ὑποστάθμην·* nescio quo iure; siquidem editio prima non secus ac scholiastes, *πολλάκις δὲ τρύγα* etc. nec dissentit C. LB. in quo tamen articuli caput ita

scriptum reperi: *Συνεκπομπεύειν ἐστὶ καὶ τὴν τρύγα σοι συνεκποτέ στι σοι·* ex quibus profecto nihil est prius, quam ut suspiceris quaedam interiisse: *συνεκπομπεύειν* certe ordini literarum accurate respondet; excideritque forte, quod huic verbo confirmando adiectum erat exemplum: quo factum est, ut initium sequentis articuli aliquantulum turbaretur. Ceterum Suidas, tanquam si proverbium exponeret, addidit: *ἐπὶ τοῦ ἀρξαμένου τινὸς πράγματος, εἶτα ὀλιγωρήσαντος·* quod ab Apostolio solum est excerptum: paulo quidem obscurius: liquet autem satis, figura proverbiali hoc dicere voluisse Chremylum: Quum anuculae quanquam decrepitae, ut egestatem tuam larga liberalitate sublevaret, morem gesseris, tuum nunc est, ut ne faeces vetulae senilesque sordes, postquam repente locupletatus alieni auxilii non amplius indiges, utilitatis olim perceptae immemor adsperneris. Manifesta est haec sententia ex adolescentis responso, subditoque statim Chremyli dicto: neque tamen ambigui quiddam hic latere negavero, quod eum in modum intelligi queat, quem Berglerus exposuit ad Alciphr. p. 111. Hemst.

149, 34. Quae vetus enarrator de duplici usu *τῆς τρυγὸς* notat et mustum et faeces significantis, a ceteris itidem grammaticis observantur: Hesych. in *Τρύγα* et *Τρύξ·* schol. Theocr. ad Eid. VII, 70. Suid. in *Τρυγὸς γλυκείας*, quod ab Aristophane sumtum in Pac. v. 575. *τρύγα γὰρ καὶ τὸν νέον οἶνον ἐκάλουν καὶ τὴν ὑποστάθμην.* Faeces autem Attico more *τρύγα* dici, vel *ὑποστάθμην*, quam esse, qui minus recte *ἰλὺν* adpellent, monet Phrynich. p. 12. qui tamen vereor, ut admittat a Thoma Magistro, quum praeceptum eius describeret, additam *ὑπόστασιν·* pari iure damnetur rarius, et adnotatum ab Hesychio vocabulum, *Ὑποβορβόριον, ἢ τρύξ.* Moschopul. *περὶ Σχεδ.* p. 92. *Τρὺξ, τὸ ὑλῶδες τοῦ οἴνου, ἥτις καὶ ὑποστάθμη λέγεται, καὶ τρυγίας.* Hemst.

P. 150, 3. 5. De vocabulis Graeciae vergentis *σακελίζειν, σακλίζειν,* et *σακελιστήριον* consule Car. Du Cang. in Gl. M. et I. Gr. qui ex Glossis MSS. ad Plut.

Aristophanis proponit: *οὐκοῦν τρύγοπος τὸ σακελιστήριον.* Hemst.

150, 14. *οἱ ἄνδρες*] In margine D'O. C. nihil aliud, quam: *τὸ βιάσεται ἐπὶ ἀνδρός.* Recte scholiastes sensum enodavit: sed scenae more ludi in ambigua verbi *βιάζεσθαι* potestate perspicuum est. Hemst.

150, 17. De interpretatione codicis LB. vide Hemsterhusium in Commentariis p. 595.

150, 19. *ἠσέλγουν*] Partem Suidas dedit in *Πιττοῦν·* scholium integrum in *Ἐπίττουν.* Editus habet, *ἠσέλγαινον, κατεφίλουν·* scriptus LB. pariter ac scholiastes, *ἠσέλγουν.* Idem repraesentat *ἔπιττον* tam in articuli fronte, quam in Aristophanis versu: idque licet vitiosum magis convenire videtur sequentibus: *Ἔπιττον δὲ δἰ ἑνὸς τ* etc. Brevius ad oram C. LB. notatur: *Πρότερον ἐπίττουν· ἤγουν ἠσέλγαινον, κατεφίλουν, ἐσυνουσίαζον· πιττοῦν δὲ κυρίως τὸ πίττῃ χρίειν τὰς ναῦς·* omitti vides *πλατείας*, qua voce non invitus caream: neque enim intelligo, quid utilitatis ad rem explicandam adferat, quandoquidem omne navium genus erat *πισσόχριστον·* nisi tamen ad eas sit referendum, quae proprio nomine *πλάται* gravissimis oneribus vehendis inserviebant, ideoque forte pice densius obducebantur. Pro *ἐκίνουν* Kusterus in libro suo *ἐβίνουν* adscripsit; quomodo iam olim apud Suidam in *Ληκώμεθα, βινώμεθα* sibi magis placere ostenderat, quam *κινώμεθα·* mutatione nulla opus est; qua vi *κινεῖν* saepe sumatur, qui Aristophanem triverit, ignorare non potest: neque hoc Kusterum ipsum praeteriit ad Equ. v. 873. unde simul constat, haec verba nonnunquam alterius locum migrare. Hemst.

150, 20. *κατεφίλουν*] Vide Etymologum v. *πατήρ.* Kust.

150, 35. *κογχύλιον*] Suidas excerpsit in *Λεπάς*, cuius locum in edd. valde luxatum partim ex MSS. partim ex nostro scholiaste Kusterus emendavit. Operae sit cognovisse lectionem libri LBatavi: *Λεπὰς δὲ κογχυλίου εἶδος, ὃ τ. π. π. δ. ἐ. ἐπειδάν τις αὐτοῦ β. λ.*

εὐεπίφορος δέ ἐστι τῷ λεπὰς ὁ Ἀριστοφάνης· παρ' ὑπόνοιαν· ὥσπερ λεπὰς πέτρα, οὕτως ἡ γραῦς τῷ μειρακίῳ. Ubi primum κογχυλίου propius ad scholiasten accedit, quam, quod editur, κυχλίου· deinde, quamvis αὐτοῦ, non secus atque edd. scholiorum cunctae, retineat, adscivi tamen αὐτὸ ex legitimae structurae norma: alioqui scribendum fuerat λαβέσθαι. Quod recte Kusterus ex ed. Mediol. observaverat in Suida, hic neglexit. Tum, si ductum libri nostri sequaris, facile refingi posset, εὐεπίφορος δὲ ἐπὶ τὸ λεπὰς ὁ Ἀριστοφάνης. Postremo reiicienda non videtur amplior illa figurae παρ' ὑπόνοιαν explicatio; cui tamen si quis adiungi velit προσίσχεται forte per incuriam praeteritum, per me licebit. Initium scholii coaluit ex binis interpretationibus, ideoque ordinem habet paulo inpediliorem: scribendum est vel, λεπὰς κογχύλιον ἐφιζάνον ταῖς πέτραις καὶ δυσαποσπ. etc. vel, λεπὰς κογχύλιον, ὃ ταῖς πέτραις προσπήγνυται, δυσαποσπάστως ἔχον· opportunus Aeliani locus de Anim. VI, 55. Αἱ λεπάδες, οὐκ ἂν αὐτὰς ἀποσπάσαις τῶν πετρῶν, οὐδ' εἰ λάβοις δακτύλοις τοῦ Μίλωνος· mox: ὅστις δὲ ἐπιχειρεῖ λεπάδα ἀποσπάσαι τῆς πέτρας, ἦ προσέχεται. Praeterea C. LB. margo talem explicationem praebet: Ἡ λεπὰς εἶδος ὀστρέου ἐστίν· ἥτις ἐμπεφυκυῖα τοῖς θαλασσίοις βράγχεσιν (lege, βράχεσιν) ἔχεται αὐτῶν ἄγαν ἰσχυρῶς. Hemst.

P. 151, 20. οὐ θυρίον] Haec in ora LB. C. etiam prostant: melius ibi, quam in cunctis edd. ὕριον· eoque spiritu scribi curavi: accedit ad finem θύμιον, quod in nostris deest. Eustath. ad Il. *B.* p. 268. χ. 8. observari iubet τὸ κώμιον ὑποκοριστικῶς λεχθὲν καὶ προπαροξυτόνως, ὡς καὶ λύρα, λύριον· θύρα, θύριον. Paulo clarius rem totam enucleat Etymologicum Bibliothecae LB. MS. in Λῆδος· ubi docet, si ὑποκοριστικαὶ παραγωγαὶ sint δακτυλικαὶ, πρὸ μιᾶς ἔχειν τὸν τόνον, ut, ψωμίον, ὠτίον, κλειδίον, παιδίον, κηρίον, δαδίον· εἰ δὲ ἐν τρισὶ βράχεσιν ὦσι, προπαροξύνονται· θρόνος, θρόνιον· πτυχὸς, πτύχιον· φλέβιον, τόπιον, ὕριον, μόριον, κόριον, λόγιον. Hemst.

151, 29. Codex ὑπανίγοι. Scrib. ὑπανοίγοι, quem-

admodum Atticorum *παροίγειν* et *παρανοίγειν τὸ θύριον*· Alciphr. III. Ep. 30. Hemst.

P. 152, 4. *καρτέρησον* (corrige typothetae peccatum *κατέρησον*)] *καρτερεῖν* pro *expectare, expectandi causa remanere* communis est et recentioris Graecorum linguae. Hemst. Vid. Valckenar. schol. in N. T. vol. I. p. 319.

152, 22. *τριβλίον*] Ita D'O. ut saepe apud medicos, praesertim in libris vetustis: LB. emendatius *τρυβλίον*. Hemst.

152, 25. *εἰς τὸν ᾅδην*] Hoc quidem in Aristophane declarando nimis Christiane: orcum inferorumque sedes infaustas *βάραθρον* adpellant ecclesiastici scriptores, neque rarum *εἰς βάραθρον τοῦ ᾅδου*, vel *τῆς γεέννης ἐμβληθῆναι*· alias non secus ac Graeci pro *certissima pernicie*, vel *exitio* ponunt, ut monuit Suicerus in Thes. Eccles. quem ego miror persuadere sibi potuisse, *βάραθρον* usquam in bonam partem accipi: nam eo in loco, unde rem inauditam collegit, quid clarius est, quam legi debere *βάθρον*; Hemst.

152, 28. *τῶν θυομένων*] Suidam, ut credo, salebrae deterruerunt, ne quicquam aliud ex hoc scholio praeter haec paucula describeret: *Ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται· τουτέστιν, ἡ γλῶττα τῶν θυομένων τῷ Ἑρμῇ δίδοται· Καλλίστρατος δέ φησι, τῶν θυομένων τὰς γλώττας κήρυξιν ἀπονέμεσθαι*· quae Schottus quum inter proverbia reponeret e Suida collecta, nescio quomodo sit factum, ut hunc Callistrati esse versum incogitanter dicat. Margo C. LB. talem explicationem subministrat: *ἡ γλῶττα — τουτέστι σοῦ* (l. *σοὶ*) — *ἐκκοπείη*. Quae tametsi satis liquido mentem auctoris explicent, nihilominus ad tenebras scholii nostri dispellendas parum conducunt. Quod initio ponitur, *διχῶς νοεῖται*, eius est, qui commentarios veterum ex diversis voluminibus in unum corpus redegit: minus autem opportune collocatum, quam in C. LB. ubi duplex intelligendi versus ratio mox explanatur: caruit hac inserta Suidae liber. De *τῶν θυομένων δεσπότης* bene iudicavit Kusterus: causam haec continere de-

bent, cur lingua victimarum Mercurio cedat; sicut in Athen. I. p. 16. C. *προσνέμονται δὲ αὐτῷ αἱ γλῶσσαι διὰ τὴν ἑρμηνείαν·* ergo videbatur *τῶν ἑρμηνευομένων*, vel potius *τῆς ἑρμηνείας* aeque saltem commodum, ac Kusteri *τοῦ λέγειν*. Pro *καταρωμένων* cogitanti venit in mentem *καταρχομένων·* initium a Mercurio auspicandi sacra ducebatur, quod scilicet eius in honorem primas victimarum linguas prosicerent: *κατάρχεσθαι τῶν θυμάτων* Dionysio Halicarnassensi satis frequens quid sit, exposuerunt Budaeus Comm. L. G. p. 140. Kühn. ad Poll. I, 27. Kuster. ad Aristoph. Av. v. 960. Hanc emendationem qui probaverit, idem facile concedet legendum esse, *καὶ τῶν καταρχομένων* etc. nam ista praecedentibus adnectenda potius, quam per ἤ separanda videantur. Callistrati ratio multum hinc divergit: linguam enim eximiam victimae partem praeconibus adtribui, ideoque hic Mercurio, tanquam qui a Iove missus nunc illo munere fungeretur, omniumque praeterea praeconum tutelam gereret. Iam lectorem adtentum considerare velim, an non melius haec, ordine paulisper mutato, ita legi conveniat: *Καλλίστρατος . . . ἀπορέμεσθαι· καὶ τοῦτο δὲ*, vel, *διὰ τοῦτο δὲ πρὸς τὸν Ἑρμῆν λέγει ἥκοντα παρὰ Διός·* sequitur longe aliud alterius grammatici interpretamentum: *κολακεύων αὐτὸν φησίν· ὅτι . . . θυσίαις· διὸ καὶ τὸν ποιητὴν ποιεῖν τῷ Ἑρμῇ τεμνομένας αὐτάς.* Hic demum quadrat Homeri auctoritas advocata. In proximo scholio, quod itidem a prioribus discedit, vix erit, ut tolerabilem sententiam exsculpas ex istis, *κακὰ συλλέγει·* nisi pro eo positum existimes, quod Eustathius dixit *δύσφημά τινα εἰπεῖν*, quomodo Tragici *τὰς τῶν ἀνθρώπων συμφορὰς συλλέγουσι·* sed planiorem feceris orationem reponendo *κακὰ ἀγγέλλει*, quod ego ferme non dubito, quin genuinum sit. Homeri versus parum adcurate, et de memoria citatus: legitur enim Od. *Γ*, 341. *Γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλον·* nec alibi quicquam in eo reperias, quod huc pertineat. Miror autem grammaticos, qui ex poëtarum principe evincere contendant, Mercurio linguas hostiarum fuisse immolatas, quum tamen Mercurii apud eum mentio in hoc sacro fiat nulla. Sine dubio, quae stellulis adpi-

ctis seclusa sunt, Fracino debentur: Eustathii verba descripta ex Commentariis ad Od. Γ. p. 1471. v. 12. Athenaei ex lib. I. p. 16. B. C. HEMST.

152, 28. *ἐπειδὴ τῶν θυομένων δεσπ.*] Locus hic procul dubio corruptus est, sed quem absque ope meliorum codicum vix sanari posse puto. Existimo interim vocem *θυομένων* per *ἀβλεψίαν* librariorum ex praecedentibus hic repetitam esse, eiusque loco ante forte scriptum fuisse *τοῦ λέγειν*, ut sensus sit, Mercurio in sacrificiis linguas fuisse attributas, quod facundiae et eloquentiae dominus vel praeses haberetur. Quid autem de voce *καταρωμένων*, quae statim sequitur, statuendum sit, nunc mihi non succurrit. KUST.

152, 31. *καὶ τὸν ποιητήν*] Videtur respexisse ad locum illum Homeri Odyss. Γ, v. 331. *ἀλλ' ἄγε τάμνετε μὲν γλώσσας.* Confer schol. infra ad Pacem v. 1060. et Eustath. ad dictum locum Homeri. KUST.

P. 153, 11. *κόπτεται, δίδοται*] Haec tam discordia vix extricari possent, nisi duplicem interpretandi modum in margine scholium, quod infra ponam, nos edoceret. HEMST.

153, 18. *λιβανωτὸν*] *λίβανον.* C. LB. vid. notas ad v. 703. et Foes. Oecon. Hipp. in V. *θυμίαμα.* D'O. ut *τὸ θυμιώμενον* apud Ammon. et Thom. Mag. HEMST.

153, 26. *Πόλις ἐπεστράφης*] Suidas in *Σωφρονεῖς· ἀντὶ τοῦ μ. ἐστράφης· ἢ καλῶς λέγεις.* Ita Latine sunt versa, ut facile liqueat, non intellectum fuisse, quid vellet *πόλις ἐστράφης*, vel, quod melius in nostro schol. legitur, *ἐπεστράφης.* Nisi capiatur in hunc sensum, *vix resipuisti, missisque diis ceteris ad rem tuam, et propria commoda conversus es*, non satis video, qualem usum haec interpretatio praestet: sic referendum erit ad illa priora, *τῶν ἄλλων μοι θεῶν ἧττον μέλει·* quo fere pacto in ora C. LB. *Σωφρονεῖς· ἡγοῦν καλῶς ποιεῖς μηδὲ τί λέγων περὶ τῶν ἄλλων θεῶν·* nam de se solo quoque dixerat, *ἀπόλωλα κἀπιτέτριμμαι.* Attamen verum est, comica facetia Carionem ludere,

quum se plane periisse Mercurius adfirmasset, respondendo, *bene sapis, qui fortunas tuas funditus eversas nunc perspicias.* Hemst.

153, 33. *ταῖς καπηλίσιν*] *τῶν καπηλίδων.* C. LB. significans, quamvis male, per casuum inmutationem *ἔχειν παρὰ ταῖς καπηλίσιν* idem esse, quod *ἔχειν παρὰ τῶν καπηλίδων πάντ' ἀγαθὰ*, a cauponis accipere, vel, nancisci rerum bonarum copiam. In ora libri notatum: *κάπηλις — αὐτῆς.* Quae merae sunt grammaticorum recentioris aevi argutiae: parum distat scholium editum ad v. 435. Hemst.

153, 36. *πεφυραμένην*] Suid. *Οἰνοῦττα, ἡ ἐν οἴνῳ πεφυρμένη μάζα· οἱ δὲ, εἶδος πλακοῦντος* etc. *Φύρειν* et *φυρᾶν*, *πεφυρμένος* et *πεφυραμένος* in membranis saepe commutantur. Dedi vero lectionem ed. A. in posterioribus minus adcurate expressam. Hemst.

153, 39. *οἰνοῦτταν*] *μουστόπιτταν·* C. LB. cum quo consentit D'O. praeterquam quod in utraque voce posteriore simplex τ dederit: in margine vero adscriptum: *μελιττοῦτα δὲ, ὃ κοινῶς εἰώθασιν λέγειν ἀπόθερμα.* Iam Du Cangium audiamus in V. *μουστόπιττα, μουστόπιτα. Placenta vino subacta. Glossae MSS. ad Plutum Aristophan. πάντ' ἀγάθ' ἔωθεν εὐθὺς οἰνοῦτταν μέλι. μουστοπίτταν. Ubi Thomas Magister in scholiis MSS. οἰνοῦττα μὲν ἐστὶ ἡ κοινῶς λεγομένη μουστόπιτα· μελίττουτα δὲ ἡ κοινῶς λεγομένη ἀπόθερμον.* Eadem Thomae verba exhibuit in *Ἀπόθερμον. Ἐσθίειν*] *τρώγειν·* atque ita v. 1129. in utroque codice: *Κατησθιον*] *ἔτρωγον· τρώγειν* eam propriam habet vim in vulgari Graecorum lingua. Hemst.

P. 154, 4. *κάθημαι πειτῶν*] Quis horum, si sic nude ponantur, sit usus, me quidem fugit: videamus, an lucis aliquid a Suida haurire liceat, quum scribit: *Ἀναβάδην· ἐφ' ὕψους· ἄνω τοὺς πόδας ἔχειν, καὶ κοιμᾶσθαι·* quae ne dubites ex scholiaste fuisse sumta, subiicitur hic ipse versus Aristophanis: nam quae deinceps sequuntur, pertinent ad Acharn. v. 398. recte vero, quod erat in ed. Mediol. *ἀφ' ὕψους* mutatum censeo in *ἐφ' ὕψους.* Iam si illud temeritate librarii

elapsum huc revoces, et scholio inseras, *ἀντὶ τοῦ, ἐφ' ὕψους κάθηται πεινῶν*, bene se locus habet, et continet interpretationem a proxime subiuncta diversam: quare, secus atque in prioribus edd. inde separandum: etenim valde differunt, *in sublimi*, quo quis escenderit, *sedere*, et, *pedibus sursum porrectis cubare*, quod est *ἄνω ἔχειν τοὺς πόδας κοιμώμενον*, ut satis liquet ex addita ratione: *quippe ministri servulique supini iacebant proiectis in altum pedibus, ne fierent continua discursatione graves, atque intumescerent.* HEMST.

154, 14. *τοιαῦτα ποιεῖ*] Quanquam in his non omnino nullus sit sensus: *sic enim solet Mercurius, ut saepe, quae bene de se meruerunt, infortunio mactet;* videntur tamen desiderari quaedam ad orationem explendam, sed quae vix sine membranarum auxilio indagaveris. HEMST.

154, 23. *τοῦ Ἑρμοῦ*] Ex Aldina repetitum *τοῦ*, quod edd. ceterae praetermiserant. Fuit, qui mox scribendum crederet: *ταύτην τὴν ἡμέραν ἀνετίθεντο τῷ Ἑρμῇ*· cavendum est, ne coniectura speciosa quemquam decipiat: voluit schol. solitos fuisse veteres isto die singulis mensibus doni quiddam aut pecuniae seponere Mercurio, quo dei scilicet lucri praesidis favorem aucuparentur. *Ἀποτίθεσθαι*, quemadmodum Latinis *seponere*, sic usurpatur: Paulus dixit I. ad Corinth. XVI, 2. *παρ' ἑαυτῷ τιθέναι, seponere, quod in egenos conferatur.* Proxima Suidas in Lexicon suum retulit in *Πεπεμμένου πλακοῦντος* et *Πέττουσα*· priore loco integrior est MS. LB. *ἐπειδὴ τῶν ἑορτῶν ἔξω ἱεραὶ τινὲς ἡμέραι ἐνομίζοντο* etc. quomodo supplendum esse posterior ostendit. De diebus, qui quibus diis essent sacri, librum Philochorus, religionis patriae callentissimus, conscripsit, teste Proclo ad Hesiod. *Ἡμ.* v. 770. *Φιλόχορος δὲ ἐν τῷ περὶ ἡμερῶν Ἥλίου καὶ Ἀπόλλωνος λέγει αὐτήν· ἡ δ' Ἡρακλέους καὶ Ἑρμοῦ ἐστιν· ἡ δὲ ἑβδόμη ἱερὰ Ἀπόλλωνος· ἐν αὐτῇ γὰρ ἐτέχθη· διὸ καὶ ἑπτάτονος αὐτοῦ ἡ κιθάρα· ἡ τετρὰς Ἡρακλέους· ἐν αὐτῇ γὰρ ἐτέχθη·* quae sunt ad scholiastae nostri locum adcommodatissima. Ex eodem opere

manarunt, quae parvus Homeri enarrator prodit ad Od. Υ, 155. Φ, 258. et Suidas in *Τετράδι γέγονας*. Vid. Eustath. ad Il. Ω. p. 1353. et Io. Meurs. Denar. Pythag. c. VI. Adiiciam nunc scholium orae C. LB. inscriptum: *τοὺν — ἄλλῳ*. Verum est, quod de sexto mensis die, praecipue Thargelionis, narrat: illum enim et Diana, et philosophandi rationem obstetriciam professus Socrates natalem habuerunt: Diogen. L. II, 44. Vide Io. Rutgers. ad Apul. p. 7. HEMST.

154, 27. Genitivum pendere monent a celata praepositione, quemadmodum et scholiastes ad Acharn. v. 209. *Οἵμοι τῶν ἐτῶν τῶν ἐμῶν· σφόδρα Ἀττικὴ ἡ φράσις· λείπει γὰρ τὸ ἕνεκα*. HEMST.

154, 38. *Ὕλλαν*] Haec omnium edd. est scriptura, litera quidem inerti abundans, sed quam vetusti tamen libri saepius adhibent. In Suida legas *Τὸν Ὕλλαν κραυγάζειν·* pro quo mire corruptus, sic enim censeo, MS. LB. *Τὸν Ὕλλαν βαστάζειν· ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων· ἐπεὶ τὸν Ὕλλαν* etc. idem vero *Ὕλαν κραυγάζειν*, neque ibi dissentit antiquus codex. Utro modo melius exaretur, syllabae primae quantitas apud poëtas contracta facile monstraverit. Herculis historiam magno clamore raptum Hylam citantis margo quoque D'O. C. praefert: *Ὁ Ἡρακλῆς εἶχεν ἐρώμενον τὸν Ὕλαν·* (alterum λ superpositum) *ὕτε γὰρ παρὰ τοῦ Θησου* (hoc quid sibi velit, extricare nequeo: non enim congruit, quo figura ducere videtur, *Θησέως*, quanquam nec desint, qui cum Hercule Theseum Argonautis interfuisse memorent: an voluit *Εὐρυσθέως*;) *ὁ Ἡρακλῆς ἐπέφθη (ἐπέμφθη) ἐπὶ τῷ λαβεῖν τὸ χρυσόμαλλον δέρας, εἶχε καὶ τοῦτον μεθ' ἑαυτοῦ. πέμψας οὖν τοῦτον λαβεῖν ὕδωρ, παρὰ τῶν πηγῶν ἡρπάσθη, ὡς ἱστορεῖ Θεόκριτος·* (Eid. XIII.) *καὶ τοῦ Ἡρακλέους τοῦτον ζητοῦντος παρὰ τῶν πηγῶν, τοῦτο ἤκουσε, Ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα, καὶ μάτην καλεῖς*. Quae rudius, et, ut recentiora plerumque solent, parum eleganter sunt scripta: *πηγὰς* autem videtur adpellasse *νύμφας πηγαίας*, quae Hylam rapuerunt: nam ut fontem Pegas, in quem delapsus Hylas evanuit, auctore Apollon. Rh. I, 1222. cogitaverit, quis credere in animum in-

ducat? Versus autem ille proverbialis de veterum cuiusdam tragoedia sine dubio derivatus, ubi Herculem, ut ab Hyla incassum quaerendo desisteret, vox coelo missa monuit, *Ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα, καὶ μάτην καλεῖς·* quae sententia tanto opere spectatoribus adrisit, ut paroemiae vulgaris privilegio donaretur. *Αἰθερία* vero *φωνὴ* eadem, quae *οὐράνιος* et *θεία*, et *κληδών·* quarum ex occulto, auctore latente, emissarum repentino adpulsu mentes superstitiosae valde commovebantur: *coelestis vox* Livio V, 52. et apud Diogen. L. I, 115. *ῥαγῆναι φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ·* earum in tragoediis quoque, ut *θεῶν ἀπὸ μηχανῆς*, usus ad nodum fabulae solvendum. Peius vice *τοῦ Ποθεῖς* Apostolius habet *Ζητεῖς* C. IX, 57. multoque magis id existimabis, si in memoriam revoces ex Ammonio constitutum a grammaticis haud absurdum discrimen *πόθου* et *ἔρωτος*, verborumque *ποθεῖν* et *ἐρᾶν*, ex quibus hoc est praecipua vi praesentium, illud ad absentes pertinet: Theocritus etiam: *Ἡρακλέης . . . . Παῖδα ποθῶν δεδόρατο* —— Eid. XIII, 65. Adiectam vero explicationem aliunde, quam a nostro scholiasta, Michael est mutuatus, quippe quae et verbis, et nonnihil etiam re dissideat: propinqua Zenobius dabit C. VI, 21. Versum ipsum, sed nullo comitatu instructum editus Suidas habet, MS. noster prorsus ignorat. Pro *ἐλείφθη*, quod omnes edd. pervasit, fidenter rescripsi *ἐλήφθη·* idem ne facerem in *προσδοκώντων*, obstitit antiquorum exemplarium consuetudo scribendi, quae saepius offerre memineram *προσδοκεῖν* et *προσδοκοῦντες* ex more publici sermonis, quod castigatius *προσδοκᾶν* legi debuerat; ut in A. AA. XXVIII, 6. alibique crebro. Hemst.

P. 155, 10. *κώληκος*] *κωλῆνος* Suidas, cuius locus in ordinem meliorem sic est redigendus: *Κωλῆς, τοῦ λεγομένου κωλῆνος· κωλαῖ*, (quomodo in scholiis etiam pro *κῶλα* legendum esse vidit H. Stephan. Th. L. G. T. II. p. 527. G.) *τὰ ἐμπρόσθια μέρη τῶν ἱερείων· ἔστι δὲ ἱερὸς Ἑ. ὁ βρ. τῶν ἀ. ζ. Ἀρ. Πλ. Οἵμοι* etc. *τὰς ἀγκύλας φησὶ, αἳ ὀστώδεις εἰσί* etc. Nihil hic ab edita lectione variat liber vetustus, nonnihil in proximis:

Κώληπτα· τὰ ὀπίσω τοῦ γονάτου μέρος ἢ κόξα· κώληξ· ἢ ἰγνύη τὸ ὀστοῦν. Ex quibus ita legendum opinabar: *Κώληπα* (nisi malis, *κωλήπια*) *τὰ ὀπίσω τοῦ γονάτου, μηρὸς, ἢ κόξα·* quanquam Lexicon MS. quo Du Cangius est usus in *Κόξα*, vulgatis adstipuletur: *τὸ γόνατον* autem vergentis est Graeciae: *κώληξ* scribas, an *κώληψ*, oppido paulum differt, nisi quod hac in parte membranarum veterum auctoritati cedendum putem. In *Κωλιὰς* aut corrigi placet, *ὅτι Ἴωνος θύοντος ἱερεῖον, κωλῆν ἱέραξ ἐξήρπασε* (ἥρπασε C. LB.) aut potius, *Ἰ. θύοντος, ἱερείου κωλῆν* etc. Mox *Ἱερὸς Ἑρμοῦ* Kusterus dedit Suidam secutus: mihi, cur *ἱερὸν*, quod cunctarum est edd. reiicerem, nihil esse causae videbatur. Ceterum quod ait scholiastes, notari homines, ac si ossa tantum Diis adolerent, etsi minus opportune huc adferatur, ipsorum tamen numinum querela fuit illa gravis apud comicos, ut lepidissimi Pherecratis aliorumque versus declarant in Clem. Alex. Str. VII. p. 846. 847. Eodem tendit Hermippi locus in schol. ad Aves v. 1406. Hemst.

155, 20. *τὰ Ἀσκώλια*] Est, ubi bene meretur de hoc scholio Suidas, cuius partem potiorem descripsit: neque nihil utrique conferet C. LB. qui articulum illum totum, cuius initium ab *Ἀσκὸς Κτησιφῶντος* ducitur, ad marginem habet adpictum, sed ab eadem, quae contextum ipsum expressit, manu. Scholii in nostris edd. principium emendatius, quam apud Suidam: *τὰ Σκώλια* libri Lugdunensis, qui tamen alibi scripturam integram servavit, fontem erroris demonstrant a Suida commissi in V. *Σκώλια·* quamvis, ne temere quidquam in eum dicam, idem ille codex facit, cui non hic tantum locus, sed propinqua multo plura desunt. *Ἐν ᾗ ἤλλοντο τοῖς ἀσκοῖς* facili mutatione splendescet, *ᾗ* vel *ἐν ᾗ ἐνήλλοντο τοῖς ἀσκοῖς·* pro *οὕτω λέγον* Suidas habet *οὕτως ἔχον*. Auctorem epigrammati Euenum praescribit Anthologia I. c. 6. Videndus est, quem Brodaeus indicavit, Politianus Miscell. c. XXVI. In primo distichi versu Suidas editus cum Anthologia *ἔτι*, cum scholiaste scriptus concordat *δέ τι·* utroque melius existimo, quod inde sponte nascitur, *ὅμως δ'*

ἔτι καρποφορήσω· idque suo libro Kusterus adscripserat: in altero notabilior est lectionis varietas; habet enim noster codex liquido, Ὅσσον ἐπιλεῖψαι· quod ego, quin genuinum sit et antiquae notae, vix dubito: nec, quae mutandi causa, quantumlibet inanis, fuerit, obscurum est. Apud Homerum quoque Od. Σ, 425. pro σπείσαντες aliis in libris extare λείψαντες Stephanus observavit. Γελωτοποιεῖν Suidas: in scripto codice, ἐπὶ τὸ ἐπὶ τῶν ἀσκῶν etc. legi debet, ut commode structura procedat, ἐπὶ τοῦ ἐπὶ τῶν ἀ. etc. Pro ἐπωλίσθαινον, quod hinc in Indicem Thes. Gr. L. relatum defendi posse fateor, ex Suida malim ᾠλίσθαινον, vel potius ἀπωλίσθαινον· illo composito usus est Arrian. Epict. III, 25. ἀνάλαβε κἀκεῖνα, ὧν ἀπώλισθες. Verum in Eubuli et titulo fabulae revocando, et ipsis versibus insigniter scholiastae succurrit Suidas: nam primum, καθάπερ Σύβουλος ἐν Δαμαλίᾳ φησὶν οὕτω, quanquam vitiosum comoediae nomen praebet: refingerem proclivi mutatione Δαμάλιδι, aut, quod Meursio videtur adrisisse, Δαμάλι α s. πρώτῃ, si nota foret Eubuli Δάμαλις· nunc ex memoratis apud veteres eius fabulis nulla literarum ductu similior in mentem venit, quam vel Ἀμαλθείᾳ, vel Δαιδάλῳ· interea dum quid melius eruatur, utrovis contentus esto. Deinde legit: καὶ πρός γε τούτοις ἀσκοὺς εἰς μέσον· ut versum pede uno defectum expleret, summus Bentleius hunc in modum scripsit: Καὶ πρός γε τούτοις ἀσκὸν εἰς μέσον χαμαὶ etc. non scholiastes solum ἀσκὸν, sed et codex Suidae LB. ἀσκὸν ἐς habet; idque rectum esse res ipsa loquitur: coniectabam tamen, ne quid forte peregrini Eubuli verbis inmisceretur, —— καὶ πρός γε τοῦτ' ἀσκὸν ἐς μέσον Καθέντες etc. ut alter ab ultimo pes pro anapaesto accipiatur. Ἐνάλλεσθε male Suidas inprobante metro: sed integer apud eum extat versus tertius, Ἐπὶ τοῖς καταῤῥέουσιν ἀπὸ κελεύσματος· quod ego iungendum existimo non cum τοῖς καταῤῥέουσιν, ut fecit interpres, sed cum καγχάζετε· *et simul omnes quasi signo dato iussi cachinnos tollitis ob eos, qui per utrem unctum defluentes provolvuntur.* Hoc illud est, quod vel ab arte militari, vel ab hortatoris remiges portisculo moderantis cantu tractum Graeci di-

cunt ἀπὸ κελεύματος, ἀφ' ἑνὸς κελεύματος, velut in Dionys. Halic. A. R. II. p. 85. v. 28. ubi lectorem frustratur Portus, quum rectius putat κελεύσματος· alierum enim est magis Atticum, notatumque ab Etymologo p. 502. adiecto Sophronis loco, Οἱ γε μὴν κώχλοι ὥςπερ ἐξ ἑνὸς κελεύματος· vulgarem modum sequitur interpres Proverb. c. XXIV. 27. ἀβασίλευτόν ἐστιν ἢ ἀκοὶς, καὶ στρατεύει ἀφ' ἑνὸς (vel, ut Origen. habet in Cels. IV. p. 221. ἀπὸ ἑνὸς) κελεύσματος εὐτάκτως. Munckerus igitur in Hygino F. XIV. p. 41. et Martiali merito tuetur *celeuma*, quod alioqui ne Henrico quidem Stephano nimis placuit in Gr. L. Th. T. II. p. 114. Extrema scholii pars non est sana: pro τοῦτον ἐπήδων, quod priores edd. tenent, Kusterus scribi iussit ἐπεπήδων· potuisset etiam ἐνεπήδων, ut ἀσκῷ πεφυσημένῳ ἐμπηδῶντες apud Eustath. ad Od. E. p. 1646. v. 22. et ἐνήλλοντο τῷ ἀσκῷ p. 1769. v. 47. cuius loco εἰς τὸν ἀσκὸν ἐνάλλονται dixit Cornut. de N. D. c. XXX. p. 218. sed eadem opera debuerat praecedens in τούτῳ mutare, ut structura verbi commode congrueret; quemadmodum Poll. IX, 121. Ἀσκωλιάζειν δὲ ἐκαλεῖτο καὶ τὸ ἐπιπηδᾶν ἀσκῷ κενῷ, καὶ ὑποπλέῳ πνεύματος, ἀληλιμμένῳ· hoc certe fuerit reponendum, aut εἰς τοῦτον ἐπήδων· pristinam lectionem, utut mendosam, servavi, ne lectori libera non sit optandi potestas. Quod additur, ὁ πηδήσας ἆθλον εἶχε τὸν οἶνον, verum non est; nam is demum praemio potiebatur, qui sic in utrem insiluerat, ut immotus consisteret, nec per lubricum prolaberetur: tale igitur interponendum fuerat verbum, quod eum adipiscendae victoriae modum indicaret: atque ita fere paulo plenius in scholio legitur ad oram C. LB. adscripto: ἀσκωλίαζ' — πλήρη· quae parentem non nimis eruditum facile produnt. HEMST.

155, 20. ἐν om. Ravennas. Idem τοῖς ἀσκοῖς pro ἐπ' ἀσκοῖς.

155, 21. 22. τῇ et οὖν accesserunt ex Ravennate.

155, 23. λέγον'] ἔχον Ravennas.

155, 24. Epigramma hoc sic Latine reddidit Ovidius:

Rode caper vitem; tamen hinc, cum stabis ad aras,
In tua quod spargi cornua possit erit.

Notavimus iam ad Suidam. KUST.

155, 25. Post *θυομένῳ* in Ravennate haec leguntur: *ἐποίουν δὲ τοῦτο πέος γελοιοτάτου κάπρου ὀλίσθαινον γὰρ ἐπάνω τῶν ἀσκῶν.* Quorum non difficilis est emendatio.

P. 156, 12. *ζώντων.* C. LB. quod est absurdum; sunt enim viscera, quae aris ardentibus adolentur. HEMST. Corrigendum *ζεόντων.* Monuit Dobraeus p. 205.

156, 15. *δέον*] Ordinem invertendum esse paene mihi persuadeo. *Λέον . . . εἶπεν· ἐπὰν γὰρ πνεῦμα* etc. quibus hoc accidit, illi *πνευματώδεις, ἐμπνευματοῦσθαι, ἐμπεφυσημένοι* dicuntur. Alioqui mallem particulam interiungi, *δέον οὖν πνεῦμα* etc. In proximis eliminandum est *δέ·* auctor enim illius scholii alius a praecedenti diversam secutus est interpretationem, et *σπλάγχνα* non ipsius Mercurii, sed ante commemorata victimarum, quibus fuerat mactatus, intellexit: huic itaque *πρὸς τὰ σπλάγχνα* idem est, quod *ἐπὶ τοῖς σπλάγχνοις.* HEMST.

156, 21. *τοὺς καπήλους*] Obsecutus sum Kustero: in prioribus erat *τοῖς καπήλοις.* His subiecta brevius habet Suidas in *Κύλιξ*, iisdem propemodum verbis in *Κεκραμένη* et *Οἶμοι*, nisi quod, *διότι, ὡς φασὶν, καὶ ζ. καὶ τετελευτηκότων* etc. HEMST.

156, 27. *πέρας σχοίης*] Duplex interpretatio: prior ad *οὐκ ἂν φθάνοις* per se solum spectat: *licet hinc te quam potes celerrime proripias, non tamen invenias tibi malorum finem, nec imminentes miserias effugias:* pari modo eam loquendi formulam explicuit ad v. 875. altera coniungit, *οὐκ ἂν φθάνοις ἀποτρέχων· hoc insuper educto, tu ne distuleris, ne*

moram ullam interposueris, quin te quamprimum hinc facessas: quemadmodum ad v. 485. *οὐκ ἂν ἀναβάλοισθε ἀποθανόντες· ἀντὶ τοῦ, ταχέως ἀπελθόντες τελευτήσατε.* Post *ἀναβάλοιο* libro suo Is. Vossius adscripsit: *ἄλλως. τοῦτο λέγων ἀπέπαυδε.* Vix mihi dubium est, quin illam adnotationem chartae veteres suppeditaverint, eoque minus, quod quae protulimus ex utroque codice nostro hanc suspicionem valde confirment: nec facile quisquam in eum sensum incidisset, nisi foret ab antiquis enarratoribus propagatus, quorum munere alia sunt bene multa, quae de scena fabularumque actione hausta nobis innotuerunt. Amplectitur eandem explicationem Bisetus, et simul statuit interrogative melius hunc versum pronunciari; quod mihi tamen minime necessarium videtur. HEMST.

156, 55—57. Haud inepte profecto scholiastes, maxime si quae mox v. 1140. Carioni Mercurius exprobrat, comparaveris. HEMST.

P. 157, 2. *πεπεμμένον*] *ζημωμένον*. C. D'O. pro *ἐζυμωμένον*· nec minus corruptum versu sequenti, *Καταφαγεῖν*] *ὠφελεῖσαι δηλαδή*· scriptum oportebat, *ὠφελήσαις*, vel *ὠφελήσειας*· monstrare voluit, quo pacto integranda esset oratio. *Νεανικὸν*] *νέον*· uterque C. male: rectius Suidas: *Νεανικὸν, ἀντὶ τοῦ μέγα, καὶ δυνάμενον χορτάσαι νεανίαν*· adiecto comici utroque versu satis ostendens, ex scholiis antiquis haec esse descripta: cave tamen probes illam rationem, *δυνάμενον χορτάσαι* etc. HEMST.

157, 7. *ἐνίαις*] Oratio non recte procedit: primum propositae vocis literae binae priores iterandae sunt, *ἐν ἐνίαις*· tum dubito, an sensus aptius aliquid requirat quam *λεγομένου*, quod licet colore nonnullo fucari possit, menti tamen scholiastae, me quidem iudice, parum respondet: voluit enim, ut opinor, adnotare, quibusdam in sacris fuisse interdictum, ne quid foras exportaretur, aut in alius, qui sacri particeps non esset, usum cederet. Ideo reponendum forte *ἀπολεγομένου*, quod idem est aliquando, atque *ἀπειρημένου*. Si locum Zenobii componas C. IV, 44.

versus hic Theopompi sumtus videbitur ex eius *Καπηλίσι*, quarum etiam meminit Poll. VII, 158. ad eundem modum omnino corrigendus X, 145. et Suidas in *Ἄττις*, ubi C. LB. probam simul mendosamque tituli lectionem miscet, *Καπηλίοισι*, et verba comici sic refert: *Κολάσομαί γ' ἔσω καὶ τὸν σὸν Ἄττιν.* In scholio quae sequuntur, *καὶ εἰ μὲν οὐδέτερον* etc. recentius adsumentum resipiunt. HEMST.

157, 14—17. Vide Hemsterhusium in Commentariis p. 623.

157, 22. *σε λανθάνειν ἐποίουν*] *ὑπέλαβον πονηρίας ἐν τῷ ναῷ.* Hanc explicationem equidem expedire me vix posse fateor. Videtur enimvero ad Carionis facinus illud ollae subductae, patratum in Aesculapii templo, respicere v. 683. et tale quid dicere voluisse: *sustentavi, adiuvi malitiam tuam in templo, atque adeo perfeci, ne in furto deprehendereris.* HEMST.

157, 36. *οὐ μόνον μετέχω τοῦδε*] Vide nos supra ad schol. v. 226. KUST.

157, 39. *ὅμοιον τῷ*] V. 226.

P. 158, 9. *ἀλλὰ ταῦτά γε* etc.] Idem haec, qui priora, scripserit grammaticus, an diversus, haud facile constituo. Id quidem liquido patet, quod auctor huius adnotationis existimaverit primum se Plutum manibus versare, sed contaminatum, translato huc ex posteriore fabula versu, quem ordo temporis rerumque gestarum repellat: nam minime dubito, quin spuria sint et aliena, *ἢ καὶ αὐτὸς ὁ ποιητὴς ὕστερον ἐνθεῖναι·* si enim in secunda refictae novataeque fabulae commissione Aristophanes ipse, quod iure suo poterat, inseruit, quid adtinebat absonam movisse difficultatem? nulla utique est *ἀλογία*, quum poëta comoediam, quae non steterat, reficiens multaque mutans, ea inmiscet, quae cum praesenti rerum statu congruunt. Sunt autem haec non leviter adfecta: *verum ista*, inquit, *quae de occupata Phyle, victis XXX tyrannis, et lege oblivionis lata praecesserant, nondum erant acta Diocle archonte, quum primus*

Plutus scenam exercuit, οὐδὲ τὸ ἐπὶ Τριάκοντα ἤδη ἦν· legerem equidem pro more Graecis usitato, τὰ ἐπὶ τῶν Τρ. ita solent τὰ Πελοποννησιακὰ, τὰ Χαιρωνικὰ, τὰ ἐπὶ Λυσάνδρου. Sed hoc leve est prae iis, quae statim sequuntur, in quibus orationis legitimae constructae nexus plane desideratur. Vidit hoc S. Petitus, opemque ferre conatus est Miscell. I, 16. p. 56. rescribendo: ὀγδόῳ ἔτει ὕστερον μάχης τῆς μετὰ Θρασυβούλου γενομένης Κριτίας ἐν Πειραιεῖ τελευτᾷ· quae vix cum Graeci sermonis ingenio satis conveniunt: neque id adeo mirandum: fuit enim in illo viro ut eruditio praeclara, rerumque antiquarum egregia cognitio, sic acumen recte iudicandi et veteres emendandi scriptores perquam mediocre; quo fit, ut manum saepe sanis admoveat, corrupta tentando deterius corrumpat, cultissimisque dicendi magistris suam stribliginem adfricet. Ratio vero, cur pro πέμπτῳ supponi voluerit ὀγδόῳ, eo nititur fundamento, quod egregium illud Thrasybuli facinus extinctae tyrannidis ad annum demittat quartum Ol. XCIV. hic, si retro numeres, a Diocle octavus erit. Non Petitum tantummodo, sed et Petavium, G. I. Vossium Hist. Univ. Epit. aliosque multos in eum errorem Diodorus inplicuit, qui revera XIV. p. 413. D. isti anno historiam eiectorum tyrannorum adsignat: hinc non una labes in turbatam temporis illius seriem manavit; velut ἀναρχία in anno secundo Ol. XCIV. statuta, quae praecedentis fuit archonte Pythodoro, ut diserte Xenophon testatur Hell. II. p. 270. v. 27. regnum XXX virorum ultra duos annos et Euclidem magistratum productum. Longe cautius Simsonius nobilissimum Thrasybuli factum collocavit in a. I. Ol. XCIV. Xenophonti obsecutus: audiamus modo Cleocritum mystarum praeconem apud eum contentissima voce clamitantem p. 278. v. 22. *Μὴ πείθεσθε τοῖς ἀνοσιωτάτοις τριάκοντα, οἳ ἰδίων κερδέων ἕνεκα ὀλίγου δεῖν πλείους ἀπεκτόνασιν Ἀθηναίων ἐν* ΟΚΤΩ ΜΗΣΙ, ἢ πάντες Πελοποννήσιοι δέκα ἔτη πολεμοῦντες· numerum, quos ἀκρίτους interemerint, definivit Isocrates in Areop. p. 153. C. mille et quingentos. Pluribus, quae dixi, constabiliri poterant, nisi luculentius eam rem nos edocturus esset vir clariss.

P. Wesselingius ad Diodorum Siculum. [Postquam haec nostra formis literarum iam fuerant expressa, in lucem prodiere Sam. Petiti Leges Atticae insigni notarum accessione ab eruditissimis viris exornatae: ibi curam promissam Wesselingius breviter occupavit p. 193. iisque quae supra scripsi, non dissimilia tradidit. HEMST. *in Addendis.*] Hic si *πέμπτῳ* retineamus, ut sane conservandum est, Philochorum habebimus manifesto Xenophonti suffragantem; Philochorum, inquam, scriptorem perquam adcuratum, qui res patrias per Archontum seriem digesserat. Nunc cetera videamus an paulo melius, quam fecerat Petitus, hoc pacto possint constitui: *ἀλλὰ καὶ, ὡς Φιλόχορος, πέμπτῳ ἔτει ὕστερον μάχη τῶν μετὰ Θρασυβούλου γενομένη ἦν, ᾗ Κριτίας ἐν Πειραιεῖ τελευτᾷ.* Ut a mendosae vocis literis quam minime recederem, scripsi *γενομένη ἦν*, quod in grammatico non moleste feras: alioqui maluissem *ἐγένετο*· in reliquis sensus est expeditus, et rebus conveniens. *Ἀλογίαν* vero et *ἄλογον* adpellant, quod indecore temporum rationibus adversatur; ut ad v. 179. et apud alios *ἀλόγως τοὺς χρόνους ἀναβιβάζειν, ἄλογος ἀναχρονισμός* etc. *Ἀπὸ τῶν σ. . . καταλαβόντας*, si suum locum teneant, significabunt hunc versum ab ipso fortassis Aristophane fuisse insertum post pacta, quae Athenis convenerunt cum iis, qui Phylen occupaverant: tum, quod Kustero praeeunte feci, ad *τοὺς καταλαβόντας* adiiciendum est *Φυλήν*· quod nomen facile, quia mox iterabatur, evanuit. Verum suspicio me tetigit, haec in alienam sedem ex superioribus esse detrusa: sensus quidem in *ἐνθεῖναι* finitus nihil ultra postulat: iam videamus, an eo reduci queant, ubi operam utiliorem praestent: *Ψηφίσασθαι ἔδοξεν ἀπὸ τῶν συνθηκῶν τῶν Ἀθήνησι γενομένων πρὸς τοὺς καταλαβόντας, μὴ μνησικακῆσαι* etc. hic mihi tam commode videntur poni, ut nihil sit probabilius, quam indo nescio quo casu fuisse avulsa: certe ne *Φυλήν* quidem supplere necesse est, quippe quod ex proximis facili negotio repetatur: ordo rerum gestarum pacisque factae inter eos, qui asty, et illos, qui Piraeëum tenebant, simul constat. Foedus autem, quo sibi mutuo reconciliati sunt Athenienses, iureiurando sancitum,

quasi proprio vocabulo *συνθῆκαι* solet adpellari, et *συνθῆκαι καὶ ὅρκοι*· Lys. in Agor. p. 138. v. 28. *ὡς παρὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας ἀγωνίζεται, ἃς συνεθέμεθα πρὸς τοὺς ἐν ἄστει οἱ ἐν τῷ Πειραιεῖ*· ibidemque saepe: p. 173. v. 33. *τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς συνθήκαις ἐμμένουσι.* Isocrat. Except. adv. Callim. p. 375. C. *οὕτω μὲν τῶν συνθηκῶν ἐχουσῶν, τοιούτων δὲ τῶν ὅρκων γενομένων*· praelectum modo fuerat in iudicio pacis iurisque iurandi exemplar. Alterum, quod subiicitur, scholium, me si roges, in rem malam hinc facessere iubeam; ita ridiculum est, et bonae frugis expers, cui, quicquid emendando tentaveris, succurri non potest: incurrit enim, quo facilius esse credas hominis inperitissimi foetum, in historiae fidem plus simplici vice. Meliora dedit, nec tamen optima, margo C. LB. *Φυλὴν — ἐὰν ἐπλούτησας.* Horum nihil excerptum a Suida: brevius etiam, quam editi, C. LB. posito comici versu subiungit: *Φυλή· ὄνομα τόπου· καὶ Φυλάσιοι, οἳ ἐνοικοῦντες.* Hemst.

158, 11. Vide Dukerum in Commentariis p. 629.

158, 12. *Κριτίας*] Aldina *Κρατίας.*

158, 15. *ἀπὸ τῶν συνθηκῶν* cet. De his dictum ab Dobraeo p. 206.

158, 26. *ὄπισθεν*] Ad v. 550.

158, 36. *συναντήσειεν, ἔλεγε*] *συναντήσειαν, ἔλεγον.* Hemst.

P. 159, 25. *στροφαῖος, ἐμπολαῖος*] Invertit haec typotheta.

159, 26. *διάκονος*] Corruptum videbatur: neque enim is titulus quasi legitimus, perinde ac priores, Mercurio tribui solet; quamvis alioqui *θεῶν διάκονον* illum faciant, et usque eo quidem in obeundo munere districtum, ut aerumnosi ministerii taedium ceperit multa conquestus apud matrem in Luciani *Θ. Δ.* XXIV. Quare melius autumabam, *διάκτορος*· quis enim ignorat *διάκτορον Ἀργειφόντην*; de quo nonnulla dixi ad

Lucian. Ἐπισκοπ. p. 489. Sed vide, quae notabimus ad v. 1171. HEMST.

159, 26. στροφαῖον] A Gelenio profecta lectio, et in posteriores edd. adscita: quam etsi minime reiiciam, animadvertendum tamen est, in utraque vetere scribi, στροφὸν, ἐπεὶ στροφοὶ etc. Στροφαὶ sine dubio verum est: pro στροφὸν ego fere malim reponi στρόφιν, quod ideo scilicet adhibitum, ut explicandae voci στροφαῖος inserviret. Persuadet Eustathius, qui antiquioris lexicographi verba ponit ad Il. Ω. p. 1353. v. 9. Στροφαῖος δὲ Ἑρμῆς φησὶν, οὐ μόνον ὁ παρὰ τῷ στροφεῖ ἱδρυμένος, ἀλλὰ καὶ ὁ στρέφων καὶ ἐξαπατῶν, οἷον στρόφις. Στρόφις autem versutus in Aristoph. Nub. v. 450. σκολιὸς, οὐχ ἁπλοῦς, πολύπλοκος, ut Hesychius interpretatur; quale nomen callidissimum Maiae filium non dedecet. HEMST.

159, 28. στροφαῖον δὲ ἐκάλουν] Haec suo Lexico Suidas inseruit: Στροφαῖον· οὕτως ἐκάλουν etc. sive, ut C. LB. Στροφαῖος· οὕτως τὸν παρὰ τῇ θύρᾳ etc. Apud eum mox editur: παρὰ τὸ ἐν ταῖς θύραις, addita praepositione non satis commoda, quam removet liber scriptus cum scholiaste nostro adcurate conspirans: structura tamen orationis incongruens: quocirca legendum aut, παρὰ τὸ παρὰ, vel πρὸς ταῖς θ. ἱδρύσθαι, aut, παρὰ τὸ ταῖς θ. παριδρύσθαι, vel προσιδρύσθαι. Poll. VIII, 72. ad quem vide, quae notantur. Hic est Ἑρμῆς ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστὼς Aeliano V. H. II, 41. quem in eadem historia Ἑρμῆν τὸν ἱδρυμένον ἐπὶ τῆς αὐλῆς ex Timaeo dixit Athen. X. p. 436. B. Mercurius quidem furti furumque patronus; quamobrem φιλητέων ἄναξ in vetusto lapide apud Gruter. p. 1039. n. 11. cui similia dabit Anthologia II. c. 25. et φηλητέων ὄρχαμος, ἀρχὸς in Hymno, quem eius honori Homeridarum aliquis cecinit, v. 175. 292. neque tamen eo minus, statua propter fores dedicata, domos ipsi custodiendas veteres commiserunt, ut scilicet ea religione delinitus clientes suos procul arceret. HEMST.

159, 33. στροφαῖον] πυλωρόν· ἔνθεν καὶ ἔνθε στρεφόμενος. Haec eum in modum scripta, ut prius

ad *παρὰ τὴν θύραν*, posterius ad *στροφαῖον* pertinere videantur. *Στροφῶν*] *πανουργικῶν*. C. D'O. quibus deteriora sunt, quae C. LB. habet: *Στροφαῖον*] *στρεφόμενον*. *Ἱδρύσασθε*] *ποιήσατε*. *Στροφαῖον;*] *ποιήσομέν σε; Οὐκ ἔργον*, etc.] *χρεία ὑπάρχει οὐδαμῶς ἡμῖν κινήσεων*. Hic homo nec propriam verborum vim, nec iocum Aristophanis intellexit. HEMST.

P. 160, 8. *πανουργικῶν*] Recte Schaeferus *πανουργιῶν*.

160, 11. *τὰ αὐτὰ*] Etymol. *Παλιγκάπηλος, ὁ μεταβολεὺς, ὃ τὸ αὐτὸ ἀγοράζων καὶ πωλῶν*· paulo plenius Hesychius: *ὁ μετάβολος, ὃ τὸ αὐτὸ ἀεὶ ἀγοράζων καὶ πωλῶν, ὡς παλίνδουλος, ὁ πολλάκις δουλεύσας*· quod posterius eo pertinet, ut moneat, *πάλιν* in hoc vocabulo composito non simplici tantum suaque gaudere potestate, sed continuam frequentemque significare rerum emtarum, venditarumque commutationem. Idem docuit in *Παλίνσκιος*· *τὸ γὰρ πάλιν*, inquit, *ἐπιαχοῦ ἐπίτασιν δηλοῖ, ὡς παλιγκάπηλος, παλίμπρατος*· ita scribendum, non *παλίμπρακτος*· vide Poll. VII, 11. qui *τὰ δεύτερον πιπρασκόμενα* dici notat *παλίμπρατα, παλίμπωλα*, additque, *καὶ ὁ τοῦτο ποιῶν, παλίμπωλος, παλιγκάπηλος*· quo tamen loco, ne forma vocis legitima desideretur, malim, *παλιμπώλης*· servus etiam *παλίμβολος* et *παλίμπρατος, ὃ πολλάκις πραθεὶς* III, 125. neque usum eleganter alio translatum observare neglexit, *παλίμπρατος τὴν ὥραν, παλιγκάπηλος τοῦ κάλλους* VI, 127. et inter rhetoris opprobria, *πρὸς ἀργύριον βλέπων, παλίμπρατος*· pauloque post, *παλιγκάπηλος, πεπρακὼς ἑαυτόν*· quomodo de Flacco Philo Iudaeus p. 971. A. *Φλάκκον ἤδη τιμῶν ἀθλίων ἐωνημένοι, ἃς ὁ δοξομανὴς καὶ παλίμπρατος ἐλάμβανεν*. Hinc *παλιμπράτης*, quem Glossae veteres *μεταπράτην* et *cocionem* vocant, parum a *παλιγκαπήλῳ* distat; quod maledictum ut sophistis fuit a liberalioribus philosophis obiectum, sic perinde et illud in Epist. Socrat. p. 2. quem locum ponere non gravabor, ut insigni menda liberem: *ἀλλ' ὥσπερ τοὺς σοφιστὰς, καὶ Σωκράτην φαίνῃ ὑπονοεῖν παλιμπράτην τινὰ εἶναι παιδείας, καὶ τὰ πρότερον γράψαι*

οὐχ ἁπλῶς ἀρνούμενον, ἀλλ' ἐπὶ πλείοσιν ἢ τοῖς τότε δεδομένοις ὑπὸ σοῦ· legebatur, αἰρούμενον· ἀλλ' ἐπὶ πλείοσι τοῖς τότε διδομένοις· quae Leo Allatius, acerbus ille se meliorum censor, maiorisque, quam praestabat, eruditionis ostentator eum in modum vertit, ut quasi caecum in tenebris palpasse facile perspicias: est autem ἀρνεῖσθαι *conditionem oblatam respuere*. Μεταβολοι vero, interprete Suida, πραγματευταὶ, μεταπράται, et μεταβολεῖς, illi recentioribus usitatiores, hi Atticis, ut notat Thomas Magist. proptereaque soli a Polluce commemorati, καπήλοις et παλιγκαπήλοις tam vicini, ut iis vel explicandis adhibeantur, vel proxime iunctis adhaereant: οἱ μεταβολεῖς καὶ οἱ τῶν ὠνίων κάπηλοι apud Socrat. H. E. III, 17. graviter et figurate Demosth. in Aristogit. p. 835. C. Εἰ δὲ κάπηλός ἐστι πονηρίας, καὶ παλιγκάπηλος, καὶ μεταβολεὺς, καὶ μονοῦ ζυγὰ καὶ σταθμὰ ἔχων πάντα, ὅσα πώποτ' ἔπραξεν, ἐπώλει. Ita descripsit Xenophon Ἀπομν. III. p. 451. v. 30. ut et, in qua mercaturae parte versentur indicaverit, et ab ἐμπόροις simul seiungat: ἢ τοὺς ἐμπόρους, ἢ τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ μεταβαλλομένους, καὶ φροντίζοντας, ὅ τι ἐλάττονος πριάμενοι πλείονος ἀποδῶνται. Iam nostri grammatici, quum παλιγκάπηλον exponunt τὸν τὸ αὐτὸ, vel τὰ αὐτὰ ἀεὶ ἀγοράζοντα καὶ πωλοῦντα, talem videntur intellexisse, qui eiusdem generis merces et ad se delatas emeret, et aliis iterum venderet; quod etsi nonnihil differat explicationi, quae statim proponitur, ab usu tamen vocis ipsoque παλιγκαπήλων, quorumdam saltem, instituto non est alienum: hoc enim pacto Phoenices quoque παλιγκάπηλοι scholiastae Pindari ad Pyth. *B*, 125. nihil opportunius ad rem explanandam illo ipso Sophoclis loco, quem protulit: Ἴωνὴν ἔθου καὶ πρᾶσιν, ὡς Φοῖνιξ ἀνὴρ, Σιδώνιος κάπηλος - - - alteroque comici, ubi nonnemo protinus, simul atque id, quidquid fuerit, quod in fabula dictum praecesserat, contingeret, fieri se Phoenicem aiebat, una manu dare, accipere altera: —— εὐθὺς δὲ Φοῖνιξ γίγνομαι, Τῇ μὲν δίδωμι χειρὶ, τῇ δὲ λαμβάνω. Ceterum eximius est, qui sequitur, scholiastae locus, et quinque mercatorum honestioris viliorisque gradus classes commodissime vereque, ut arbitror, describit;

quem Budaeus quum posuisset auctoris nomen reticens C. L. G. p. 469. H. Stephanus ignoravit, unde sumtus foret, Th. L. G. T. II. p. 65. neque minus effugit Salmasii diligentiam de Usur. c. XII. quod in hoc genere declarando totum occupatur. Verum non latuit Des. Heraldo Anim. in Observ. ad I. A. et R. II. c. 2. §. 6. cuius haec subdita scholio sunt verba: *Heic ἔμπορον ὑπὸ τοῦ καπήλου contineri vult aliquo casu, et κάπηλον esse qui domi emit ἀπὸ τοῦ αὐτοπώλου, et vendit ibidem τῷ ἐμπόρῳ, quo nomine vult appellari quemcunque, qui emit ἐπὶ ξένης, sive ἀπὸ τοῦ αὐτοπώλου, sive ἀπὸ τοῦ καπήλου· sed et qui emit domi, quod vendat ἐπὶ ξένης. Ex eo autem, quod κάπηλον vult esse eum, qui emit ἀπὸ τοῦ αὐτοπώλου, παλιγκάπηλον esse vult, qui emit ἀπὸ τοῦ καπήλου, et eum distinguit ἀπὸ τοῦ μεταβολέος, etsi nulla pene est inter utrumque differentia.* Quorum ista, *qui emit ἐπὶ ξένης . . . . . sed et qui emit domi* etc. satis arguunt, impediti quiddam Heraldo fuisse visum haerere in *ἐμπόρου* descriptione, quod frustra verbis tegere sit conatus. Budaeus etiam scripsit, *ἢ ἀπὸ τοῦ καπήλου ὠνούμενος*, illud scilicet participium, ut sensus congruat, addendum existimans. Sanare licet scholiasten, eiusque genuinam mentem adsequi oratione in meliorem ordinem redigenda: *Ἔμπορος δὲ* (quam particulam in ceteris edd. neglectam ex A. et I. revocavi) *ὁ ἀγοράζων ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτοπώλου, ἢ ἀπὸ τοῦ καπήλου, καὶ ἐπὶ ξένης πωλῶν·* quod iis, quae tradidit, tam concinne respondet, ut, quin ita reliquerit, dubitari nequeat. Porro haec adhibentur ab Abr. Berkelio ad Stephan. in *Ἰσεῖον*, cuius urbis Aegyptiae nomen erat incolis, ut, Hesychio teste, Metapontinis apud Italos, ab ipsa re *μεταβόλοις·* nam, quae huc egregie faciunt, *πωλοῦσι μόνοις τοῖς ἐμπόροις ἀθρόα τὰ φορτία, παρὰ τῶν τεχνιτῶν ἀγοράζοντες αὐτὰ κατ' ὀλίγα, καὶ κοτυλίζουσι τοῖς ἐγχωρίοις·* ubi *κοτυλίζειν* Polluci quoque notatum VII, 194. idem est, quod scholiastae *κατὰ τὴν κοτύλην πωλεῖν.* Quod autem Berkelius in nostro enarratore leviter perstringit, *Et quanquam scholiastes velit τὸν μεταβολέα illum esse, qui heminatim aliquid vendit, videtur tamen proprie de-*

notare negotiatorem, qui merces mercibus commutat, παρὰ τὸ συνεχὲς μεταβάλλειν, *quod etiam heminatim et κατὰ κοτύλην fieri potuit*; non multum habet ponderis, eoque minus, quia se prius ipsa, quam scholiastae explicationem evertunt. Pluribus illustrari possent, si hoc agendum haberemus. HEMST.

160, 33. παρὰ τὸ τοῖς τυφλοῖς] Haec praecedentibus edebantur ita conglutinata, tanquam si rationem epitheti ἡγεμόνος continerent; quod omnino alienum est: idcirco plena distinctione separavi: mallem vero scholium hoc ordine procedere: ἐδρύσαντο· ἐπήνεγκε δὲ ἐπὶ τοῦ Πλ. etc. haec commode iunguntur: ostendit enim scholiastes, quum Mercurius ut ἡγεμόνιον se commendaret, quomodo mentionem Pluti intulerit Carion, eumque repulerit propterea, quod Plutus iam caecitate liberatus ducis non amplius indigeret. Istis autem, παρὰ τὸ τοῖς τυφλοῖς τοὺς βλέποντας ἡγεῖσθαι, si praefigantur Aristophanis, Ὥσθ' ἡγεμόνος etc. satis opportune posita videri possint. Mercurium ἡγεμόνιοι oraculi monitu ab Atheniensibus esse statutum, qui dixerit, praeter enarratorem nostrum, alium non memini. HEMST.

160, 37. τὸ λογικόν. HEMST.

160, 39. Codex ἡγεμόνος.

P. 161, 8. Haec nullius sunt pretii, nec si vel ἀγῶνας rescribas et ἐργάσομαι, multum nos iuvant. HEMST.

161, 19. κρατεῖσθαι errore librarii scriptum est pro κρατεῖν, quomodo iam ante saepenumero τὸ ἔχειν interpretatus est. HEMST.

161, 20. ἐποίουν γὰρ τοῦτο] Non rarum est in veteribus scholiastis, et saepe noxium lectori peccatum, ut eorum adnotationibus praepostera scriptoris, et alia, quam quae declarant, verba praeponantur: quo fit aliquando, ut, quid sibi velint, perspici non possit; imo bene dicta, si suum in locum restituas, pro absurdis habeantur. Hic sane scholium istis comici verbis, οὗτος γὰρ ἐξεύρηκε, subiectum nihil ad eo-

rum explicationem conducit: quod Is. Vossius quum animadvertisset, iis deletis, huc revocavit in suo libro, *οὐκ ἐτὸς ἅπαντες*, et cum proximo scholion hocce coniunxit: *εἰς ἄλλο δικαστήριον δικάσωσι· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν* etc. quo certe modo melius ordinem institui, illudque praescribi, quod enarratur, palam est. Quid Suidas invenerit, dictu difficile, quippe qui tam pauca et paene nulla ex posteriore scholiorum parte in Lexicon collegerit: is quidem in *Ἐπώνυμον*, versu Aristophanis 1162. proposito nihil aliud praeter illa pauca subdit: *ὥσανεὶ ἔλεγεν, οὐ ματαίως ἄρα σπεύδουσιν οἱ δικάζοντες πολλὰ ὀνόματα ἔχειν·* ex quo satis liquet, neque in eius codice scholium illud apte fuisse collocatum: nam *οὐ ματαίως* quin referatur ad *οὐκ ἐτὸς*, omnino dubitari non potest. Equidem optime factum censebo, si haec adnotatio, velut pondus otiosum, plane resecetur; eadem enim, et iisdem fere verbis, statim redeunt: nisi tamen eorum partem malit aliquis proximae ditandae adhiberi: *ὡς ἂν . . . ἔχειν· ἐποίουν γὰρ τοῦτο οἱ δικάζοντες, ἵνα, ἐὰν ἀποτύχωσι* etc. Pro *ἀπολειφθῶσιν*, quod, quemadmodum et Is. Vossius in suo libro correxerat, a Kustero bene fuit repositum, priores edd. habuerunt *ἀπολῃφθῶσιν*. Quis porro sit *ὁ πεσσὸς*, quem *εἰς τόδε καὶ εἰς τόδε ἐμβάλλειν τῶν δικαστηρίων* iudices famelici lucellique iudicialis avidi dicuntur, proclive non est definire: nec memini viros eruditissimos, quorum in hoc genere cura fuit versata, vel extremo digito difficile vocabulum adtigisse. Sive enim *τὴν βάλανον* intelligas, cuius ex Aristotele facta fuit mentio ad v. 278. sive potius *τὴν δέλτον*, *τὸ πινακίδιον*, aut *τὸ σύμβολον*, cui nomen eius tribunalisque, in quod mittebatur, erat inscriptum, nodus non plane fuerit expeditus; atque adeo dubito, an vitium aliquod inveteratum hic occultetur: quocirca praetermittere non possum, quin lectorem admoneam illius interpunctionis, quam utraque A. et Fl. praebet, *ἐν τῷ ἄλλῳ δικάσωσι τὸν πεσσὸν, καὶ εἰς τόδε* etc. si forte sagaciori cuipiam lucis aliquid inde adfulgeat: *ἐμβάλλειν* certe *εἰς τὸ δικαστήριον*, *ingerere se atque inferre in tribunal*, non secus dici poterit, atque *ἐμβάλλειν εἰς τὴν ἀγοράν*. Hemst.

161, 27. *ἐκ τῶν προειρημένων*] Confer schol. supra ad v. 277. KUST.

161, 33. *ὕλοι*] Hoc recentioris est linguae Graecae. HEMST.

161, 35. — 162, 6. His non dissimilia promuntur in scholiis editis, quae vetusti moris apud Athenienses ignorationem non parum redolent. HEMST.

P. 162, 7. *ὠνομάσθαι*] Sic scilicet explicuit propter *ἐπωνυμίας* illas *πολλὰς*, quae ante fuerunt commemoratae: idem igitur est, quod, nomina sua multiplicari student, et in plures tabellas referri, ut, si uno tribunali per sortem excludantur, in aliud irrepere facilius possint: malim vero *σπουδάζουσι*. Ceterum hoc scholium parvi pretii duco, et ab homine rerum Atticarum haud satis perito profectum, ut ex Areopagi iniecta mentione non obscure colligitur: neque enim sorte, quemadmodum in cetera tribunalia, in hunc itidem gravissimum Areopagitarum consessum adlegebantur. HEMST.

162, 18. *τὸ πηγαδί*] *πηγάδιον* pro puteo serioris est Graeciae: vide ad v. 810. HEMST.

162, 32. *ὦ κάλλιστε*· consueta Graecis serioribus adpellatio, quum veterum esset usitatior, *ὦ ᾽γαθὲ*, *ὦ βέλτιστε*. HEMST.

162, 33. *ἦ*] *παρό. κακῶς*] *ἔχω*. C. LB. Haec ad integrandam orationem valent, *τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ*, *παρ᾽ ὃ κακῶς ἔχω*. Perperam in D᾽O. C. *καλῶς*, cui superscriptum, *ἔχω δηλαδή*. HEMST.

162, 37. *ἐφθάρηκα*] Forma verbi ex vulgari lingua sumta. HEMST.

162, 38. *τῆς πίτης*] *πεῖναν* recentiores *πίναν* scribunt: Du Cangium vide Gl. M. et I. Gr. HEMST.

P. 163, 3. *ἐλευθέριον*] Fuisse Iovem, qui utroque nomine *Σωτῆρος* et *᾽Ελευθερίου* Athenis coleretur, vel saltem adficeretur, fidem faciunt Hesych. et Harpocrat. in *᾽Ελευθέριος*· neque tamen eo minus plurimis

in urbibus *Διὸς* et *Σωτῆρος* et *Ἐλευθερίου* templa fuerunt seorsim dedicata. Quis autem Athenis extiterit *Ζεὺς σωτὴρ*, nam plures fuisse constat, cui cognomen itidem *Ἐλευθερίου* sit inditum, non satis apertum est. Ego scholiasten sequor, eique duplicis adpellationis privilegium tribuo, cui templum fuit ad forum in asty constitutum, summaque religione ab Atheniensibus habitum: huic enim quotquot annis extremo die sacra fiebant, ut patet ex Lysia in Euandr. p. 175. v. 36. quo tempore stipes videtur a populo collata in aram exornandam; cuius rei meminit Plutarch. in Demosth. p. 859. A. Ab his sacris peractis quum rediret magistratus in concionem, populoque laeta fuisse renunciaret, tale, ut arbitror, exordium erat oratoris, cuiusmodi legitur in Demosth. *Προοιμ. Δημηγ.* LXIII. Eiusdem Iovis *σωτῆρος* a Lycurgo mentionem fieri puto adversus Leocr. p. 150. v. 6. et 167. *Ἐλευθερίου* vero cognomen fuit nactus *διὰ τὸ τοὺς ἐξελευθέρους* (peius *ἐλευθέρους* Etymologus habet, et scriptus Suidae codex) *τὴν στοὰν οἰκοδομῆσαι τὴν πλησίον αὐτοῦ.* quod quum Hyperides expressis verbis, Harpocratione teste, tradiderit, non video, quam fidem Didymus mereatur tanto citerior, qui magnum oratorem hoc nomine erroris arcessere non dubitavit: nam *Ἐλευθέριον* dictum esse Iovem propterea, quod Graecos Persici dominatus metu liberasset, id quidem ultro largior, utpote firmatum praeter alios auctoritate Strabonis IX. p. 632. A. et Aristid. T. I. p. 237. C. sed eius Iovis templum Plataeis post memorabilem illam de Mardonio victoriam fuit erectum, et noto Simonidis epigrammate celebratum. Perperam igitur confudit Didymus communem illum Graecae libertatis vindicem, et hunc Atheniensibus proprium *Δία Σωτῆρα*, cui ab alia longe causa, quam vere Hyperidem, qui optime scire poterat, explicuisse credo, *Ἐλευθερίου* titulus accessit: quod non parum adiuvatur a Menandro, ex quo patere monet Harpocration, *ὅτι ἐπιγέγραπται μὲν Σωτῆρι, ὠνομάζετο δὲ καὶ Ἐλευθέριος.* In illa vero *τοῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου στοᾷ* sedentem adortus est Ischomachum Socrates, eosque sermones audivit, qui venustissime sunt descripti a Xenoph. *Οἰκον. Λόγ.* p. 487. unde simul

liquet, foro fuisse iunctum. Solebant autem, si quod gravius adeundum esset discrimen, Iovi suo Servatori vota nuncupare; quae Diomedon, capitis damnatus, a se collegisque suis prius concepta, quam pugnam ad Arginusas committerent, Athenienses admonet, ne reddere negligant *Διὶ τῷ Σωτῆρι, καὶ Ἀπόλλωνι, καὶ ταῖς Σεμναῖς θεαῖς*, apud Diodor. Sic. XIII. p. 386. D. ubi quod praecedit, corrigendum censeo, *καλῶς ἔχοι ὑμᾶς φροντίσαι*. Hinc facile intelligitur, non alium esse Iovem *Σωτῆρα*, cuius hic sacerdotem Aristophanes in scenam ire iussit. Erat alioqui in Piraeeo etiam *ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος* navigantibus opportunum, cuius mentionem fecit Strab. IX. p. 606. B. nec deerit forte, qui eam in aedem, propter portum sitam, commodius ingredi putet *ἔμπορον σωθέντα*, ut Iovis propitii numen victima caesa veneretur: at ego cum scholiaste facio. Hemst.

163, 5. *ἕνεκεν*] Ita solent Graeci posteriores: *λέξον μοι ἕνεκεν τῆς Θεοτόκου, quaeso te dic mihi, per virginem Deiparam*. Hemst.

163, 11. *τῆς θυσίας*] Liquet mihi scribendum esse, *τὰ τῆς εὐχῆς ἐπετέλει*· hoc confert non nihil ad sententiam explicandam; illud plane nihil: periculis enim defuncti vota candidati hostiatique, ut Plautus ait, solvebant, id est, *τὰς εὐχὰς*, vel *τὰ τῆς εὐχῆς ἐπετέλουν*. Emendationi nostrae quod sequitur aperte adspirat, *ἢ ἐξιλεοῦτο* (sic enim ex A. restitui, quod per ceteras edd. erat corruptum in *ἐξιλεοῦντο*) *τὸ θεῖον ἐπὶ τοῖς μέλλουσι*· quod proprie referendum est ad *ἐκαλλιερεῖτο*· nam alios ait inmolatum venisse, ut voto se liberarent, alios, ut exta de futuris consulerent, factoque sacrificio Deos sibi propitiarent: adhiberi solitos esse convivio sacro sacerdotes, fructumque relictarum victimae partium percepisse. De verbo *καλλιερεῖν* Suidam agentem vide, ut hominem Christianum: pertinet autem is locus ad Gregor. Nazianz. Stelit. II. p. 87. ubi scholiastes inter alia: *καλλιερεῖν γοῦν ἔλεγον, ἡνίκα τῶν ἱερείων καλῶν καὶ αἰσίων ἐτύγχανον*. Hemst.

163, 15. *φυλαχθείς*] Hic usus verbi *φυλάττεσθαι* est citerioris Graeciae. Hemst.

163, 29. *ἀφοδήματα*] Codex *ἐφοδήματα*. Correxit Schaeferus.

163, 30. Nugae sunt, quae narrat de voce *πάτος*, quasi *alimenta* significaret: nusquam enim, etsi analogia non obstet, ea potestate reperietur. Hemst.

P. 164, 5. *παίζων*] Primum post *τὰ νομιζόμενα, τούτων*, omnino ex Aristophane videbatur adiiciendum: hoc quippe postulabat succedens interpretatio *τῶν ἀφοδευμάτων*. Deinde in edd. A. et I. legitur id ipsum, quod ego revocandum duxi, *τῶν ἀφοδευμάτων παίζων, τοῦτο δὲ δέον εἰπεῖν* etc. Gelenium offendit structura paulo scabrosior; ceteroqui satis intellectu facilis, et quam in scholiaste libenter patiaris: quare dedit Porto sequente, *τῶν ἀφοδευμάτων· παίζων δὲ τοῦτο, δέον εἰπεῖν, τὸ δέρμα* etc. Kusterus insuper interseruit, *παίζων δὲ τοῦτο λέγει*. Haec ego, quanquam haud ita magni momenti, minus moleste ferrem, si vel verbulo lectori caveretur. Comici versum protulit Suidas in *Νομιζόμενα*, subiecitque: *ἐπειδὴ νόμος ἦν τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τὸν ἱερέα λαμβάνειν, δέρματα καὶ κοιλίας*. Vitium haeret in postrema voce iam detersum a V. Cl. P. Wesselingio ad Sam. Petiti LL. AA. p. 75. melius in *Κωλακρέται, δέρματα καὶ κωλαί*· quae descripta sunt e scholiaste ad Vesp. v. 693. prorsus consentit codex Suidae Llß. *ἐπεὶ νόμος · · · καὶ κωλαί*· ad eam formam enarratorem nostrum correxi, accentu illo signato, quem contractae vocis ratio flagitabat. Mallem etiam ad exemplum Suidae *δέρματα καὶ κωλᾶς* translata coniungi cum *λαμβάνειν*. Quae vero sequuntur, *φησὶν οὖν* etc. optime tractaveris expungendo; tam absona sunt et inepta. Hinc autem legem nobis Atticam confinxit Petitus, quam si quis cum pluribus aliis ex tabulis LL. Atticarum eradere instituat, eum non morabor. Hemst.

164, 6. *ἐπειδὴ νόμος ἦν*] Conf. schol. infra ad Vespas v. 693. Kust.

164, 26 Codex ἔστι δὲ φφος. Idem compendium vocis φιλόσοφος vidimus supra ad v. 716. SCHAEFER.

P. 165, 11. τῆς καλουμένης Π. Ἀ.] Haec in edd. cunctis ordine parumper turbato legebantur, Ὀπ. τοῦ νεὼ διπλοῦς τοῖχος τῆς καλ. Π. Ἀ. ἔχων θύραν etc. auctores habeo mutandi Io. Meurs. Cecr. c. XXVI. et H. Vales. ad Harpocr. p. 142. qui non secus, atque ego reposui, scholiastae verba protulerunt. Sed ne sic quidem haec inter se satis apte videntur cohaerere: melius utique nexus adnotationis et magis adcommodate procedet, si statim post versum Aristophanis propositum subiungas: ἐπειδὴ . . . ἀπέκειτο· tum reliqua, quae ad ὀπισθόδομον enarrandum pertinent, iuncta deinceps continues. Verum hoc leve, neque adeo magni momenti prae eo, quod nunc dicam. Primum illa mihi considera, τοῦτο δὲ εἶπεν, ὡς μέλλοντος προϊέναι τοῦ Πλούτου, et dispice, sodes, quid huc faciant: nihil omnino, inquis; et merito: nam horum auctor eo valere voluit, ut explicarent, Ἵν' ἔχων προηγῇ τῷ θεῷ σύ. Iam porro ad ista comici verba quae sint notata, paululum expende: initium abruptum, paene dixeram absurdum: quis enim est hic scribendi modus? τῆς Ἀθηνᾶς εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνέφερον τὰ χρήματα. Deinde cui, modo animum advortat, non protinus adparet, quae ex Thucydide promuntur ad opisthodomum, collocatumque ibi aerarium Atheniensium esse referenda? Nihil ergo potius, quam ut bina scholia, quae male fuerunt disiecta, in unum conflentur: ὄπισθεν τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ναοῦ· εἰς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἀνέφερον etc. illud item, τοῦτο δὲ εἶπεν etc. interpositum alieno loco suam in sedem reducatur; quae tam concinne, quasi corporis eiusdem membra, mihi videntur coire, ut vix me continuerim, quin eum in modum omnia componerem. Placet etiam Aemilius Portus, qui in suo libro, cuius usum humanitati viri literatissimi Abr. Gronovii debeo, notaverat, ἔνθα ἦν τὸ ταμιεῖον. HEMST.

165, 17. Θουκυδίδης] II, 13. unde remedium corrupto scholiastae loco petendum est: nam pro ἀπό

τε in Thucydide prostat ἔτι τότε, pro περιεγένετο, μύρια ἐγένετο· quae utraque res ipsa flagitat. Deinde sequitur apud eum: ἀφ' ὧν ἔς τε τὰ π. τῆς ἀ. καὶ τἄλλα οἰκ. καὶ ἐς Π. ἀπανηλώθη· in his fere dubites, utrum edita sit, an scholiastae nostri lectio praeferenda: illa quippe orationis compositio paulo durior, ἀφ' ὧν τε τὰ προπύλαια (scilicet ἐγένετο) καὶ ἐς καὶ τἄλλα οἰκοδομήματα ἐπανηλώθη, vetustum quiddam atque a more Thucydidis haud abhorrens spirat: *ex quibus et propylaea sunt erecta, et in alias aedificationes, itemque in Potidaeam est expensum:* multus est in eo structurae genere Pausanias. Nec spreverim ἐπανηλώθη, nihilo minus, quam alterum illud, adpositum. Propylaea vero quum inchoata fuissent Euthymene archonte, quinque anni abierunt, antequam perficerentur, insumtis in opus magnificum, quod integris voluminibus describi celebrarique meruit, bis talentum millibus et duodecim, prout rationem accuratissime tradidit ex Heliodoro Harpocr. in Προπύλαια ταῦτα· unde iam facili negotio colligi potest, quantum ex grandi illo pecuniae publicae acervo in reliqua decesserit. Multa de reditibus Atheniensium, argentique signati magna vi, quae in aerario fuit per diversa temporum intervalla recondita, poterant disputari; sed intra cancellos, quibus notae nostrae circumscribi debent, haud facile coërcenda; tu interea compone, quae Aeschines prope finem orationis de male obita legatione, et Andocides, seu verus sit, sive ficto nomine suppositus, in initio περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης, verbis tam similibus, ut alter ab altero fuisse mutuatus videatur, scripserunt: ex iis intelliges proprium esse, quem scholiastes usurpavit, loquendi modum ἀναφέρειν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, quum pecuniae, quibus in praesenti resp. non indigeret, in aerario reponebantur: sed et illi, qui mulcta, cuius erant damnati, ad tempus non soluta, ut aerarii debitores in tabulas publicas referebantur, dici solebant εἰς ἀκρόπολιν ἀνεγχθῆναι, ut patet ex Demosth. in Theocr. p. 852. A. Hemst.

P. 166, 5. τοῦτον] Recte Gelenius, quum in

utraque priore legeretur τοῦτο. Lycophron, ut probabile videtur, ea de re, cuius causa testis ab Eratosthene citatur, scripserat in libris περὶ κωμῳδίας, quorum in Athenaeo fit mentio: idem erat et poëta multisque tragoediis nobilitatus, et grammaticus, ut Suidas ostendit; nec raro cum Eratosthene paulo inferiore hoc in genere iungi solet, velut a nostro schol. ad Vesp. v. 702. ad Pac. v. 701. Refutatur autem eius sententia de facibus in scenam ab Aristophane primo postulatis argumento liquidissimo, quod a Strattide sumtum est, qui rem illam ad Philyllium auctorem retulerit; idque in ea fabula, quam docuerit πρὸ ἀμφοτέρων τούτων, Plutum videlicet huncce, et Ecclesiazusas nostri comici, cuius tu dramatis vid. v. 970. 1142. nam cave, ne cum Iungermanno ad Poll. IX, 78. n. 24. ἀμφοτέρους Lycophronem et Aristophanem intelligas. Στράττις, scripsi geminato τ, ut dictum est ad v. 550. forma meliore, quam in Suida quoque confirmat C. LB. Sed fabula Ποταμοὶ diligentiam effugit Is. Casauboni ad Athen. VII. 23. Io. Meurs. in Att. Biblioth. et I. A. Fabric. in Notit. Comic. quam tamen et Suidas commemorat in Λίνον λίνῳ συνάπτεις, ubi pro ἀπατώντων peius, ut existimo, C. LB. ἀπαιτούντων, et Στράττης. Quamvis autem in titulo Comoediae Ποταμοῖς consentiat Photius, sicut ex Auctorum Indice, quem magno literarum bono publicavit Io. Alberti, constat, nihilominus induci non possum, ut genuinum credam: verus est vetustusque, ni fallor, Ποτάμιοι, ab Atticae demo petitus, similiter atque Aristophanis Ἀχαρνεῖς, Eupolidis Προσπάλτιοι, aliorum aliae. Neque ratio defuit, cur a comicis in scena vexarentur: hoc enim nomine male audiebant, quod facile falsos cives in tabulas referrent: ἐκωμῳδοῦντο δὲ, inquit Harpocration, ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράπτους· suffragatur Etymolog. p. 288. v. 16. p. 738. v. 45. plures simul demos recensens, quorum insignis aliqua morum macula scenam exercuerit: in Potamiis quidem animadvertas materiem illam iocorum comicorum sane luculentam. Neque eam inscriptionis causam mihi deserendam putem, etsi vel aliquis pro vulgato Ποταμοῖς stare se profiteatur, nixus Pausaniae loco I. p. 77. v. 30.

qui scribit, *Ἴωνος δὲ τοῦ Ξούθου τάφος ἐν Ποταμοῖς ἐστι τῆς χώρας·* quanquam ibi multo malim antiqua lege *ἐν Ποταμοῖ*, cuiusmodi sunt *ἐν Φρεαττοῖ*, et his similia: cur enim alias hic non scripsisset *Ποταμίοις*, quemadmodum in eadem historia lib. VII. p. 522. v. 21. *καὶ Ἴωνος ἐν τῷ δήμῳ μνῆμα Ποταμίων ἐστίν·* apud Etymologum certe, ne quis inde sibi praesidium speret, in *Σφήττιοι* legendum est pro *Σφηττοὶ* vel *Σφηττὸς*, vel *λέγεται δὲ καὶ Σφηττοῖ*. Nunc si quis Suidam inspexerit in *Οὐ λίνον λίνῳ συνάπτεις*, auctorem inveniet adlerri Strattidem: *οὕτω Στράττις ἐν Πολιτείᾳ*. Eadem, quae superius, quanquam paululum aliter, explicata fuerat, paroemia; nam adiecta negante particula res ipsa non mutatur: idem, qui adhibuerit, comicus producitur: quum autem alibi nulla fuerit adhuc reperta Strattidis *Πολιτεία*, quid citius suspiceris maioreque probabilitatis specie, quam per errorem ita scribi pro *Ποταμίοις*; mihi certe tanto magis hoc verum videtur, quia ne literae quidem corruptae vocis multum abeunt: si quis interea contendat, non absurde duplicem fabulae titulum posse statui *Ποταμίους ἢ Πολιτείαν*, ut in plurimis usu venit, is hoc sibi responsum ferat, expectandum videri, dum firmius aliquod fundamentum nudae duntaxat coniecturae supponatur. Philyllium pro Phyllio tam saepe restitutum curam hominum eruditissimorum hic effugisse mirum est: tetigit in transitu Iungermannus ad Pollucem quo supra indicavi loco; verum ita, ut nihil ipse tentet, aliorum operam exposcat. Ego nihil haesitavi, quin pro *Φύλλιον* redderem *Φιλύλλιον*, et *Φιλυλλίου* in Strattide pro *Φυλλίου*, quo pacto versum simul exire rotundissimum adparet. Eleganter vero *ἐχόμενον Φιλυλλίου*, *nec quicquam aliud, quod ad Philyllium pertinet; quod inventore Philyllio censetur:* cuius generis erant lampades scilicet, vel faces in scenam prolatae. Sic Aeschin. Dial. I. §. 4. 6. *ὅσα διδασκάλων ἀγαθῶν εἶχετο, quaecumque ad studium pertinebant praestantium magistrorum:* aut, *quaecumque a doctoribus optimis tradi et proficisci poterant.* Liban. T. II. p. 221. A. *ὅσα ἦν ἐπίπλων ἐχόμενα, πάντα ἐξανήλωκεν· quicquid in supellectilis censum veniebat:* ibi male

et vertitur et sollicitatur. Dionys. Halic. A. R. IX. p. 559. v. 6. *τὰ δὲ ἐκτὸς τείχους τροφῆς ἐχόμενα πάντα καταπάλωτο.* Apud Suid. in *Διαλαβόντες· ὅσα χρυσοῦ καὶ ἀργυρίου εἶχετο, quicquid prae manibus erat auri et argenti facti.* Pythium autem Strattidis utrum intelligendum sit Apollinis fanum in urbe, an alterum Oenoae, de quo Philochorus apud schol. Sophocl. ad Oedip. in Col. v. 1041. definire non possum: illud tamen vero videtur similius. Meminit eius *Πυθίου* Thucyd. II, 15. et VI, 54. ubi vide praestantissimum Dukerum, parique loquendi formula Isaeus p. 55. v. 14. *ἀναθήματα ἀνέθεσαν τρίποδας ἐν Πυθίου*, quod Suidas illustrabit in *Πύθιον*. Labitur vero Io. Meursius Athen. Att. II. 10. quum auream in hoc templo Gorgiae Leontino statuam esse collocatam putat: aliud enim in ipso Philostrati loco de Vit. Soph. I, 9. §. 2. *αἱ τῶν Ἑλλήνων πανηγύρεις* ostendunt, et *τῷ λόγῳ τῷ Πυθικῷ* statim adiunctus *Ὀλυμπικός*. Hemst.

166, 24. *ποικίλως*] Corrigendum est *ποικίλοις*, quod tantillum vitium eos, qui scholiastae verbis usi sunt, fefellit. Scholium autem mox ad *Ἐπὶ τῆς κεφαλῆς* adiectum huc revocari malim; hocce contra istius in locum succedere. Hemst.

166, 27. *ἀφιεροῦντες*. Sic Hemsterhusius. Codex *ἀφιεροῦν*.

166, 28. *αὐτους*] Reponi malim *βωμούς*. Ita iubet scholiastes noster et ad Pac. v. 922. Hemst.

P. 167, 1. *ἄγαλμα*] Potius habuerim *ἀγάλματα*, ut *βωμούς*· quemadmodum schol. ad Pac. v. 922. ubi haec ipsa iisdem fere verbis leguntur: *ὁπότε μέλλοιεν βωμοὺς καθιδρύειν, ἢ ἀγάλματα θεοῦ*· sic et Suid. in *Χύτραις ἱδρυτέον*· melius tamen hic legas *θεῶν*· ut operas sibi mutuas uterque scholiastes tradant. Pro *εὐχαριστήρια* scriptum ibi *χαριστήρια*, quae hic etiam paulo ante videbamus, et ad v. 1055. idque occurrere frequentius negari non potest: *χαριστήριον ναὸν ἱδρύσασθαι* ad Nub. v. 52. *χαριστήρια τῇ πόρνῃ ἀποδιδόντας* Athen. XIII. p. 572. F. *σωτηρίας χαριστήριον ἀποδοῦναι* XV. p. 672. A. *χαριστήρια τῷ Διὶ θύειν* Zenob.

C. I. n. 33. *ταῦτα σύμπαντα χαριστήρια τῷ Ἀχιλλεῖ ἀνάκειται* Arrian. P. P. E. p. 13. v. 10. de Venat. c. 35. *χαριστήριον τῆς Ἰκάρου ταφῆς* Hesych. in *Πλήξαντα*· inde *Προχαριστήρια* ab iis, qui veterum festa collegerunt, neglecta Suidas commemoravit: *Προχαιρητήρια*, in quibus explicandis mirifice lapsus est Io. Meurs. in Graec. Fer. perperam apud Harpocrationem legi, vel ordo literarum demonstraverit. Neque alterum tamen, quasi exemplo careret, temere videtur repudiandum: Etymol. p. 706. v. 44. *ὑπὲρ ὑγείας καὶ εὐτυχίας εὐχαριστήρια*. Porro legit in versibus ex Danaïdum fabula prolatis *Ζηνὸς Ἑρκείου, Μεθ' ὧν ὁ β.* et *ἱδρύνθη*· utrumque *Ἕρκιος* et *Ἑρκεῖος* veteribus usitatum; illud tamen crebrius offendas: Sophocl. Antig. v. 495. *Τοῦ παντὸς ἡμῖν Ζηνὸς Ἑρκίου κυρεῖ*· Latini *Herceum Iovem* et *aras Herceas* dicere solent: vid. N. Heins. ad Ovid. Heroïd. Ep. VII, 113. *Μεθ' ὧν* et *παρ' οἷς* aeque commoda, nec facile, quid auctoris sit, decernas. *Ἱδρύνθη*, ut Suidas *ἱδρύσθη*, forma vulgarium Graecorum in MSS. saepe obvia: Attici nitoris est *ἱδρύθη*, sicut Thom. Mag. monuit. Hemst.

167, 10. *πορφυροῖς*] *Ἐν* praefigendum videtur: familiarissima locutio, *εἶναι ἐν ἐσθῆτι*, *indutum esse veste*, in qua per ingenium linguae, ut quidem existimo, praepositionem omittere non licet: ideo pluribus in locis, ubi errore librariorum desideratur, revocandam arbitror; ut in Aeschin. Ep. 4. *καθήμενος ἐν ἐνδύματι καὶ λύρᾳ ὃ Πίνδαρος*· apud Alciphr. III. p. 428. *ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἐν ταπεινῷ τῷ σχήματι* etc. et schol. nostrum ad v. 9. *ἐν παρθενικῇ σκευῇ χρηστηριάζειν*· neque alia fuit causa, cur vel Casaubonus, perspicacissimus ille Graecae proprietatis iudex, in Athen. VI. p. 255. E. *κατέκειτο ἐν λευκῇ χλαμύδι*, vel ego in Luciani Nigr. p. 53. *ἐν τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος* restitueremus: sic enim ipse sub initium Bacchi: *ἐν πορφυρίδι καὶ χρυσῇ ἐμβάδι*· et paulo post, *ἱππεύοντα ἐν κροκωτῷ*· Alciphr. III, 40. *ἡμίγυμνος ἐν τριβωνίῳ*. Hic igitur pari modo, *ἐν πορφυροῖς*, *purpureis amicti, variisque vestimentis pompas celebrabant*. Verum dixit scholiastes; cum eiusmodi enim indumentis splen-

didioribus pompas prosequi moris erat, quod multis antiquorum testimoniis confirmare nihil adtinet: Selden. de Synedr. Hebr. III. 14. p. 1136. tum Frischlini interpretis mentem non percepit, tum scholiastae primum adsensus inmerito statim ei obloquitur. HEMST.

167, 20. *ἔλθει*] Recentioris est Graeciae. HEMST.

167, 35. *πηγνύμενον*] Aut *ἐπιπηγνύμενον* est legendum, aut *π. ἐλ. ἐν τῷ ζωμῷ*, vel *ἐπὶ τοῦ ζωμοῦ*, sive malis *ἐπὶ τῷ ζωμῷ*· quippe dicitur etiam *ἀπὸ τοῦ πήγνυσθαι πάγος*· schol. Nicandri ad Alexiph. v. 91. *γραῦς, ὁ ἐπὶ τοῦ γάλακτος γιγνόμενος πάγος*· et *ἐπίπαγος*· Hesych. in v. qui *γραῦν* interpretatur *τὸ συναγόμενον καὶ ἐπιπηγνύμενον ἐπάνω*, et Pausanias apud Eustath. ad Od. *B.* p. 1450. v. 45. Suidas in *Γραῦς* et versum Aristophanis adtulit, et vocem explicuit, *ὁ ἀνώτατος ἀφρὸς ἐν τῷ ὑπερζεῖν τὰ ὄσπρια γινόμενος*. HEMST.

167, 38. *ἢ κοινῶς ἄθη*] Vox barbara labentis Graeciae Du Cangium praeteriit: suspicor, ut *ἄνθος* dixerunt *ἄθος*, vel *ἄθθος*, perinde et *ἄθη* pro *ἄνθη* receptum fuisse; unde *ἀθηβολή*, quod Du Cangius subministrat. *Ἄνθη* vero Atticis eadem, quae *ἄνθησις*, ut *αὔξη, βλάστη, ἄσκη, ὀφελή, σύλη*. Solet autem, quicquid in summam faciem cuiuslibet corporis emicat atque emergit, *ἄνθος* dici, et *ἀνθεῖν, ἐξανθεῖν*: ideo spuma quoque *ἄνθος*· unde *οἶνος λευκῷ πεπυκασμένος ἄνθει* sunt *spumantis pocula Bacchi* Archestrato apud Athen. I. p. 29. B. Aristoph. Lysistr. v. 1259. - - - *πολὺς Δ' ἀμφὶ γένυας ἀφρὸς ἥνσει*· quod opportune Berglerus adnotavit ad Alciphr. I. Ep. 1. ubi *τοῦ ὕδατος ἀφρὸς ἐξηνθήκει*. Patet itaque non fuisse nullam causam, cur Graeci recentiores *γραῦν* vetustorum *ἄθην* adpellaverint, aut *ἄθθην*. HEMST.

ANNOTATIO
AD
SCHOLIA IN NUBES.

I. A. ERNESTI PRAEFATIO.

— Scholia igitur haec, de Aldinis loquor, monere ab initio oportet, non unius hominis esse, ne tum quidem, ubi velut unius in libris exhibeantur, neque usitato illo ἄλλως discernantur. Oportet concipere animo farraginem excerptorum e commentariis grammaticorum in Aristophanem, Apollonium Rhodium aliosque poetas, e Glossariis antiquis, etiam ex alio genere scriptorum, Thucydide, Plutarcho, Luciano, Stephano de Urb. multisque aliis, interdum sub nominibus eorum, plerumque ἀνωνύμως positorum. Nec ea farrago unum auctorem habet. Concesserim, Thomam Magistrum, aut Demetrium Triclinium excerpendi initium fecisse ex antiquis et bonis commentariis. Sed his multi, in suo quisque libro, aut eiusdem libri plures deinceps domini addidere aliquid de suo, appendiculas exemplorum, testimoniorum, locorum denique ex geographis, historicis, philosophis, quae illustrando auctori servirent, saepe perineptas illas et stultas. Atque haec omnia, quotquot in libris suis re-

pererat, in unum confudit, et per particularum δὲ et οὖν vincula copulata, et in hunc pulcherrimum scilicet cinnum commixta, Aldo Manutio edenda dedit Musurus Cretensis: cuiusmodi commentarium si quis hodie in scriptorem aliquem latinum ederet, risum omnibus pueris deberet. Sunt etiam multa alieno loco posita, et mire perturbata, abhorrentia denique prorsus ab eo, quod in textu est: et in his omnibus multa in verbis singulis corrupta et vitiosa, quae nisi emendata fuerint, sensum adsequi non licet.

Primum igitur magistri munus est, distinguere, quae male confusa sunt, et indicare notas, quibus agnosci confusio possit. Licebit autem deprehendere confusionem, primum similitudine dictorum, cum eadem res in eodem, ut videtur, scholio, bis, ter, dicta est, ut ad v. 1. 12. 21. 34. 109. 130. 151. 157. 177. 184. et sexcentis aliis locis. Neque vero id semper adeo facile est non exercitatis, et non satis attendentibus: praesertim ubi superiori scholio aliud subiicitur, truncato, quod in libro scripto fuerat, capite: veluti ad v. 297. ubi in verbis ἢ καὶ ἄμεινον novi scholii initium esse apparet: nam idem ante dictum fuerat, quod in his verbis dicitur: sed cuius demtum sit principium: in quo dixerat auctor, interpungi posse, aut solere post ὀμβροφόροι: quod ni addatur, aut intelligatur, totum illud fit ineptissimum: item ad v. 643. ubi in verbis τούτου οὖν τὸ ἕκτον ἐστὶν ὀκτὼ χοίνικες etc. nihil aliud est, quam in superioribus: unde clare patet, esse novum scholion temere additum: sed omissum esse caput, ὁ μέδιμνος χοίνικας ἔχει μή, propterea, quod superius scholion idem initium habet. Itaque doctissimis viris accidit, ut istam confusionem non animadverterent satis. Van Dalen ad Marm. p. 458. vidit, in scholio ad v. 623 non omnia esse eiusdem auctoris, nec paris pretii: at alterius scholii initium esse in verbis, ἑρομνήμονας ἔπεμπον, monere neglexit. Nec Meibomius, dum corrigit scholion obscurum v. 652. observavit, scholia duo esse, quorum alterius initium sit in verbis ὁ κατὰ δάκτυλον ῥυθμός ἐστι etc. aut Küsterus tentans scholion v. 663 animadvertit, οὐ

Ἀττικοὶ δὲ οὕτω etc. esse seiungenda a praecedentibus. Sed de hoc loco post.

Verum non modo e similitudine dictorum et ταυτολογίᾳ datur animadvertere confusionem, sed etiam e repugnantia; cum in posterioribus plane diversus et contrarius sensus tribuitur verbis Aristophanis ei, qui in prioribus traditur, et quidem sic, ut appareat, non diversas interpretum opiniones commemorari, quod ipsum fit subinde, sed utramque pro vera et certa interpretatione poni. Veluti ad v. 22. initio scholii, τοῦ δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ dicitur esse dubitantis et non recordantis aeris alieni causam, ubi intelligendum scilicet ἕνεκα: cuius rei caussa sumsi hanc pecuniam, quam Pasiae debeo. At statim subiicitur, non intelligendum esse ἕνεκα: μὴ λάβῃς εἰς τὸ τοῦ ἔξωθεν τὸ ἕνεκα etc. Pariter ad v. 44. verba καὶ εὐρὼς ὁ σκώληξ plane contraria antecedentibus et consequentibus, ut non dubitandum sit, hanc glossam, de qua hic dicere nil attinet, temere huc positam e libro scripto. Similia exempla sunt ad v. 337. 438. extr. 552. 585. 591. etc. Interdum etiam tota scholia, diversis locis posita, repugnantia sunt, veluti ad v. 639. 641. quae facile intelligit quisque, diversis auctoribus adsignanda esse.

Post haec curare oportet, ut discipulos consuefaciamus animadvertere appendiculas scholiorum bonorum et antiquorum, saepe ineptas et falsas. Eius generis exempla haec sunt. Ad v. 16. verba ὀνειροπολεῖ δ' ἵππους, post explicationem horum verborum, quae et ipsa duorum auctorum videtur, additur de discrimine τοῦ ὀνειροπολεῖν et ὀνειρώττειν: quod totum est ab h. l. alienum et consuetudini bonorum scriptorum, ipsiusque scholiastae veteris, contrarium, qui ad v. 28. ὀνειρώττειν pro ὀνειροπολεῖν dixit In scholio celebri et corruptissimo ad v. 23. de equo κοππατίᾳ, non dubitem, verba συνεζευγμένου usque ad ἐννενήκοντα esse ab alio, quam praecedentia et sequentia, auctore, quippe et commode abfuerint, nec cum praecedentibus cohaerent. Scholion primum v. 37. quod e tribus ad minimum diversis conflatum est: ter enim Δήμαρχος

qui sit, traditur: interpolatumque non uno loco, desinit in haec verba: *τοῦτο δὲ οὐκ ἔτι καθεύδων, ἀλλ' ἐγερθείς*, sc. iuvenis Phidippides. Atqui ista verba *δάκνει με Δήμαρχος* sunt patris respondentis filio. Unde patet, hanc laciniam, scholio male adsutam, temere repetitam e scholio v. 35. Similiter ad v. 64. initio inepte adiecta verba *ὁ Ξάνθιππος Περικ. ἦν, τοῦ τῶν Ἀλκμαιωνιδῶν γένους*: quippe in textu non de illo Xanthippo sermo: item post verba *λέγεται δὲ τοῦτον* etc. de Callia: quae utraque ex aliquo Lexico accessisse videntur: itemque ad v. 94. inepta ratio, cur Socratis discipuli *φροντισταὶ* dicti. Ad scholion v. 331. adscripsit aliquis locum e Stephano de Urb. a verbis *ἀπὸ κρήνης*: et deinde alius inepte e Pausania de nomine Thurii, quod ab illo loco alienissimum est. Atque ego non dubito, etiam loca e scholiis Apollonii Rhodii v. 397. 447. ex Plutarcho ibid. ex Aristotele, 907. et alia, non esse ab eo, qui primus illa brevia scholia e bonis commentariis excerpsit, sed post demum adiecta a libri veteris dominis, et sic in textum venisse. In scholio porro ad v. 94. nihil antiqui et probi agnoverim, praeter tria prima verba: cetera recentiora: quippe inepta et argutationis plena: qualia sunt et ea, quae ad versum praecedentem de caussa usurpati diminutivi *τῷκίδιον* dicuntur inepte, et repugnantia praecedenti notae: *τὸ οἰκ. ὑποκοριστικῶς*. Tale est etiam illud, quod ad v. 177. bis traditur, quare poeta *τέφραν λεπτὴν* vocet: nempe ut similem farinae faciat, cuius praegressa mentio: quo nil ineptius dici potest. Sermo est de pulvere in abaco geometrico, qui debet esse tenuis, ut sit aptior ad descriptiones figurarum.

Interdum etiam per negligentiam factae sunt transpositiones, non modo totorum scholiorum, alienis verbis subiectorum, sed etiam minorum particularum: quas diligenter oportet indagare. Sic v. 361. in scholio secundo, *σεμνύνῃ - βαδίζειν* relatum est ad verba *τῷφθαλμῷ παραβάλλει*: cum pertineat ad *βρενθύει*, quo retulit et Suidas. Quae ad v. 520. ponuntur, pertinent ad v. 518. In schol. v. 549. verba ultima *ἀντὶ*

τοῦ ἠρκέσθην τῇ πρώτῃ κωμῳδίᾳ clarum est pertinere ad v. sequentem: Κοὐκ ἔτ' ἐσαῦθις ἐπεπήδησα etc. Ad v. 866. prima pars scholii ei versui convenit, secunda ab ἀλλὰ σύ γ' ad 868. tertia ab λέγει δὲ ad 867. referenda. add. ad v. 10. 59. etc. Sed hoc genus perturbationis non difficulter, ut opinor, deprehendetur: illud autem alterum difficilius, certe nulli dum interpretum animadversum est. In scholiis v. 64. ultima verba haec sunt: παρῴδηται δὲ τοῦ Περικλέους, Μεγακλέους, ὡς ἂν δυνάμενα ἀμφότερα δηλοῦν etc. Ea sunt alienissima ab illo loco: pertinentque haud dubie ad v. 46. ἔπειτ' ἔγημα Μεγακλέους etc. Ad v. 596. verba haec sunt in vulgatis: τὸ δὲ ὑψικέρατα πέτραν ἐπῳδός ἐστι. τὸ αὐτὸ δὲ μέτρον τῷ μέλει τῷ πρώτῳ, καὶ ἑξῆς οὕτως· ἔστι δὲ παραγώγως ἀντὶ τοῦ ὑψηλήν. Verba ab ἐπῳδὸς usque ad οὕτως stant alienissimo loco. Musurus haec potuit concoquere, et cum sequentibus copulavit per δὲ. At ista tollenda et referenda ad initium ἀντῳδῆς, legendumque τὸ δὲ ὑψικέρατα πέτραν ἐστὶ παραγώγως ἀντὶ τοῦ ὑψηλήν. Kusterus aliud agebat, aut festinabat, cum hic meliores codd. exspectare iuberet. Ad v. porro 607. sunt haec verba: ἐνταῦθα μέν τοι ὁ ἐπὶ τῆς τετάρτης χώρας ἴαμβος ἐξέλιπεν. Haec de metro Eupolideo intelligenda, quo usus est poëta in Parabasi. At quomodo dicere potuit grammaticus, *hic* deficere metrum Eupolideum, quo iam v. 575. uti desierat. Non hinc clarum, ista verba eo esse transferenda? Alia transpositio insignis reperitur ad v. 798. Post duplex scholion de verbo εὐπτέρων, quorum alterum alteri connectitur more solito per coniunctionem δὲ, subiiciuntur haec: ὡς δραπέτας δὲ αὐτοὺς διαβόλλει. Ἀσύμβουλοι δέ φησιν, ὅτι καὶ ταχέως μεταβαλλόμενοι ἐπιθυμίας (sic legendum pro ἀποθυμίας) ἥττους ἁλίσκονται. Quae quid ad mulieres εὐπτέρους, sive nobiles, sive superbas? Quorsum igitur pertinent? Nempe ad v. 910. φιλεῖ γάρ πως τὰ τοιαῦθ' ἑτέρως τρέπεσθαι. Inspicite scholion isti versui subiectum, et mihi facile assentiemini. In his fateor me saepe miratum esse Musuri primum, deinde reliquorum editorum negligentiam, qui talia concoquere potuerunt, neque corruptelam animadverterunt. Sed sexcenties obser-

vavi, homines etiam doctos, non mature adsuetos omnia accurate expendere, et interrogare in omnibus animum, an satis intelligat, quod legant, audiantve, in talibus coecutire.

Sequitur pars communis omni generi scriptorum, ut, quid in singulis verbis vitii corruptelaeve sit, primum indagare doceas, deinde emendare. Quorum illud consequare, si omnia ad rationes grammaticas h. e. consuetudinem loquendi exigas, res etiam ipsas, de quibus agitur, in consilium adhibeas, quidque eae desiderent, cogitare adsuefacias. Ita accidet, ut discipuli, id quod in harum Nubium enarratione aliquoties factum est, interdum videant et vitium, et, si iam aliquid in literis Graecis profecere, emendandi rationem. Sed non modo res et ratio linguae consulenda, verum etiam libri: quorum ope tanto plura sanari possunt, quanto minus quisquam hoc inde ab Aldina editione in se suscepit laboris, ut scholia, non dicam e scriptis codicibus, sive iis, quibus Musurus usus est, qui ubi sint, quove abierint, nemo, ut opinor, dixerit, sive aliis, in quibus edita scholia reperirentur, emendaret, sed cum primis editionibus, Suidae, qui multa ex his scholiis in Lexicon suum transtulit, scriptis editisque libris, denique cum scholiaste Apollonii, Harpocratione, aliisque, unde particulae quaedam ductae sunt, scriptoribus, conferret, atque, id quod locis permultis fieri poterat, corrigeret. Nam Kusterum, qui, ut ipse praedicat, omnes veteres editiones in manibus habuit, quique Suidam ipse ediderat ante, quam ad Aristophanem edendum accederet, etiam e scholiis ad Nubes has clarum est, nosque in praelectionibus nostris saepe ostendimus, neque illis antiquis editionibus, ne in textu quidem, satis diligenter usum esse, ac permulta intacta reliquisse superiorum editionum vitia, quae ex Aldina aliisque edd. primis corrigi poterant, neque scholia accurate cum Suida, ut nec hunc cum scholiis, etiam ubi in nota subiecta indicat unde Suidas profecerit, contulisse, (vid. v. c. ad v. 37. et conf. Suid. in δήμαρχος) neque ῥήσεις ex scholiastis aliorum poetarum ac scri-

ptoribus quibuscumque decerptas satis diligenter indagasse, atque inde correxisse, ut qui v. c in scholiis ad Nubes ignoraverit utramque ὀῆσιν ex Apollonii scholiis, quarum prior tamen (ad v. 397.) ex praecedente Apollonii testimonio, et nominibus interpretum Apollonii deprehendi poterat, eratque dudum cum Apollonii interprete collata Rutgersio Var. Lect. IV, 18. indicata etiam ab Holstenio ad Steph. p. 26. altera autem (ad v. 447.) a Valesio ad Harpocrationem. Haec ergo diligenter agenti scholiorum interpreti magna facultas dabitur eorum emendandorum, et simul studiosorum non modo adsuefaciendorum ad veram rationem tractandorum ab hac parte scholiorum, sed etiam incitandorum ad reliqua et huius poetae, et aliorum, pari diligentia excutiendorum, ut in quibus tantam materiam sibi relictam videant criseos secure et cum fructu exercendae. Eximet etiam mature animis stultam plerorumque opinionem, qui splendidis inprimis et clara nomina praeferentibus editionibus tantum tribuunt, ut ibi omnia perfecta et perpolita credant, et si quis post eas quid tentare audeat, eum temerarium iudicent. Atque etiam incredibile dictu est, quam multa in omnibus Aristophanis scholiis (quae ad Plutum pertinent, semper excepta velim) possint etiam a mediocriter docto, si attendat, si omnia diligenter expendat, feliciter corrigi. Quo nomine saepe miratus sum, non dicam Musurum, hominem Graecum, et tantae famae, cuius contra mentem fortasse multa ab Aldo expressa vitiose sint, tam apertas saepe corruptelas non animadvertisse ac sustulisse, sed Kusterum, exquisita Graecarum literarum scientia hominem, tum multa ex eo genere non modo in textu reliquisse (etenim passim se ita religiosum in tractandis veteribus libris profitetur, ut sine scriptorum codicum auctoritate nihil mutare audeat; a qua tamen religione non uno loco abiit) sed ne tetigisse quidem atque indicasse, idque interdum iis locis, ubi in vicinia crisin utcunque exercuit. Sed illum virum audivi in illo opere, nescio qua de caussa, nimis festinasse. Age vero, quoniam ita proposui, afferam hic quasdam ex iis, quas in lectionibus protuli, emendationibus,

sed breviter, et sine multis argumentis, praesertim ubi res clara est per se, si forte acuere nonnullorum diligentiam in his tractandis et ad similia tentanda incitare possim: hac lege, ut si quae iam ab alio occupatae sint, eae omnes adscribantur his, qui eas ante me protulere.

In argumento, quod Thomae Mag. nomen praefert, quodque huic editione praeponendum curavi, tribus locis ad minimum vitiosus est textus, facile ille sanandus. Primum Strepsiades dicitur ad Socratem adducere voluisse *τὸν τούτου παῖδα*. Clarum est, legendum esse *τὸν ἑαυτοῦ παῖδα*. Cum irritum id consilium esset, ad *δεύτερον εἶδε πλοῦν*: immo *ἦλθε*, ni fallor: aliam rationem tentavit. Denique multis filio precibus persuasit, ut discipulus Socratis fieret: *πολλαῖς πεποίηκε ταῖς δεήσεσιν, ἕνα τῶν Σωκράτους ὁμιλητῶν γεγενῆσθαι*. Non dubitem, Thomam dedisse *πέπεικε*. Nam in *γήραος οὐδῷ μανθάνειν*, largiar, *κατ' ἔλλειψιν* intelligi posse *ἐπί;* cuius ellipseos exemplum est in Nub. v. 271. ubi v. schol. etsi semper hanc praepositionem, quod sciam, addunt fundus huius formulae Homer. Il. χ. 60. (ubi v. Eust.) et alii.

Quod ad scholia ipsa attinet, primum conspicua est et crebra varietas et confusio in verbis *εἴρθεσις* et *ἔκθεσις*. Nam modo est *εἴρθεσις διπλῆς ὕμνου* vel *μέλους*, (ut in Pluto semper), modo *ἔκθεσις*, pro quo *εἴρθεσις* rescribendum esse, quis non intelligit: cum *initium* indicetur, *εἴρθεσις*, non *ἔκθεσις*, quae est *finis*, *ἀπόθεσις* alio verbo dicta; ut *ἔκθεσις δράματος clausula fabulae*, ap. Demetrium Tricl. de metris Sophocleis, cui *εἴρθεσις δράματος* opponitur. Par confusio est in epitheto *διπλῆς*. Nam modo est *εἴρθεσις διπλῆς ἀμοιβαίας*, quod verum, modo *ἀμοιβαία*, ad v. 456. 700. etc. Similiter ad v. 958. est *εἴρθεσις διπλῆς περιοδικῆς*: ad v. 1208. *ἔκθεσις διπλῆς περιοδικῆ*. Iam porro, quis non statim videt, ad v. 3. extr. *ἔξω τὴν κεφαλὴν ποιήσας τοῦ παραβλήματος*, reponendum esse *περιβλήματος*, quod etiam clarum e schol. ad v. 10. item ad v. 21. ubi duo scholia eiusdem sen-

tentiae confusa, in fine, pro *δοκεῖ δυστυχεῖν*, legendum *ἐδόκει*: ad 33. pro *ἐν τοῖς παλαιοῖς τῶν αὐτογράφων, ἀντιγράφων*, ut habent edd. vett. In scholio de Demarchis ad v. 37. quod e pluribus conflatum ante dixi, in verbis posterioris partis, *ἔστι δήμαρχος ὁ τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἄρχων*, conspicuum vitium est in *ἐπώνυμον*: quippe nunquam *ἐπώνυμος ἀρχὴ* fuit *ἡ δημαρχία*: idque corrigendum *τὴν κατὰ δῆμον ἀρχὴν ἄρχων*, ut e sequentibus patet: itemque paullo post e verbis *ἵνα οἱ κατὰ δῆμον ἄρχοντες διδῶσι καὶ λαμβάνωσι τὰ δίκαια παρ' ἀλλήλων*, tollendum esse verbum *ἄρχοντες*, ita clarum est, ut ne tiro quidem dubitare possit. Neque enim *ἄρχοντες ἐδίδουν καὶ ἐλάμβανον τὰ δίκαια*, sed per *ἄρχοντας, δημάρχους*, plebs. In scholio ad v. 41. quod exscripsisse Arsenium ad Euripid. Med. 1. non observavit Barnesius, pro *ἐπευχομένου*, quod ed. Kusteri obsidet, per se patet scribendum *ἀπευχομένου*, idque exhibent edd. vett. et schol. Eurip. In versu autem Homerico *οὐκ ὄφελον Τρώεσσι κοτεσσάμενος*, non corrigam cum Barnesio *κοτεσσαμένη* ex Homeri libris. Nam memoriter potuit laudare grammaticus, et, hoc quidem loco, generis ratio cur haberetur, nulla caussa erat. Ad v. 96. post verba *ὅς γε μήτε ἴδιόν τι, μήτε ἁρμόττον*, excidit *ἐπήγαγεν*, aut simile quid. Ad 122. pro *σίγμα* scribendum *σαρπῖ*, et mox, *καὶ διὰ τοῦ Ϙ*, (non *μ*,) *καὶ π γράφεται·* unde vel maxime etiam, ut hoc obiter addam, intelligitur, in nobili scholio ad v. 23. cum Scaligero ad Eusebium legendum esse *τὸ γὰρ σ* (*s.* ϙ) *καὶ τὸ π χαρασσόμενον σαρπῖ ἔλεγον*. Ad 133. pro *Παγαιατικὸν κύλπον* e Strabone, Ptolemaeo, et aliis Geographis, reponendum *Παγασητικόν*. Ad 138. excidisse videtur *ἐν* in verbis *ἢ τοῖς μακρὰν* etc. idem ad 144. in verbis *τοῦτον τὸν χρησμὸν ὁμολογῶν ἐν τῇ κατὰ φιλοσόφων, ψεύδεσθαι φησὶ τὴν Πυθίαν*, excidit nomen auctoris, quod Menagius et Kusterus frustra latere putant in *ὁμολογῶν*. Cum *concederet* ille, quisquis fuit, oraculum esse a Pythia editum, mentitam vatem dicebat. Ad 151. male excerpta est pars ea, in qua verba *ἐπεὶ κ. δ. ο. ε.* omisso eo, ad quod *ἐπεί*, referebatur: ineptumque est, quod additur *διὸ καὶ περιέφυσαν εἶπεν, ὡς ἐπὶ δένδρου*: cui similia in altera

scholii parte sunt. In sequente autem ad v. 152. pro *διάστημα τοῦ ὑποδήματος* planum est cuivis, scribendum esse *τοῦ πηδήματος*, itemque paullo post in extremo scholio. In nota ad v. 158. dicitur cicada similiaque animalcula vocem emittere *διὰ τοῦ στήθους*. Subiicitur deinde: *εἰ γὰρ τοῦτο λάβοιο*, pereat isti vox: ubi etsi fero *τοῦτο*, i. e. pectus, tamen grammaticum dedisse non dubito *τούτου*: siquis prehendat animalculum e pectore. Itemque mox pro *ἐντόμια* puto legendum *ἔντομα*, ut semper alibi vocantur: totum autem illud ab *καλεῖται δὲ* usque ad *κ. τ. τεττίγων μάλιστα*, a posteriore grammatico inepte adsutum, et a Musuro insertum textui. Ad v. 179. ante verba ultima *ἵνα αὐτοὺς ὁρᾷῃ* aliquid exciderit necesse est, ut, *ἐκεῖ γὰρ ἐφοίτα Σωκράτης*, ut e seq. scholio patet: in scholio autem v. 215. pro *τὸ σχῆμα τῆς λέξεως* coecus viderit, scribendum *τ. σχ. τ. θέσεως*: tum paullo post, certum puto, in verbis *τὴν μὲν ἄλλην ἐπὶ ὁμολογίᾳ καταστα θῆναι*, reponendum *παραστα θῆναι*: quod esse verbum solenne in ea re, auctor est cum aliis Thucydides I, 29. *ξυνέβη τοὺς τὴν Ἐπίδαμνον πολιορκοῦντας παραστήσασθαι ὁμολογίᾳ, conditionibus in deditionem redigere.* Atque etiam ipse alter grammaticus, sequentis scholii auctor, in quo *παραστησάμενος τὴν Εὔβοιαν*. Ad 223 in verbis, *καὶ ὑπερφρονῶν τ. τ. α.* aut addendum *ὡς*: *dicitque haec, ut contemnens res humanas:* quae particula etiam excidit infra ad v. 259. *ταῦτα λέγων ἅμα ὁ Σωκράτης (ὡς) εἰς τὰ θύματα παρατρίβων λίθους*: aut saltem haec de Socrate intelligenda. v. 225. dicit grammaticus *τὸ περιφρονῶ* dupliciter intelligi posse, *καὶ ἀντὶ τοῦ περισκοπῶ καὶ ἀντὶ τοῦ περιφρονῶ*: quod ineptum est. Dederat *ὑπερφρονῶ*. Quod Kusterus ibi prioris significationis exempla extare negat, non possum refellere: at *περίφρων* dici de cauto et prudente, scio. In proximo pro *ταλάρους καλοῦσι*, videtur legendum *ταῤῥούς*. Nam alias tota oratio inepta. Dicit Atticos rusticos calathos vocare *ταλάρους*, nunc autem sic vocari *κρεμάθραν*, in qua suspensus erat Socrates. Atqui *ταῤῥὸν* dixerat Aristophanes. Nec scholiastes in textu legisse potest *ταλάρους*. neque enim Attica ista vox est, nec metrum eam admittit: nisi forte velimus

dicere, synonymum verbi, quod in textu est, positum esse a grammatico, ut alias: de quo post. Ad v. 239. proferuntur versus Phocylidis, quos bene Kusterus monet in eo carmine, quod hodie sub eius nomine extat, non reperiri: at illud non vidit, alterum versum non constare

φεῦγε, μή σ' ἀνιήσειε διδοὺς, παρὰ καιρὸν ἀπαιτῶν.

In quo primum φεῦγε sententiae complendae caussa additum a scholiaste, ut ad v. 54. κατὰ in capite versus Aristophanii: deinde scribam, μή σέ γ' ἀνιήσειε etc. Ad v. 246. Kusterus verba τρίτον, Διῒ τὴν ἀρχὴν καταλύσαντας τῶν ἐκείνων, οὓς Ὀλυμπίους καλοῦμεν, corrigit τρίτον, τοὺς κατὰ Δία etc. bene, qua sensum, et convenienter superioribus, ubi τοὺς κατὰ Ὀφίωνα κ. ε. et τοὺς κατὰ Κρόνον καὶ Ῥέαν: at mollius fuerit, corrigere καταλύσαντας, qui Iovi imperium, quod illorum fuerat, comparavere, confecere. Ad v. 263. Kusterus negat, intelligi μερικοῖς posse in verbis: μερικοῖς φιλοσόφων λόγοις ἀέρα βούλεται εἶναι τὸ πᾶν. Pronum fuerit, corrigere φυσικοῖς. Nam Physicorum illud decretum est. v. Laert. II, 3. adde schol. ad 230. iique scholio proximo commemorantur. Et ab hac opinione aliquando non alienus eram. Sed fortasse μερικοὶ φιλόσοφοι non male dicantur certae sectae philosophi, et μερικοὶ φ. λόγοι opiniones quarumdam sectarum, aut unius sectae: iique eodem modo dicuntur, quo προσῳδία μερικὴ, qualem scripsisse constat Herodianum, grammaticum, hoc est, Iliaca, Odyssiaca, Attica, tragica etc. v. Observ. Misc. Nov. T. II. p. 120. Vitiosa autem haud dubie sunt ultima verba ad v. 264. ἐκ τῶν νεφελῶν φησὶ τὴν ἀστραπὴν καὶ βροντὴν συγκρουομένας ἀποπέμπειν: neque enim constructio constat. Forte legendum συγκρουομένων, et in ἀποπέμπειν intelligendum Δία, ut ante in βροντῷ et ὅτε σκηπτοὺς ἐπιπέμπει. In scholiis ad initium Odae v. 274. syllaba πῳ dicitur esse communis in v. 289. ob sequentem vocalem, διὰ τὸ ἔχειν ἔμπροσθεν φωνῆεν: quod vix credam rectum esse. An fuit διὰ τὸ εἶναι ἔμπροσθεν φωνήεντος? Forma quidem illa loquendi mihi nondum observata est.

Sed illud evidens est, paullo post in verbis αἱ Νεφέλαι παρακελεύονται δῆθεν ἑαυταῖς πεισθῆναι τῇ ἐπικλήσει corrigendum esse ἑαυτάς: *se cohortantur.* Mox pro λέγουσι περιόδους legendum παρόδους, iam admonuit Spanhemius. Ad v. 294. vera scriptura est: ὑπὸ μείζονος ἀνάγκης ἐξαγόμενον (non ἐξαγόμενος) εἰς τὸ παρανομεῖν δείκνυσιν ἑαυτόν: *ostendit, se maiore quadam vi ablatum esse ad peccandum.* In proximo scholio manifesta est corruptela in verbis ὁμοῦ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης αὐτὸς μὲν οὐ, τῶν δὲ ἄλλων κωμῳδογράφων ἀτεχνούντων. Dicit verbis οὐ μὴ σκώψῃς etc. et Socratem et Aristophanem ipsum reprehendere ineptos comoediarum scriptores, qui male scribant fabulas, relictaque arte ad dicteria convertantur. Haec sententia requirit: ὁμοῦ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης, αὐτοῦ μὲν οὐ: sive Ἀ. αὐτὸς, αὐτοῦ μεν οὐ, τῶν δὲ ἄλλ. etc. Verba οὔ σέβας v. 301. scholiastes sic explicat: οὐ σέβασμά ἐστι, καὶ ἄῤῥητα μυστήρια. Vereor, ne verum sit σεβαστά vel σεβάσμιά ἐστι καὶ α. μ. Nam σέβας ἱερῶν sunt σεβαστὰ ἱερά, augustiora sacra. Sed gravius vitium est mox in verbis: ὅτι δὲ λίαν ἐσπούδαζον περὶ τὰ μυστήρια, δῆλον ἐκ τοῦ ψηφίσματος Μεγαρέων. Quibus verbis patet respici ad nobile illud Atheniensium (non Megarensium) decretum, quo Megarenses a mysteriis Eleusiniis arcerentur, ob Anthemocritum interfectum: de quo v. Vales. ad Harpocr. v. Ἀνθεμόκρ. cui in notis ad Maussaci Comm. non succurrebat hic scholiastae locus. Unde cogitur, addendum esse κατὰ: ἐκ τοῦ ψηφ. κατὰ Μεγαρέων. In schol. ad v. 316. ubi περίλεξις explicatur, per coniunctionem duorum similium scholiorum, verba, ὅπερ ἐστὶ λοιπὸν ἔργον τῆς ἐξηγήσεως τοῦ λόγου, bis posita sunt: deinde ante ἢ τὸν παραλογισμὸν excidit κρούσιν: nam eius verbi explicatio incipit. Ad v. 326. pro ἐκεῖνος μηδ' οὕτως ὁρῶν, τοῦτο νῦν προσέθηκεν, scribendum ἐκείνου μηδ' οὕ. ὁρῶντος: *Cum propinquae nubes essent, et ille (Strepsiades) tamen non videret, hoc nunc (Socrates) addidit.* Nam nominativos pro genitivis hic existimare, durum fuerit. Ad v. 330. suspectum esse potest, καταχωρῶν δὲ νῦν πάσης ἐπιστήμης. Nam καταχωρῶν nuspiam obvia vox est. Sed quia et aliae voces non ob-

viae in Lexicis in his scholiis occurrunt, possis intelligere divisim *χωρῶν κατὰ π. ε.* ut dicunt *χωρεῖν ἐπὶ* et *εἴς τινα*, impetum facere in aliquem. Id qui nolit, legat *κατηγορῶν*, *accusans*, *reprehendens*, *irridens*. In excerptis de v. *θουριομάντεις* v. 331. extr. pro *μαντειῶν* legerim *μαντέων*, *vatum*, quia sequitur, *τούτους δὲ ἔφη τρέφεσθαι ἐκ τῶν Νεφελῶν*. Ad vocem *σφραγιδοτυχ.* in extr. est: *Καλλίμαχος δὲ πρὸς αὐτοὺς ἀποτεινόμενος, οὕτω περὶ αὐτῶν καθάπτεται.* Nihili est *τὸ περὶ*, quod aut tollendum, aut pro eo scr. *πως*. nam *καθάπτεσθαί τινος* dici, etiam tirones sciunt. In schol. ad v. 345. verbis *καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ πολλὰς ἔχουσιν εἰκόνας*, ab initio addendum *αἳ* vel *ἐπεί*. in proximo autem, ante *ὥρτε καὶ ὁ πρὸς* etc. *οὕτως δὲ ἐρωμανεῖς ἦσαν*, aut simile quid. Ad v. 403. 2. pro *τὸ τῶν νεφῶν σῶμα* reponendum *νεφελῶν*, et ad v. 408. pro *οὐκ ἐκίνουν, οὐκ ἔσχισα, ἐκέντουν*: quod sensus et res desiderant. V. 420. in *λάχανα μόνον ἤσθιον εὐτελῆ*, scr. *εὐτελεῖς*: tenues homines tantum olera edebant. In loco de voce *κύρβις* ad v. 447. ubi profuerit comparare schol. Apoll. Rhod. loc. supra cit. et Suidam, et Harpocr. in verbis *κύρβεις δὲ ἀπὸ τῆς εἰς ὕψος ἀναβάσεως*, legam *ἀνατάσεως*. Adiuvant Suidas et Harp. quorum ille *παρατάσεως*, hic *ἀναστάσεως* habet, et ipse sic corrigendus. Ad v. 449. extr. sic est: *οἱ ἐκ τῶν ἄλλων συνηθροισμένοι ἐπὶ τοιαῦτά τινα τοῖς ὑποζυγίοις ῥιπτούμενα καλοῦνται κέντρωνες*. Haec vitiosa esse facile patet: corrigenda, si quid video: *οἱ - συνηθροισμένοι. ἐπεὶ τοιαῦτά τινα* etc. forte et *ῥαπτόμενα* melius sit: in usum iumentorum consuta. Ad v. 450. *καὶ τοῖς σωλῆσιν ἐμβαλλόμενον*, corrige *καὶ τὸ τοῖς* etc. v. 498. *ἀποδῦσαι δὲ αὐτὸν βούλεται τὴν ἐσθῆτα*. Corrige: *ἀποδύσασθαι α. β.* Ferri tamen vulgata potest, si cum edd. Ald. aliisque antiquis punctum ponatur ante *ἀποδῦσαι*. In proximo scholio, vix dubito verum esse *ἵνα μὴ ὑπὸ ἔχθρας λάθωσιν ἀποβαλόντες τὸ ζητούμενον*, non *ὑποβαλόντες*. Magis clarum est, in scholio ad v. 508. de antro Trophonii, falsum esse, quod dicuntur degressi in antrum exiisse *δι' ἄλλου στόματος*, pro eoque restituendum, *δι' αὐτοῦ στ. per idem foramen*, e Pausania, teste *αὐτόπτῃ* IX, 39. p. 791. extr. s. Sed in ce-

teris ad h. v. excerptis plura medicina egent. In loco Characis Pergameni Agamedes et Trophonius dicuntur in Elide aedificasse Augiae (*Hyriea* vocat Pausan. IX, 37. Suid. in *εἰς Τροφ. Aegaeum*) ταμιεῖον χρυσοῦν: debet esse χρυσοῦ. In eo lapidem sic inseruere, ut eximi posset, noctuque ingressi, aurum furati sunt: ᾧ καταλείψαντες ἁρμὸν λίθου εἰσιόντες ἔκλεπτον τῶν χρημάτων etc. utrum *reliquerunt*, an *obleverunt calce*? excidisse aliquid videtur, item ut ἀπὸ ante τῶν χρ. quod tamen intelligi potest, vel, si malit quis, μέρος. Mox ἔκτοσε (ed. Ald. ἐκ τόπε) corruptum est: quomodo corrigendum sit, nondum venit in mentem. Laqueis a Daedalo positis, Agamedes ἁιρεῖται. quomodo vero, cum eum captum modo Trophonius, resecto capite, occiderit? Immo αἱρεῖται, *capitur*. Pausan. l. c. τὸν μὲν ὁ δεσμὸς κατεῖχεν. Post αἱμάτων ἔκλυσιν operae typographicae induxere: ed. Aldi recte ἔκχυσιν. In tertio excerpto haesit, et meliores libros expectare iussit Kusterus, in verbis πρῶτον μὲν ὅτι οἱ περὶ Ἀγαμήδην υἱὸν Ἀπόλλ. καὶ Ἐπικάστης, οἱ δὲ etc. Sed e seq. οἱ δὲ clarum est pro περὶ reponendum esse μέν, intellecto λέγουσιν. Mox εἶτα ὡς Δαίδαλος μὲν - αὐτοὶ κεκλοφότες ἐάλωσαν: excidit δὲ ante κεκλοφ. absorptum ab initio sequentis verbi. Ad v. 528. pro εἰς τὸ ἐμὲ scribendum οἷς τ. ε. Ad 530. in lege, μὴ εἰσελθεῖν τινὰ εἰπεῖν μήπω τεσσαράκοντα ἔτη γεγονότα, suspectum mihi est τὸ εἰπεῖν. nam, qui in concionem prodeunt, simpliciter dicuntur εἰσελθεῖν vel παρελθεῖν, προϊέναι, προελθεῖν (v. Hemsterh. ὁ πάνυ ad Lucian. T. I. p. 33.) addito interdum εἰς τὸν δῆμον, non εἰπεῖν vel λέγειν. Ἀφανίζων v. 542. explicatur (eaque vera interpretatio) ἀφανεῖς ποιῶν: corrigendum ἀφανῆ. refertur enim ad σκώμματα. Ad v. 567. extr. pro ἐπισπώμενον, ex ed. Ald. reponendum ἐπισπώμενος. Ad 587. primum in ἀποκλῖναι δὲ καλῶς forte melius sit ἀποβῆναι: in versu autem Eupolidis non debebat dubitare Kusterus ex Athenaeo pro εὐτυχεῖς rescribere εὐτυχὴς εἶ, ut versus constaret; nec minus vere ille in verbis Ποσειδῶν ἡττηθεὶς τῇ Ἀθηνᾷ δυσβουλίαν ἐπέβαλεν Ἀθηναίοις, correxit τῆς Ἀθηνᾶς. Sed cur non et ἐνέβαλεν; quod non minus promtum et evidens. Ad v. 591. in verbis

ἐπὶ δὲ τούτων τέθνηκε, res et temporum ratio postulat ἐτεθνήκει: cum secundae Nubes agerentur, mortuus erat Cleon. Mox autem in ὃ ἐδιδάχθη, aut δρᾶμα intelligendum, aut ὃς legendum, refertur enim ad Maricam Eupolidis. Mox ad v. 595. τῶν διθυράμβων προοίμια corrupta sunt e διθυραμβοποιῶν. sequitur enim: *assiduo enim his utuntur, et propterea* ἀμφιάνακτες vocantur. In eodemque scholio, Terpandri versus corruptus restituendus e Suida ἀμφί μοι αὐτὸν ἄναχθ' ἑκατηβόλον ᾄδετω φρὴν, sed addita ἡ ante φρὴν, ut fiat hexameter. Est enim initium νόμου ὀρθίου Terpandri, in quo hexametris usum esse, docet Proclus ap. Photium cod. 239. p. m. 523. In eodem scholio extr. in verbis οὔτε ὁ λόγος, οὔτε ὁ νοῦς ἐπιζητήσειεν, ἀλλὰ μᾶλλον etc. addendum ἄλλο τι. Ad v. 609. χαίρειν προσθεῖναι factum male e προσθεῖναι: ceterum id scholion fere sumtum e Luciano de lapsu inter salut. §. 5. ubi ex interpretibus discent, qui nesciunt, quale illud triplex fuerit trigonon, quam ὑγείαν Pythagorei vocabant. In excerptis de hieromnemonibus ad v. 623. 624. bis aperte peccatum a librariis: primum in ἱερεῖς γραμματεῖς pro ἱεροὶ γ. deinde in verbis οἱ γὰρ πυλαγόραι προεστήκεσαν τῶν ἡμερῶν τοῦ θεοῦ: ubi nemo dubitet, veram esse lectionem τῶν ἱερῶν. Qui in μερικοῖς philosophis haeserat Kusterus, non haesit ad v. 627. in ἁπλοϊκοῖς: qui tamen prorsus nulli sunt. Dicit, ab Aristophane Socratem διὰ τῆς πολυμαθίας εἰς ἀθεΐαν, καὶ τοὺς φιλοσόφους ἁπλοϊκοὺς διαβάλλεσθαι. Qui post haec edent haec scholia, reponent ἁπλοϊκῶς: quod est verbum scholiastarum, pro ἁπλῶς, *omnino, simpliciter, in universum;* cuius exempla e scholiis Homeri et Sophoclis dedit diligentia Scotti in Append. Thes. Steph. Paullo post ad v. 630. in ὥστε εὐτελῆ εἶσὶ delendum τε: ad v. autem 639. pro οὔτε γὰρ ποιητής ἐστιν, οὔτε κωμικὸς, legendum οὔτε μουσικὸς, tum rei caussa, tum e schol. v. 641. ubi pariter de Socrate, οὔτε γὰρ ποιητικὴν ἢ μουσικὴν ἐπηγγέλλετο διδάσκειν, et ad v. 643. pro ἔπαιζε ex ed. Ald. ἔπαιξε. Optime meritus est de scholiis ad v. 651. Meibomius, loco a Kustero prolato, sed tamen aliquid reliqui fecit. Primum haud dubie aliquid excidit in verbis ἡ

γὰρ μακρὰ - πόδας: deinde pro τοῦ εἰς τοὺς Κούρητας ἀναγομένου μέλους, duce Suida, quem non inspexit Meibomius, scribendum ἀεὶ γιγνομένου. Ἀνάγειν ἑορτὰς scio, non μέλος. Nec Curetas istius carminis auctores habitos puto, quod verba Graeca in vulgato sonant. Denique ἔστι δὲ ῥυθμὸς, κρούματος εἶδος κατὰ δάκτυλον, ᾧ χρῶνται αὐληταὶ, transpositione sanabitur sic: ἔστι δὲ ῥυθμὸς κατὰ δάκτυλον εἶ. κ. In sequente scholio ad v. 653. ἐὰν δὲ περιαίρεται ex Aldina corrigam περιαίρηται sc. παραβοπὴ, *conversio*, ut opinor, *vices personarum*, ut est ab initio: nisi forte esse debet περιτροπή. In scholio ad v. 663. Kusterus verba καὶ Θεόπομπος tolli loco suo, et poni vult ante verba ὁ δὲ παῖς, ne hic versus sine auctore positus sit. Quod mihi non videtur. Ego eum quoque versum e Platonis Daedalo sumtum puto; quod ipse scholiastes docebit, si sic interpungemus: Καὶ ἐν τῷ Πλάτωνος Δαιδάλῳ ἐνίοτε· Πολλαὶ - σοβεῖ. Aliquoties ita Plato in eadem fabula: ut in his duabus χρήσεσι. Nam illud ἐνίοτε profecto non est pars versus, ut patet ex Athen. IX. p. 374. ubi prior locus affertur ex Aristophanis Daedalo, cum varietate quadam (est autem lectio in utroque corrupta) ex quo nemo conetur vel scholiasten vel Athenaeum in nomine poetae corrigere. Uterque eodem versu usus est. Nam Clemens Alex. Strom VI. p. 628. tradit, Aristophanem et Platonem in Daedalo, quo nomine uterque fabulam scripsit, se invicem compilasse. Locus autem prior ap. Athenaeum sic ponitur:

Πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων
Ὑπηνέμια βίᾳ τίκτουσιν ὠὰ πολλάκις.

Si, auctore scholiaste nostro, et Eustathio ad Odyss. p. 1479. ed. Rom. qui ex Athenaeo se sumsisse profitetur, tollas βίᾳ, sanatus erit versus: βίᾳ ortum e repetitione clausulae μια. Litera β in codd. recentioris aetatis sic scribitur, ut facile cum μ confundatur. In οἱ Ἀττικοὶ autem est initium alterius scholii, et illud καὶ Θεόπομπος, de more scholiastarum in auctoritatibus commemorandis, positum est pro *exempli gratia*, *nominatim*, *Theopompus*: potestque respexisse gram-

maticus ad locum, quem ex eius Pace laudat Athenaeus l. c. *Καὶ Θεόπομπος δ' ἐν Εἰρήνῃ ἐπὶ Θηλείας ἔταξεν*: nisi forte locus eius excidit. Illud *καὶ* in simillimo loco excidit ad v. 747. extr. *Τὸ δὲ Θεττάλην Ἀττικοὶ βαρύνουσιν, (καὶ) οἱ κατὰ Μέναδρον, ὡς δαμάλην.* In verbis pariter, *Μάκτρα δὲ ἡ θυεία, ἡ δὲ καρδόπη, μεγάλη*, ad v. 676. quis non videt excidisse *μικρά. μάκτρα δὲ μικρὰ ἡ θυεία*: quod quomodo commissum sit, in promtu est. Ad v. 691. Kusterus haud dubitanter reponere debebat *Κρατῖνος ἐν Σεριφίοις*, ut volebat Iungerm. ad Poll. VII, 69. Iubet ipse Aristophanis scholiastes ad Vesp. 74. ubi e Cratini *Σεριφίοις* eadem de Amynia. Mox in *Εὔπολις δὲ ὡς παραπρεσβύτην* quoque insigne vitium est. Quid enim verbi *παραπρεσβύτης*? Id in nullo Lexico obvium, notavit quidem nuper Scottus l. c. sed sine interpretatione. Ego vero certum habeo, scholiasten dedisse *παραπρεσβευτήν*, h. e. *παραπρεσβείας, legationis mala fide gestae renunciataeque rem:* quamquam et hoc verbum ignorant Lexica. Addit scholiastes, *ὕπερ καὶ ἐν Σφηξὶ φαίνεται.* Locus est v. 1263: ubi de legatione hominis agitur, e scholioque subiecto discimus, locum Eupolidis, ad quem hic respexerit grammaticus, fuisse *ἐν ταῖς Πόλεσιν.* In schol. ad v. 700. legendum esse *τὸ πέμπτον ἐκ διαμβου καὶ διτροχαίου* pro *τροχαίου* concedat, qui versum ad numeros revocaverit. Vitium etiam est mox in nota de colo sexto. *κατὰ μέσον διτροχαῖον* dicitur habere. Atqui est schoriambus. Male digestum et male scriptum est in omnibus edd. scholion v. 739. *λεπτὴν*] *ἀκριβῆ. ἔνθα καὶ λεπτολόγος ἔρευνα.* Sic postea haec edentur: *λεπτὴν*] *ἀκριβῆ· ἔνθα καὶ λεπτολόγος. Περιφρόνει*] *ἐρεύνα.* Gravis menda porro est ad v. 740. ubi vox *διαιρῶν* explicatur, *ὡς ἐπὶ τῶν μίμων ἐχρήσατο· ὡσεὶ ἔλεγε κατὰ κεφάλαιον ἐκζητῶν.* Quid enim est, *ἐπὶ τῶν μίμων*? Scripsit, nisi vehementer fallor, *ἀριθμῶν*: *usus est hoc verbo tanquam de numeris loqueretur, veluti diceret, per singulas partes et capita veluti summarum explora.* Ceterum hic quoque duplex scholion est. In scholio ad v. 750. in quo scholiastes et Suidas mutuas sibi operas praestant, in verbis *καὶ προειπὼν ἑτέρῳ* sc. quae in speculo

scripserit sanguine, haud dubie excidit μή. nam si praedicat, quae scripsit, non mirum, scire alterum. Ad v. 756. et Musuri et Fracini scholion corruptum est In priori pro εἰ κατηγορῶ πέντε σε δυναμένη ζημιῶσαι τάλαντα, legi sensus iubet, εἰ κατ. σέ τις δίκην πέντε δυναμένην ζημ. τ. in altero pro ὅτι ἐν τοῖς δικασταῖς οἱ δανεισταὶ ἐρχόμενοι, ἐν τοῖς δικαστηρίοις. In notis ad v. 766. de hyalo, quarum prior in multis e Suida corrigi debet, vitium est in voce τηκόμενον, natum ex eo, quod librarius id referebat ad τὸ. sed sensus plane docet, scribendum esse τηκομένης. ad v. 771. autem de Socratis operibus artis statuariae, primum in λιθίνους ἀνδριάντας ἐλάξευε, corrigam ἐλάξευσε, et mox in τριηρχάσατο, pro quo Kusterus volebat ἀπειργ. vel δημιουργήσατο, nimis amplexus primam illam syllabam, haud cunctanter deleta prima syllaba, quae nata est e paulo ante posito verbo τριῶν, reponam εἰργάσατο, quod verbum dici pro *elaborare, efficere*, patet e v. 878. et aliis locis: itemque ad v. 774. in verbis οἱ δὲ μὴ ἔχοντες τῖσαι καθείργνυντο εἰς τὸ δικαστήριον, εἰς τὸ δεσμωτήριον: et ad v. 809. ἀπολεπίσῃς pro ἀπολεπίσας. ad v. 813. autem in verbis, καταλέλοιπε τοὺς λίθους τῆς οἰκίας, addendum μόνους, et Suidas innuit, et est in scholio Fracini. In scholio quod v. 815. adsignatur, cum ad 816. pertineat, primum scribemus ταὐτὰ (pro ταῦτα) πειρᾶται τὸν υἱὸν διδάσκειν: deinde in fine ἐνδεῖ δὲ τοῦ (pro τὸ) χ. An φρονεῖν simpliciter pro superbire dicatur, nescio. Id si non est, ad v. 822. legamus, ὡς ἐπὶ μέγα φρονούντων διδασκάλων. In collectis de cognomine *Μήλιος*, quod Socrati tribuit poeta v. 828. tribus locis vitium insidet: primum in his: εἰς ἀθεΐαν ἐτράπη· ἢ διότι Melum infestarunt Athenienses. Deleto ἢ, quod natum ex ultima praecedentis verbi, sanabitur locus, non enim novae explicationis hic initium est. alterum est in his: οἱ δὲ μήλιον, τὸν καταπραΰνοντα τῇ διδαχῇ τὰς ψυχὰς τῶν μηλίων. aut tollendum τῶν Μηλίων, aut corrigendum τῶν μαθητῶν. nam et mox ex alio grammatico haec ponuntur: ὁ Μήλιός τινες ἐξεδέξαντο τὸν τὰς τῶν εἰσιόντων (*discipulorum*) ψυχὰς ὀξύνοντα, πρὶν εἰσελθεῖν ἡγρωμένας. in quo tertium vitium est. nam ὀξύνοντα con-

trarium est sensui, qui *πραΰνοντα* requirit. Certum etiam est ad v. 844. in verbis *καὶ δέον αὐτῷ πρὸς τὸ θανεῖν τὰ ἐπιτήδεια κατασκευάζειν*, corrigendum esse *πρὸς τὸ θάπτειν*. necessaria ad sepulturam comparantur, non ad moriendum. Nec minus clarum ad v. 860. *ἐκκλησιαστικὸν*, de quo ibi non est sermo, irrepsisse pro *δικαστικόν*. In extremo scholio in verbis *οὐχ ἵσταται δὲ τῶν δικαστικῶν ὁ μισθὸς*, Kusterus corrigit *τῶν δικαστῶν* vel *ὁ δικαστικὸς μισθὸς*, ut est ad Ran. 140. et Equ. 255. At nil correxerat ad Plut. 329. ubi eadem verba, nisi quod *τοῦ δικαστικοῦ* est, nec magnus Hemsterhusius, bene illustrans vocem *ἵσταται*: neque tamen ambigam, veram correctionem alterutram esse. Ad v. 868. vitiosa est vox *ἔφιν*. desideratur verbum finitum, unde nominativi pendeant, ut *ἐρεῖ* vel *φησὶ*, quod est in schol. seq. ubi de eadem re. Sed ibi est vitium in *διακεχηνὼς*, pro quo esse debet *διακεχηνόσι*. refertur enim ad *χείλεσι*, et est glossa *τοῦ διεῤῥυηκόσιν*, quod Suidas interpretatur *κεχαλασμένοις*, *οὐ συνεστραμμένοις*. Ad v. 886. init. verba *καὶ διὰ τὰ π.* non coeunt cum reliqua oratione, convenient autem, si correxeris: *διὸ καὶ τὰ πρ.* Ad v. 925. in verbis *οὕτω αὐτοῖς σύνηθες*· vitiosa est vox *αὐτοῖς*, quae etiam ap. Suidam est in *λυμαίν*. Vera scriptura est *Ἀττικοῖς*: eos ait *λυμαίνεσθαι* iungere dativo, non accusativo: quod tamen falsum arguit et ipse Aristophanes, qui cum accus. dixit Equ. 1281. et Xenophon Mem. Socr. I, 3. 6. III, 145. *Ἀττικὸς* et *αὐτὸς* confundi, iam monuit Hemsterhusius V. Cel. ad Plut. p. 256. In scholii 961. verbis *ἐσπούδαζον περὶ τὴν κιθάραν οἱ Ἀθηναῖοι τότε μανθάνειν*, ultimum verbum resecandum, quod e glossa natum videtur. *σπουδάζειν περί τι* eleganter dici, notum est. Ad 963. pro *ἐκθλίβοντας* sensus prorsus requirit *οὐ θλ.* scribi, aut *οὐκ* vel *μὴ* addi. 993. *τὸ μῆλον Ἀφροδίτης ἐστὶν ἱερὸν*, scr. *Ἀφροδίτῃ*. Ad 1047. corruptum est schol. in *ἐπαφῆκεν*. Minerva thermas emisit, quod est *ἐξανῆκεν*, vel *ἀνῆκεν*, ut Suidas habet, non immisit, quod est *ἐπαφῆκεν*, diciturque de canibus, quae feris immittuntur, aut sagittis etc. V. 1064. pro *ἐπέθηκεν εἰς τὸ πῦρ*, leg. *ἐνέθηκεν*. V. 1073. *λόγοις νικῆσαι αὐτὰς ἐναντίον*, corr. *τοὺς ἐναντίον. αν* unde nata, statim occur-

rit. V. 1132. Debitores, qui non statim mense finito solvunt usuras, aut sortem, vocat *ὑπερόρους*: quae vox intelligi quidem et explicari potest, sed est tamen inusitata, praesertim in hac re. *ὑπερημέρους* scripsit grammaticus: quod miror Kustero non occurrisse, cum in vicinia *εἰκὰς* bene corrigeret *τριακάς*. sic vocabant eos, qui die constituta non solvissent, ut docent grammatici veteres et oratores. In altero scholio ad v. 1193. *Θέσεις* explicantur per *δικαστήρια*. Pro eo Kusterus vult scribi *πρυτανεῖα*, quod sane longe a scriptura vulgata recedit. Ego *δικ.* accipio pro *δίκας*, *iudicium*: quomodo illa voce et usus est Lysias p. 236. ed. Tayl. Nam et ante *Θέσεις* explicantur per *δίκας* et *καταβολὰς* (sic e Suida legendum) *τῶν πρυτανείων*. In sequente nota statim in princ. *οἱ ἐναγόμενοι* irrepsere pro *εἰσαγόμενοι*, et in not. 1199 extr. *ἀπὸ* pro *ὑπὸ*: *τὰ διδόμενα ὑπὸ τῶν δικαζομένων* etc. V. 1250. in *σφραγίδιον ἢ μαγίδιον ἐξαγαγὼν* sine omni haesitatione reponam *σφαγίδιον*. nam haec sunt synonyma *μάκτρας*. Pollux X, 102. Sed satis emendationum est. Atqui non tetigi loca, ubi incertior ac levior coniectura est, aut in quibus comparando Suida aliisque scriptoribus sanari scholia possunt; quae sunt permulta.

Enimvero non modo vitia scholiorum cognoscenda atque tollenda sunt, sed etiam bona, eaque vel ad integritatem auctoris, vel ad augendam Graecarum literarum scientiam conferenda. Itaque, ut a posteriori genere incipiam, bonus scholiorum interpres instructus esse debebit idonea Graecarum literarum copia, ut ostendere possit, quid verum falsumve, quid antiqui grammatici doctrinam accuratam, quid inepti grammaticastri inscitiam redoleat, cuius generis sunt permulta. Magna est opinio de his Aristophanicis commentariis, qui cum Apollonii scholiis, post Eustathianas *παρεκβολὰς*, principatum in hoc genere putantur obtinere. Sed imperiti homines, qui scholiorum istorum rationem perspectam non habent, id ita accipiunt, quasi omnia ibi sint aurea. Id non esse, multis exemplis doceri potest: quae in interpretando indicari debent, ut discant tirones aera a lupinis mature discernere, neve

scholiis istis, ut fit, abutendis inscitiam prodant, et intelligentibus risum moveant. Neque vero hactenus modo proderit scholiorum diligens et cum ratione instituta lectio, ut explicationes verborum rariorum, ac rerum, atticisimum etiam, ex iis cognoscamus: sed etiam interdum aliud agendo rariores verborum formas et potestates docebit. Etenim quod ab omni tempore accidit iis, qui longius progressi essent ceteris linguarum scientia, ut libenter rarioribus et exquisitioribus verbis et loquendi generibus uterentur, id etiam scholiastis illis antiquioribus et melioribus evenit: unde licet attento lectori aliquid velut adventitiae utilitatis capere. Uno exemplo defungemur ex his Nubium scholiis. Quaesitum est viris doctissimis, quid esset apud Lucianum in Somnio p. 13. T. I. ed. Hemst. ἐπιδικάσιμος φίλοις. Micyllus interpretatus est *appetibilis amicis*. I. Fr. Gronovius autem *utilis advocatus amicis*, quod probant filius Iacobus et Hemsterhusius ὁ πάνυ, idque convenit satis contrario φοβερὸς ἐχθροῖς. Ego autem nondum potui intelligere, quomodo et forma verbi, secundum analogiam linguae, et origo eius, possit hanc significationem admittere. Nam ἐπιδικάσιμον profecto per analogiam nihil esse aliud potest, quam quod ἐπιδικασθῇ, quod sit eiusmodi, ut id homines ἐπιδικάζωνται. Est autem ἐπιδικάζεσθαι proprie, ut Kusterus de Verb. med. p. 112. ostendit, *certare de hereditate, petere hereditatem*. Hinc factum, sicut in aliis verbis, ut quod primum de certa parte diceretur, id usurparetur deinde de genere universo, essetque ἐπιδικάζεσθαι *expetere aliquid*, *utilitatis caussa*, *certare de re aliqua consequenda*, *sibi vindicanda*. Hoc sensu planissime dixit scholiastes ad v. 47. demonstrans Strepsiaden se ἀργοικον vocare, non deprimendi sui caussa, sed suarum divitiarum indicandarum: οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ πάνυ πλούσιος ἦν, ἐπεδικάσατο ἂν αὐτοῦ ἡ γυνὴ, *nobilis et urbana femina nisi valde dives fuisset, eum non appetisset*, eius conditione uti noluisset. Unde cogi arbitror, ἐπιδικάσιμον φίλοις esse, quem, utilitatis spe, ament amici, cuius amicitiam conservare expetant, in quo colendo, observando, retinendo, certent. Idque etiam confirmat

locus Iosephi, (quo augeri Lexica poterunt, quae unum illum Luciani locum exhibent) Antiqu. IV, 2. 4. ed. Hav. ubi Moses dicit Aaronem, etsi sacerdotium a deo acceperit, tamen id *κατατιθέναι ἐπιδικάσιμον, ponere in medio, ut de eo consequendo certent, qui velint, ut petat, qui velit.* Similia et in his et aliarum comoediarum scholiis observare licebit.

Sed multo maius et animadversione dignius illud est, quod scholia bene tractata non mediocrem saepe facultatem dant textus emendandi: idque non uno modo. Primum genus illud est, quod, metris versuum tradendis, interdum vitia vulgatae lectionis deprehendendi rationem demonstrant. Itaque oportet tirones adsuefacere versibus e praescripto scholiastarum dimetiendis, omninoque cognoscendis metris scenicis. Neque existimandum est, posteaquam Bentleius, V. C. numerorum poeticorum peritissimus, Nubes excusserit, nihil reliquum esse. Nemo est ita facile diligens, praesertim in his rebus tritus, quin interdum per negligentiam aliquid praetermittat. Itaque et in his Nubibus quaedam deprehendimus, non animadversa Bentleio, aut Kustero, quae in lectionibus corrigere tentavimus. Lex est generis trochaici Eupolidei, ut in tertia regione semper sit trochaeus, (non dactylus, ut Bentleius ait ad v. 520) in quarta iambus. v. schol. ad v. 518. extr. Ad hanc legem si dimetiare versus Parabaseos, quae incipit ab illo versu, reperias vitium esse in 535. nondum deprensum:

ζητοῦσ᾽ ἦλθεν, ἦν που ᾽πιτύχῃ θ. οὖ. σ.

est enim hic in tertia spondaeus, et in quarta anapaestus. Respondebunt autem numeri sic

ζητοῦσ᾽ ἦλθ᾽ ἦν που ᾽πιτύχῃ θ. οὖ. σ.

Huius legis memor etiam repudies correctionem Kusteri v. 527.

ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὡς ὑμῶν ποθ᾽ ἑκὰν προδώσω τ. δ.

quem ita transpositione tentat contra legem Eupolideam:

ἀλλ' οὐδ' ὡς ὑμῶν προδώσω ποθ' ἑκὼν τ. δ.

Porro si a v. 700. versus ad notata in scholiis metra dinumeres, reperias e duobus unum factum v. 714.

καί μ' ἀπολοῦσιν. ΣΩ. Μὴ νῦν βαρέως ἄλγει λίαν.

Sunt enim duo cola, sic in posterum edenda

Καί μ' ἀπολοῦσιν.
ΣΩ. Μὴ νῦν βαρ. ἀ. λ.

Item v. 934. in fine pro σφῶιν, e lege Pedia reperies esse debere σφῷν, una syllaba. Libri in hoc verbo et νῶν similiter saepe peccant. v. Hemsterh. ad Plut. 467. 484. etc. Et mox v. 940. pro ῥηματίοισι καινοῖς αὐτὸν corriges ῥηματίοισιν κ. α. Id ν saepe ab imperitis metri omissum, ut v. 963. ubi pro ἐδίδασκε ponendum ἐδίδασκεν, et 1239. ἁλσὶν pro ἅλσι etc. idque in Pluto non uno loco bene restituit idem summus Hemsterhusius. Plura huius generis observata e lectionibus nostris repetere possem, si longior in hac parte esse vellem. Unum addam, ex quo intelligant studiosi, quam necessaria sit haec metrorum et prosodiae cognitio. In v. 271. ubi ed. Kusteri vitiose habet χρυσίοις ἀρύεσθε πρόχουσι pro χρυσέοις, Bentleius metri caussa vult corrigi χρυσοῖς. At nulla ista necessitas est. Pronunciandum sic est, non necessario sic scribendum: etsi Atticum magis fuerit. Nam et alibi et hoc verbum sine contractione scribitur, contracte pronunciandum, et alia, ut observatum etiam Clarkio, ni fallor, ad Homerum. Ex eo genere forte et sit Διϊπολιώδη v. 980. ita cum punctis diaereseos omnes edd. At nisi tetrabrachyn hic velimus admittere, quod non prorsus absurdum e schol. v. 886. pronunciandum fuerit Διπολ. quod malim, quomodo etiam scriptum hoc verbum reperitur v. c. ap. Hesychium.

Aliam emendandi viam aperiunt scholia, non modo lectionis varietate commemoranda, quae in veteribus libris erat, sed multo magis tradenda explicatione textus Aristophanici ea, quae nullo modo conveniat scripturae hodie in libris obviae: unde licet indagare, si nihil aliud, certe quid illi in libris suis habuerint,

item aliis verbis in scholio commemorandis, quam in textu sint. Praeclara ista observatio est, ab Hemsterhusio valde commendata in praefatione ad Plutum, multisque exemplis in Pluti scholiis roborata. Ea adiuti studiosi etiam in scholiis Nubium poterunt lectiones veteres ac deperditas reperire. Insigne exemplum est, quod unum ponemus, ad v. 815. Stultitiam vocat Strepsiades

Τὸν Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί.

Nemo hic haesit: metrum et sensus constant. At scholia tradunt, Symmachum, antiquum interpretem Aristophanis, dicere, τὸ *α* in *Δία* produci Attice, ideoque hunc locum in libris χ notari: quod constat esse signum criticorum, indicans aliquid insolens, et rarius. Atqui in vulgata lectione illud *α* breve est, nec ulla caussa producendi: quippe, si produceretur, existeret amphimacer, qui locum hic habere non potest. Unde fit, ut antiquiora exemplaria habuerint sine articulo

Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί

ubi *α* longum esse debet, ut iambus sit. Ac profecto Attici non dicunt *τοὺς θεοὺς νομίζειν*, *Deos credere*, sed *θεοὺς νομίζειν*: unde et *Δία νομίζειν*, *Iovem credere*, *einen Iupiter zu glauben*. Potuit articulus addi inscitia istius observationis, aut e v. 1236. cuius initium est *τὸν Δία*.

Verum haec elegantissima ratio, universe ac simpliciter proposita a summo viro, non unam cautionem habet, quam inculcare solemus tironibus, ne ea abutantur temere. Primum igitur videndum est, *ut locus, e quo talis lectio eruatur, satis sanus sit:* velut in schol. ad v. 226. ubi quis possit suspicari, grammaticum in suo libro non *ταῤῥοῦ* sed *ταλάρου* habuisse. Sed supra ostendimus, illum locum aut corrigendum, legendumque *ταῤῥοῦς*, aut synonymum vocis in textu positum. Unde *altera* cautio nascitur. Nempe, *grammatici centies in scholiis, cum interpretantur verbum difficilius, vel per se, vel a contextu, ponunt non illud ipsum, sed eius synony-*

mum. Huius generis exempla e Nubium scholiis haec sunto: V. 15. est in textu ἱππάζεται. Schol. τὸ δὲ ἱππεύεσθαι οὐχ ἁπλῶς etc. Hinc colligit Kusterus, grammaticum in libro suo habuisse ἱππεύεται, annuente Dorvillio ad Chariton. p. 317. Sed e scholio nihil huiusmodi colligas certa ratione, nisi libri accedant, qui in textu habeant, nam potuit synonymo uti in enarrando, ut aliis locis. Sic v. 28. ubi explicant πολεμιστήρια, in excerptis subiectis ecce tibi: ἀμιλλητήρια δὲ τὰ ἀγωνίσματα. ex mox: δέον εἰπεῖν, πόσους δρόμους ἐλαύνει τὰ ἀμιλλητήρια etc. An hinc dices, scholiasten legisse in textu ἀμιλλητήρια? nullo modo, etsi metrum patitur. V. 218. in textu est κρεμάθρα. Schol. κρεμαστὴ δὲ λέγεται, διὰ τὸ οὕτως αὐτὴν ἀεὶ μετέωρον εἶναι κρεμαμένην. V. 323. in textu est ἥσυχα, in schol. ἡσύχως. V. 844. textus habet σωροπηγοῖς, schol. alter σωροποιοῖς. Itaque diligentia adhibenda, ne tirones observatione ista capti, moliantur, ubi nihil tentandum sit. *Tertia cautio est in scholiis, quae ab imperitis hominibus adscripta sunt temere e Glossariis, in quibus saepe nihil, quod textui conveniat.* Exempla sunt in iis, quibus Fracinus libros oneravit. V. 308. in textu sunt Θαλίαι. Subiicitur ab eo scholion hoc, e Glossario nescio quo ductum: εὐδαιμονίαι, εὐθηνίαι, ἀκμαὶ, εὐφροσύναι, πανηγύρεις: quae pleraque et Hesychius habet. Apud Callimachum H. in Apoll. 37. χρόος habet hoc scholion: ψόφος, ξυσμός: quod aliquis ex Hesychio adscripsit, neutrum convenit τῷ χρόος. Sed nil hinc colligas de alia lectione antiqua, propter eam, quam dixi caussam. His autem cautionibus servatis, plurimum illa observatio proderit.

P. 169, 3. σνθ'] Sic vulgo. Aldina σμέ. Numerantur soli trimetri, omissis brevioribus versibus. Herm. Vulgatam scripturam Hermannus dicit Kusterianam, quae plerumque Porto debetur.

169, 5. ἐν ἐκθέσει] Legebatur ἐν εἰσθέσει, unde Reizius haec verba usque ad ἀκατάληκτον aliud scho-

lion esse putabat: sed sic omitteretur versus 223. Ἔκθεσις autem non ultimus versus dicitur, sed posterior pars horum colloquiorum inde a v. 223. Herm.

169, 6. *διακοσιοστὸν τριακοστὸν τρίτον*] Sic recte Aldina. Intelligit v. 256. Vulgo *τὸν διακοσιοστὸν εἰκοστόν*. Herm.

169, 7. *βραχυκατάληκτον*] Sic Aldus. Vulgo *κατάληκτον*. Herm.

169, 18. *ἱστορίας τὸ ὦ ζεῦ βασιλεῦ τοιαύτης* Ravennas.

169, 19. *Πυθόχρηστον*] Ita Ravennas. Legebatur *πυθοχρήστως*. Emendaverat in annotatione Kusterus.

169, 20. *καὶ σέβειν*] Haec ex Ravennate accesserunt.

P. 170, 1. *συγκεκαλυμμένος γὰρ καὶ* Kusterus. Conf. p. 171, 15.

170, 21. *βαθέως*] *βαθέων* Aldina.

170, 28. Scripturam Aldinam correxit Portus.

170, 33. *ἀπολαύσειεν*] *ἀπολαύσειν* Ald.

170, 38. *ὅτε*] Legebatur vulgo *ὅτι*. *ὅτε* ed. Aldina. Herm.

P. 171, 5. Vulgo *νῦν* abest, quod addit ed. Aldina. Herm. *ἐμφερῆ σύραις*] Vox posterior videtur esse recentioris Graecismi et ex *σισύραις* decurtata. Kust.

171, 6. — 22. Horum in Aldina hic est ordo: *περιβλήματα. Ἀλλ' οὐ δύναμαι. ἀλλ' οὐκ — καθεύδειν. Δείλαιος, — κακοδαίμων. Ἐγκεκορδυλημένος — τῆς κεφαλῆς. παρεπιγραφή. ποιήσας γὰρ — περιειλήμασιν. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ ῥέγκωμεν. ἱστέον ὅτι — τὸν υἱόν. Δακνόμενος —*. Mutavit tacito Hermannus.

171, 26. *ἐν κατάρας ἔθεσαν μέρει*] Post haec Suidas v. *δακνόμενος* addit ipsam formulam imprecatio-

nis Laconicae, quam grammaticus ille procul dubio ex integrioribus in hunc locum scholiis hausit. Formula autem illa talis erat: *Οἰκοδομιά σε λάβοι, καὶ ἀμβολὰ, ὅ τε ἵππος, καὶ ἃ γυνά τοι μοιχὸν ἔχοι.* Vide eundem v. *ἀμβολὰ* et v. *ἵπποι.* Kust.

171, 28. *περιβλημάτων*] Sic Aldina. Vulgo *περιειλημάτων.* Herm.

171, 37. *Ἱππεῦσι*] V. 580.

P. 172, 3. *ὃ νῦν κέλητα καλοῦσιν*] Scribe, *ὃ νῦν κελητίζειν καλοῦσιν.* Kust. *ὃν νῦν κέλητα*] Legebatur *ὃ* hic et apud Suidam in *ἱππάζεται.* Reizius verba *καὶ οὕτως ἱππάζεσθαι* delenda putabat, quae ne Suidas quidem habet. Herm.

172, 16. *ὃ μὴν καὶ*] *καὶ ὃ μὴν* Hermannus.

172, 17. *μυστικαὶ δαπάναι* quae sint, non intelligo. Ruhnkenius (in appendice ad Epistolas ab Tittmanno editas p. 129.).

172, 24. *παρεγκυκλήματα*] *παρεγκύκλημα* et *παρεπιγραφὴ* apud scholiastas vocatur cum id, quod in scena dicitur, etiam re vera fit: uti hoc loco famulus accendit lucernam, hero ipsi dicente, *accende, famule, lucernam.* Kust.

172, 26. *ἔπειτα καθορᾷ ἐν αὐτῷ, καὶ οὕτω λέγει τοὺς δανειστάς*] Legebatur *καθορᾶν ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ οὕτω λέγειν τοὺς δανειστάς. τῷ* abest in Aldina. Infinitivos mutavit Reizius. Fortasse tamen scholiastes scripsit: *ἔπειτα καθορᾶν ἐν τούτῳ αὐτὸν καὶ οὕτω λέγειν τοὺς δανειστάς.* Herm.

172, 34. *διαπορεῖν*] *διαπορῶν* Hermannus.

172, 38. *κοππατίας ἵππους ἐκάλουν, οἷς ἐγκεχάρακτο τὸ κ στοιχ.*] In toto hoc loco scholiastae fere *οὐδὲν ὑγιὲς*, et pleraque falsa: ut iampridem observarunt duo Reip. literariae principes, Scaliger et Salmasius: ille ad Euseb. Chron. Num. MDCXVII. ubi per digressionem quandam de literarum Ionicarum origine agit: hic in notis ad Solinum p. 626. Et quidem

Scaliger, postquam attulisset verba haec scholiastae: *Κοππατίας ἵππους ἐκάλουν, οἷς ἐγκεχάρακτο τὸ κ στοιχεῖον· ὡς Σαμφόρας, τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ σ. τὸ γὰρ σ καὶ το ν χαρασσόμενον, σὰν ἔλεγον*: sic infit: „Haec non sunt unius cassae nucis. Confusum enim est *τὸ ἔτυμον τοῦ Σαμφόρα*, cum etymo *τοῦ Κοππατίου*: quia magister ille non assecutus est priscum auctorem, unde expiscatus est; qui profecto aliter scribere non potuit, quam ad hunc modum: *Τὸ γὰρ σ καὶ τὸ π χαρασσόμενον Σὰν πῖ ἔλεγον.* Nam *Σὰν* nihil aliud est quam *σῖγμα*. Quomodo igitur *Σ* et *K* esset tantum *Σάν*? id est, quomode *Σ* et *K* esset tantum *Σάν*? Ridiculum. Sed ex Antisigma et Pi factum est San Pi, hoc est ϡ, ex ϽC et π. Sequitur in scholio: *Αἱ δὲ χαράξεις αὗται καὶ μέχρι τοῦ νῦν σώζονται ἐπὶ τοῖς ἵπποις. συνεζευγμένου γὰρ τοῦ κ καὶ σ, τὸ σχῆμα τοῦ Ϙ ἀριθμοῦ δύναται νοεῖσθαι, οὗ προηγεῖται τὸ κ.* Et inepte κ vocat, quod est π: et quod Samphorarum equorum est proprium, ad Koppatias imprudenter transfert. Nam, quod toties totiesque diximus, *τὸ ἀντίσιγμα, προηγουμένου τοῦ πῖ*, non *τοῦ κάππα* (ut ipse somniat) est nota *ἀριθμοῦ* ϡ, i. e. numeri DCCCC. At quid hoc ad *Κοππατίαν*, cui purum *Κόππα* tantum impressum erat. Ipsemet postea prodit hallucinationem suam: *Καὶ παρὰ γραμματικοῖς οὕτω διδάσκεται, καὶ καλεῖται Κόππα ἐννενήκοντα.* Recte hoc, non quae antecedunt. *Γραμματικοὶ* autem hic sumuntur pro calculonibus, quod non semel alibi notavimus; ut apud Chrysostomum: ne quis forte in vulgarem notionem accipiat.“ Haec Scaliger: cuius emendationem tamen non in omnibus probat Salmasius dicto loco; sed totum hunc locum scholiastae sic legendum esse censet: *Κοππατίας ἵππους ἐκάλουν, οἷς ἐγκεχάρακτο τὸ* ϡ *σημεῖον· ὡς Σαμφόρας, τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ* C. *τὸ γὰρ* C *καὶ τὸ Π χαρασσόμενον Σὰν ἔλεγον. Αἱ δὲ χαράξεις αὗται καὶ μέχρι τοῦ νῦν σώζονται ἐπὶ τοῖς ἵπποις. Συνεζευγμένου γὰρ τοῦ Π καὶ* C, *τὸ σχῆμα τοῦ* ϡ *ἀριθμοῦ δύναται νοεῖσθαι· οὗ προηγεῖται τὸ* Ϙ. *καὶ παρὰ γραμματικοῖς οὕτω διδάσκεται, καὶ καλεῖται Κόππα ἐννενήκοντα.* Equidem in nulla alia re Salmasium a Scaligero hic discrepare video, nisi quod Salmasius notam numeri DCCCC (quam Scaliger appel-

lat *Σὰν πῖ;* uti vulgo apud Graecos appellari solet) simpliciter a scholiaste hic *Σὰν* vocatam esse contendat: et deinde, quod verba illa scholiastae, *οὗ προηγεῖται τὸ κ*, Scaliger sic legenda censeat: *οὗ προηγεῖται τὸ π*: Salmasius autem, *οὗ προηγεῖται τὸ* ϟ, (i. e. *κόππα*, non *κάππα.*) Harum emendationum utraque diverso respectu vera esse potest. Nam Scaliger verba illa scholiastae intelligit de figura ipsa *τοῦ* ϟ, in qua utique *τὸ π* praecedit, et *τὸ* ϽC, sive Antisigma, sequitur. Salmasius autem de ordine Episemorum in Alphabeto Graeco eadem verba accipienda putat: quo sensu verum est notam ϙ *προηγεῖσθαι*, i. e. ordine priorem esse quam ϟ. Praeter Scaligerum et Salmasium Bisetus etiam in locum hunc scholiastae quaedam animadvertit; sed quae Hocci facienda sunt. KUST.

Hermannus haec sic scripsit: *Τὸν κοππατίαν*] *Κοππατίας ἵππους ἐκάλουν, οἷς ἐγκεχάρακται τὸ ϙ σημεῖον·**) *ὡς σαμφόρας, τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ* ϟ. *τὸ γὰρ* C *καὶ τὸ Π χαρασσόμενον σαμπῖ ἔλεγον.***) *αἱ δὲ χαράξεις αὗται*

---

*) Disputavere de hoc loco Scaliger ad Eusebii chron. num. MDCXVII. et Salmasius in Exerc. Plin. p. 626. Vide etiam praefat. Ern. p. 276. et 282. [et Boeckhium in oeconomia civ. Athen. vol. II. p. 586.] Legebatur *ἐγκεχάρακτο*, mutatum e Suida in *κοππατίας*. Deinde apud hunc pariter atque apud scholiasten erat *τὸ κ στοιχεῖον*. *Σημεῖον* emendatio est Salmasii. HERM.

**) Legebatur: *ὡς σαμφόρας, ἐγκεχαραγμένους τὸ σ. τὸ γὰρ σ καὶ τὸ ν χαρασσόμενον σᾶν ἔλεγον.* Apud Suidam sic; *ὡς σαμφόρας, τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ σ καὶ ν χαρασσόμενον ἄλλοις. σὰν γὰρ ἐκείνους ἔλεγον.* Horum priora verba e scholio nostro emendanda sunt. Reliqua suspicor ita corrigenda esse: *τὸ γὰρ* C *καὶ τὸ Π χαρασσόμενα ἐν ἀλλήλοις οἱ Δωριεῖς σαμπῖ ἔλεγον. σὰν γὰρ ἐκεῖνοι τὸ σ ἔλεγον.* Nam scholiastes ad Equites v. 600. sic habet in ed. Aldina: *ἰδίως καλοῦνται σαμφόραι ἵπποι ἐγκεχαραγμένοι γὰρ τὸ σ σημεῖον. οἱ Δωριεῖς τὸ σ σὰμ λέγουσιν.* In quibus pro priore σ coppa restituendum: deinde *γάρ*, loco suo motum, sic reponendum in reliquis: *οἱ γὰρ Δωριεῖς τὸ σ σὰν λέγουσιν.* HERM.

καὶ μέχρι τοῦ νῦν σώζονται ἐπὶ τοῖς ἵπποις. Συνεζευγμένου γὰρ τοῦ Π καὶ C τὸ σχῆμα τοῦ ***) ἀριθμοῦ δύναται νοεῖσθαι, οὗ προηγεῖται τὸ ϛ.****) καὶ παρὰ γραμματικοῖς οὕτω διδάσκεται, καὶ καλεῖται κόππα, ἐννενήκοντα.

P. 173, 6. ἐννενήκοντα] Repone ἐνενήκοντα ex Aldina.

173, 37. ὁ addidit Hermannus.

P. 174, 1. ἀγωνίσματα] ἀγωνιστικά Dan. Heinsius apud Tittmannum in Epist. Ruhnken. p. 135.

174, 11. Idem scholion in libro Ravennate est, sed leviter corruptum. Finitur autem verbo ὑποκοριστικῶς. Herm. In Ravennate δύφρους καλεῖ τὸ — ἐν ᾧ ἡνίοχοι.

174, 16. Σφηξί] V. 1267.

174, 17. τὸν ἄρχοντα διασύρειν βουλόμενος τῇ ἐκείνου προσηγορίᾳ ἐχρήσατο] „Nive frigidior hic iocus foret, nisi forte hic Ἀμεινίας (sic enim scribendum est) Archon traduceretur, ut filius τροχοποιοῦ. Sed nec ipse scholiastes id ait, nec alius. Ergo levissimo et futili argumento nititur, ut hoc drama Aminia Archonte prodiisse probet; quod prius prodiisse Isarcho Archonte ex ipsa fabula probabimus inferius.“ Palmerius.

174, 19. Hermannus, ἦρχεν Ἀμεινίας — παρέτρεψε τὸ ει εἰς τὸ υ, — Ἀμυνίαν δὲ — Ἀμεινίαν. cum hac annotatione: „Legebatur Ἀμινίαν, et τὸ ι εἰς τὸ υ, et ἀντὶ τοῦ Ἀμινίαν. De hac lege vid. Petitum de leg. Att. p. 79. Ἀμεινίαν vocant hunc Diodorus XII. 72. Athenaeus V. 18. Diog. Laert. III. 3. schol. Lucian. ad

***) Legebatur, συνεζευγμένου γὰρ τοῦ κ καὶ σ τὸ σχῆμα τοῦ ϛ. Peius etiam apud Suidam. Herm.

****) Legebatur τὸ κ. Προηγεῖται non de numero praecedente intelligendum, sed de littera ἐπισήμῳ. Nam inter has litteras coppa est ante sampi. Herm.

Tim. 30. p. 144. Ac nescio, an recte Casaubonus ad Athenaeum praeferendum putet Ἀμυνίας, quae varietas scripturae etiam apud Diodorum reperitur. De lege ista quae dicit scholiastes, magnae dubitationi obnoxia sunt. Nam si vetitum fuit archontem in scena perstringere, quomodo in Vespis hunc tangere potuit Aristophanes, ubi etsi scribitur Ἀμυνίας v. 74. 1267. tamen in priore loco patris etiam nomen additum est? Vespae enim hoc archonte editae sunt."

174, 20. παρέτρεψε] παρέτραψε Aldina.

174, 21. ὁ νόμος] Vide Petitum de Leg. Attic. p. 79. KUST.

174, 28. Βατράχοις] V. 904.

174, 28. ἀλινδήθρας τε καὶ] ἀλινδήθρας τὰ Hermannus.

174, 31. Vulgo αὐτογράφων. Aldina ἀντιγράφων. HERM.

174, 39. ἐνεχυράσασθαι] ἐνεχυράσεσθαι Hermann.

P. 175, 2. μᾶλλον] Eo scilicet, quod illa addit, alios pignorum capiendorum caussa advenire. Nisi scribendum, καὶ ἕτεροι ὑπὲρ τόκου ἐνέχυρα παρ' ἐμοῦ λήψεσθαί φασι μᾶλλον. τὴν ὄχλησιν δείκνυσι τὴν κατ' αὐτοῦ. HERM.

175, 7. τοῦτο — ἐγερθείς huc transposuit Hermannus. Post ἐγερθείς in Aldina Ἄλλως legitur, quasi aliud ad eadem verba sequatur scholion.

175, 12. ἀπογραφὰς correctio Wolfii. Legebatur ὑπογραφάς. HERM. Harpocratio v. δήμαρχος: οὗτοι δὲ τὰς ἀπογραφὰς ἐποιοῦντο τῶν (προσόντων add. Suidas) ἑκάστῳ δήμῳ χωρίων.

175, 15. ἐπεδίδοσαν] ἐδίδοσαν Harpocratio et Suidas recte.

175, 18. Legebatur ναυκλάροις et mox ναυκλαρίων et deinde ναυκλάρων. Vide Suidam in δήμαρχοι et ναυκραρικά. HERM.

175, 19. *ἀντὶ τῶν*] Scripturam Aldinam *αὐτῶν* correxit Hermannus.

175, 21. *πρότερον* Hermannus.

175, 24. *τοὺς κατὰ δῆμον ἄρχοντας δημάρχους φησίν* Platnerus (Beiträge zur Kenntniss des Attischen Rechts) p. 225. collato Etymol. M. et Lex. Seguier. p. 237. *δήμαρχος: ὁ τοῦ δήμου ἄρχων.* His adscriptam esse censet ab recentiore grammatico explicationem ad archontes pertinentem, ita corrigendam, *καὶ ἄρχοντας οἱ περὶ Σόλωνα καθίσταντο ἐν πολλῇ σπουδῇ, ἵνα οἱ κατὰ δῆμον διδῶσι κ. τ. λ.*

175, 25. Quod Demetrius *δημάρχους* a Solone institutos dixit, errasse eum testatur Aristoteles in Athen. republ., qui apud scholiasten et apud Photium in *Ναυκραρία* Clisthenem hoc fecisse tradit. Schoemann. de comitiis p. 364.

175, 27. *ἄρχοντες* electum ab Hermanno.

P. 176, 7. *οἱ Ἀττικοὶ παροξύνουσι καταδάρθειν.* Error grammatici, qui alicubi sic scriptum invenerat, ut *θίγειν* et alia in libris veteribus scribuntur.

176, 13. *ὡς τὸ*] Callimachi epigramm. XVIII.

176, 14. Legebatur vulgo *μήτ'*. Aldina recte *μηδ'* habet. Herm.

176, 16. *ἀπευχομένου*] Ita primae edd. Kusterus autem *ἐπευχομένου*. Herm.

176, 17. *ποιητὴς*] Il. σ, 367.

176, 19. *καὶ*] Il. ι, 698.

176, 21. *τὸ δὲ φεῦ ἰδίως*] Id est, *τὸ φεῦ* separatim et extra versum legi debet. Kust.

176, 22. Habet Suidas v. *προμνήστρια*, ubi male *τὸν γάμον*. Ruhnken.

176, 28. *εὐρωτιῶν. ἀντὶ τοῦ ἰδρῶν. ἑρμηνεύει δὲ τοῦτο*] Suidas locum hunc comici exponens v. *εὐρωτιῶν*, quaedam habet bonae notae, quae in hodiernis

scholiis Graecis desiderantur. Sic enim ille: *Εὐρωτιῶν. ἐξήγησίς ἐστι τοῦ εἰκῇ κείμενος. τοῖς γὰρ εἰκῇ καὶ ἀμελῶς κειμένοις ἰδρὼς προσίζει καὶ νοτίς. τοιοῦτος δὲ ὁ τῶν ἀγροίκων βίος. ὥσπερ αὖ ἐπιμελὴς καὶ καθάριος ὁ τῶν ἀστικῶν. διόπερ καὶ εἰς πενίαν συνεχῶς ὑπὸ τῶν ποιητῶν τύπτεται καὶ ὀνειδίζεται. ὥς φησι Μένανδρος·*

Εἰς τὰ καθάρια λιμὸς εἰσοικίζεται.

Haec procul dubio ex vetustis et melioribus in hunc locum scholiis deprompsit Suidas. In versu Menandri pro *καθαρὰ*, ut codices Suidae habent, tam metri quam sensus gratia rescripsi *καθάρια*, i. e. *munda, nitida*. Loquitur hic enim Menander de munditie victus et cultus, et nitore aedium: in quem sensum Graeci vocem *καθάριος* potius quam *καθαρὸς* adhibere solent. KUST.

176, 35. *τὸ δὲ ἀκόρητος, ἀκαλλώπιστος*] Et in hunc locum Suidas v. *ἀκόρητος* plura habet quam scholiastes noster: quem proinde conferre operae pretium erit. KUST.

176, 35. *καλλωπίζειν*] *τὸ καλλωπίζειν* Aldina recte. *τὸ* omissum a Porto.

176, 39. *περιπίσματα*] Confer scholiasten infra ad Equites v. 803. KUST. Vide Schneideri lexicon h. v. HERM.

P. 177, 3. Ineptit scholiastes. De Megacle vide Boeckhii Explicat. Pindar. p. 303.

177, 8. Huc transtulit Hermannus quae leguntur p. 180, 26. *παρῴδηται — σκώμματα.*

177, 10. *οὐκ ἀργῶς τῇ παραθέσει νῦν ἐχρήσατο*] Confer Suidam v. *ἄγροικος ἐξ ἄστεος*: qui totum hunc locum scholiastae quidem descripsit; sed tamen nonnulla aliter habet. KUST.

177, 17. Reizius legendum putabat, *δύξαν γὰρ εἰώθασιν αἱ γυναῖκες ἔχειν οὐχ ἧττω τῶν ἀνδρῶν.* Sed videtur scholiastes hoc dicere, quemadmodum puellis magna dos famam apud viros faciat, ita viros etiam

propter divitias existimationem habere apud puellas. Herm.

177, 24. ἀλαζόνα] ἀλλ' ἀλαζόνα Ruhnkenius et Hermannus.

177, 26. ἐγκεκοισυρωμένην, περισσῶς κεκοσμ.] Locum hunc scholiastae auctiorem exhibet Suidas v. ἐγκεκοισυρωμένην: quem proinde haud abs re erit conferre. Kust.

177, 34. ὑποστάθμης] Reizius legendum putabat ὑποστάσεως. Improbatum etiam a Wolfio. Herm.

177, 35. τρασιὰ δὲ λέγεται ὁ τόπος] Confer Suidam v. τρασιά: qui paulo aliter haec concinnavit. Kust.

P. 178, 9. φιλημάτων καὶ περιεργοτέρων Hermannus.

178, 12. αὑτοῦ] αὐτοῦ Aldina.

178, 18. Sic edidimus e scholio MS. ap. Brunck. quod incipit his verbis, καταγλώττισμά ἐστιν, ὅταν. In vulgatis verba ἐστὶ δὲ καὶ ὁ λαφυγμὸς usque ad δαπάνη absunt, et quae deinde sequuntur, ad v. 53. legebantur post locum Homeri, hoc ordine verborum in fine: τοιαῦτα πράττουσιν ὑπὸ τῆς ἄγαν τρυφῆς. Herm.

178, 22. λαφύσσεται] λαρύσσεται Aldina.

178, 23. Ὁμήρος] Il. λ, 176. ρ, 64.

178, 27. οὕτως] Legebatur καὶ οὕτως: quod verum est, si scripserat scholiastes ἀπὸ νεανίου. Herm.

178, 28. δεθεὶς τὰ κῶλα, τῶν δεσμῶν ἀπελύθη] Emendatio Reizii. Legebatur δεθεὶς τῶν κώλων ἀπελύθη. Herm.

178, 34. ἁλόντος ὑπὸ τυράννων] Suidas v. Κωλιάδος habet, ἁλόντος ὑπὸ Τυρρηνῶν, i. e. *captae a Tyrrhenis:* prout etiam hic apud scholiasten nostrum legendum esse monuerunt Bisetus ad hunc locum et excellentis doctrinae iudiciique vir Henricus Valesius ad Harpocrat. v. Λιπάρα. Kust.

P. 179, 19. *καταλήξεσιν*] Legebatur *λέξεσιν*. Vide Koen. ad Gregor. Cor. p. 25. [62.] HERM.

179, 20. *Ὁμήρῳ*] Il. *β*, 742.

179, 21. *Ἑκάβῃ*] V. 591.

179, 27. *ἐπὶ τοῦ πολλοῦ παρείληπται*] Est sensus mutilus et imperfectus, qui ex Suida v. *ἐσπάθα*, sic supplendus est: *ὅτι δὲ νῦν ἐπὶ τοῦ πολλὰ δαπανᾶν παρείληπται*. KUST.

179, 30. *ἔλεγον*] Legebatur *ἔφασκον*. Vide notam ad textum. HERM.

P. 180, 5. *ἀναπαυστέον*] Wolfius eleganter conjecerat *ἀναγνωστέον*. Cui tamen coniecturae nunc minus confidit, quamvis suadeat *διαστήσαντα*. Ac sane multa insolenter dicunt scholiastae. HERM.

180, 12. *Ἁλκμαιονίδων*] *Ἁλκμαιωνιδῶν* Hermannus.

180, 12. — 16. *ἐσεμνύνετο* — *κήρυγμα* transposuit Hermannus post *βασιλεῖς* 181, 5.

180, 19. *λέγεται δὲ τοῦτον νικῆσαι*] Ex sensu totius loci patet pro *νικῆσαι* scribendum hic esse *πλουτῆσαι*: ut et ante nos recte monuit Ioh. Frider. Gronov. Observat. lib. IV. cap. VII. et Palmerius in Exercitat. pag. 730. Nimirum *τὸ νικῆσαι* male hic ex praecedente linea, ubi *νικήσας* occurrit, repetitum est. KUST.

180, 26. *ὡς ἂν δυνάμενον*] Hanc lectionem ex antiquissima edit. Aldina revocavi. Nam reliquae editt. male habent, *ὡς ἀδυνάμενον*. KUST.

180, 26. — 28. Vide ad 177, 8.

180, 31. *ἀμφοτέρως*] Ita Aldina. Vulgo *ἀμφοτέροις*. HERM.

P. 181, 11. *περὶ τῆς Συρίης θεοῦ*] Cap. 16. vol. III. p. 463. R.

181, 16. *καὶ παρακατιὼν δὲ*] Scholiastae verba typotheta male litteris diductis expressit.

181, 20. *αἱ δὲ αἶγες πρὸς*] Dele praepositionem *πρός*. Conf. schol. Theocriti Idyll. I. 85. De monte *Φελλεῖ* vide quae diximus ad Timaeum p. 192. RUHNKEN.

181, 22. *Ἀττικοὶ δὲ λέγουσιν, ἣν τῦν ἰσάλην καλοῦμεν*] Sensus supplendi gratia post *Ἀττικοὶ δὲ*, insere *μηλωτήν*, vel *διφθέραν*. Quod autem ad vocem *ἰσάλην* attinet, eam corruptam esse ex *ἰξαλῆ*, (i. e. *pellis caprina:* ab *ἴξαλος*, *capra*) recte monuit Casaubonus de Satyr. Poës. lib. I. c. IV. et ad Theophr. Charact. pag. 147. Corruptionem tamen illam satis antiquam esse oportet: si quidem Galenus in Lexico glossar. Hippocr. iam meminit vocis *ἰσάλην*, eamque exponit, *διφθέραν*, *δέρμα*. Apud Pollucem lib. IV. sect. 118. corrupte legitur *ἰζάνην*, pro *ἰξαλῆν*, vel *ἰσάλην*: ut a viris doctis ad locum illum iam observatum est. Vide etiam diligentissimum Foesium in Oeconom. Hippocr. v. *Ἰξάλην*. KUST. *διφθέραν* inseruit Hermannus.

181, 40. *Ὁμηρικὸν*] Il. ζ, 233.

P. 182, 9. *τὸ ἰδού*] Reizii emendatio est. Legebatur *τὸ εἶδος*. HERM. Non debebam Reizium sequi.

182, 26. *μεταφορικῶς*] Scripturam Aldinam correxit Hermannus.

P. 183, 7. *ψυχῶν σοφῶν,*] *ψυχῶν, σοφῶν*, Aldina.

183, 13. — 16. Est Platonis locus ex Phaedro p. 245. C. HST.

183, 16. 18. Scriptura Aldina correcta ab Hermanno.

183, 20. *ἀλλήλων*] *ἀλλοτρίων* ex Reizii coniectura Hermannus.

183, 22. *ἢ*] Ita Aldina. Vulgo *ὃ*. HERM.

183, 27. *ἀφ' οὗ στοχαζόμενοί τινες φασὶν, ὅτι μηδεμιᾶς ἔχθρας χάριν*] Hanc sententiam amplectitur et

defendit Palmerius; cuius verba, huc spectantia, adduximus supra ad initium huius fabulae. Kust.

183, 28. ὅς γε μήτε πρὸς ἴδιόν τι] Abest πρός. Ernestius locum sic corrigendum putabat, ut post ἀρμόττον adderetur ἐπήγαγεν. Wolfius, ὅς γε μήτε πρὸς ἴδιόν τι, μήτε ἁρμόττον, μηδ' ἓν ἔγκλημα ἦλθε Σωκράτους. Herm.

183, 30. προσθείς] Hermannus προθείς.

183, 31. καὶ ὡς Kusterus.

P. 184, 4. δι' οὗ καὶ εἰς δουλείαν ἐρρύπαίνετο ὁ φιλόσοφος] Praeivit Reizius, ita corrigens, δι' οὗ εἰς δουλείαν ἐρρύπαίνετο ὁ φιλόσοφος. Legebatur, διὰ οὐκ εἰς δουλείαν ἐρυπαίνετο φιλόσοφος. Herm.

184, 8. Commemorat scholiastes eumdem locum Eupolidis ad v. 180. Versus fuere choriambici dimetri:

δεξάμενος δὲ Σωκράτης
τὴν ἐπίδειξιν . . .
Στησιχόρου πρὸς τὴν λύραν
οἰνοχόην ἔκλεψεν.

Herm.

184, 18. πῶς οὖν ἂν μισθὸν ἐπράττετο παρὰ τῶν συνόντων] Scholiastes male rationem concludit, si hoc solo argumento, quod Socrates dixerit, se nihil scire, evinci posse putat, eum nullam mercedem a discipulis suis exegisse; utpote qui nihil haberet, quod eos docere posset. Nam docendi utique et instituendi sunt iuvenes, antequam ratione scire possint, se nihil scire. Docta quippe haec ignorantia est, ad quam ut perveniatur, et disciplina et multarum rerum scientia opus est. Nimirum sapiens cum dicit, se nihil scire, scientiam suam cum tota rerum natura comparat; cuius tantam esse immensitatem videt, ut scientiae suae modulum cum ea collatum ne puncti quidem vicem obtinere facile intelligat. Eadem autem scientia magna est et suspicienda, si comparetur cum captu, vel potius ignorantia et falsa opinione aliorum hominum, qui

ob hoc ipsum, quod revera nihil sciant, nec unquam cogitatione sua arctissimos sensuum limites transcenderint, multa vel potius omnia se scire putant. Sed haec ὡς ἐν παρύδῳ. Non enim philosophandi hic locus est. KUST.

184, 30. Reizius legebat, ἀπὸ τοῦ μηδὲν τὰ νήπια παιδία εἰδέναι. HERM.

184, 36. Verba σχάσαι γὰρ δὴ καὶ ὥςπερ e Suida in σχάσον addidimus. In scholiis hisce legebatur tantum, ὡς διαστεῖλαι et quae sequuntur. Vir doctus in Misc. crit. vol. III. p. 106. interpunctionem post τούτου delebat, ut vulgata scholistae lectio sensum aliquem haberet. Tum Suidas τὴν κώπην ἐρέσσουσαν habet, et in Pindari loco σχάσαις. Edd. Pindari σχάσον. Reizius post ὑδάτων ponebat haec, ὡς διαστεῖλαι usque ad ἐρεσσούσῃ: tum, ἄλλως· καταλύσας usque ad τούτου: inde, ἄλλως· στήσας usque ad τὴν κώπην, quibus denique illa subiungebat, καὶ Πίνδαρος usque ad δεινὸν ὄμμα. Vide scholion ad v. 738. HERM.

P. 185, 2. Πίνδαρος] Pyth. X. 79.

185, 3. Εὐριπίδης] Phoeniss. v. 457.

185, 4. τὸ Hermannus.

185, 6. Post εὐλόγως typotheta τὸν omisit.

185, 9. Confer Suidam v. φασιανοὶ, qui locum hunc scholiastae descripsit. KUST.

185, 12. οἱ δὲ περὶ Ἀρχίλοχον] Hic non dicam Archilochus, sed ne interpretes quidem Archilochi locum inveniant. Neque enim illorum erat dicere, quid φασιανοὶ apud Aristophanem, equosne an aves significent, sed Aristarchi, qui Aristophanem commentariis illustravit. Scribendum igitur: οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον. RUHNKEN. praefat. ad Hesych. vol. II. p. VII. Conf. Barker. in diar. classico fasc. XXX. p. 219.

185, 15. De Leogora vide Sluiteri lectiones Andocid. p. 11.

185, 16. Μόρυχέ τε νῦν γὰρ] Apud Suidam in

φασιανοὶ scriptum *Μόρυχε τέως γὰρ*, quod placuit Ruhnkenio ad Timaeum p. 183. et Reisigio Coniect. I. p. 72 *Μόρυχε τὸ νῦν γὰρ* Berglerus in Commentariis ad Pacem 1008. p. 561. *Μόρυχε νῦν γὰρ* Casaubonus ad Athenaeum IX. 9., Bentleius, Hermannus, Elmsleius ad Acharn. 887. p. 235.

185, 17. *Γλαυκέτης ἢ Ψῆττα*] Legendum procul dubio est, *καὶ Γλαυκέτης ὁ Ψῆττα*, scilicet *ἐπικαλούμενος*: *et Glaucetes, Psetta cognominatus.* Glauceten ut lurconem et hominem gulosum hic notat Plato: quem eo nomine etiam perstrinxit comicus noster in Pace v. 1008. et in Thesmophor. v. 1042. ubi vide quae notavimus. Kust. *καὶ Γλαυκέτης ἡ ψῆττα*] Sic recte laudat Ruhnkenius ad Timaeum p. 183. vide Sophoclis Electr. 3. 5. Philoct. 624. ut frustra ὁ emendent Casaubonus et Kusterus. Porson. Adversar. p. 297. *ἡ ψῆττα* Berglerus l. l.

185, 18. *οἳ ζῆτε τερπνὸν οὐδὲν ἐνθ.*] Lego et distinguo ex Suida v. *Φασιανοί*:

οἳ ζῆτε τερπνῶς, οὐδὲν ἐνθυμούμενοι.

Qui iucunde vivitis, de nulla re (praeterquam de edendo et bibendo scilicet) *cogitantes.* Casaubonus ad Athenaeum lib. IX. cap. IX. versum hunc sic rescribendum esse censet:

οἳ ζῆτ', ἀτερπὲς οὐδὲν ἐνθυμούμενοι.

Sed altera lectio mihi magis placet. Kust. *τερπνῶς* recepit Hermannus.

185, 20. Verba, *οἱ δὲ, ἔχοντας τῷ μηρῷ ἐγκεχαραγμένον φασιανὸν* male repetita sunt e praecedentibus. Ruhnken. Sensus supplendi gratia legendum est, *οἱ δὲ ἵππους ἔχοντας* etc. Kust. *τοῦ μηροῦ*] *τῷ μηρῷ* Kusterus, Hermannus.

185, 24. *Ἀθήναιος*] IX. p. 387. A.

P. 186, 3. *ἔμελλε*] Legebatur *ἔμελε*. Herm.

186, 18. *οἱ δὲ φιλόσοφοι κάτω κείρονται*] Lego, *οἱ δὲ φιλόσοφοι ἀπακείρονται*. Falsum autem est, quod

scholiastes hic absque ulla limitatione ait, philosophos olim tonderi solitos fuisse. Nam contra, multi philosophorum veterum, etiam adstrictiori vitae dediti, comam promisisse leguntur. Athenaeus lib. IV. p. 163. E. de Diodoro Aspendio, rigido illo philosopho Pythagorico inquit: *Τὸν τῶν Κυνικῶν ἔζη τρόπον, κομῶν, καὶ ῥυπῶν, καὶ ἀνυποδητῶν: Cynicorum more vixit, comatus, sordidatus, sine calceis incedens.* Imo (ne longius abeam) ex ipso Aristophane nostro infra in hac fabula v. 833. 834. et in Avib. v. 1282. discimus, Socratem eiusque sectatores comatos et intonsos fuisse. Nimirum philosophi illi nihil sibi demendum putabant, quod natura ipsis dedisset; et proinde uti barbam, sic etiam capillos alere solebant. Sed mirum forte alicui videri queat, qui coma prolixa in philosophis horridum et atrocem animum promittere potuerit, cum eadem in aliis effoeminatorum morum et mollis animi indicium haberetur, secundum vulgatam illam Graecorum sententiam:

οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψηνίζεται.

Sed sciendum est, homines effoeminatos et formae studiosos comam ita aluisse, ut simul omni studio et arte eandem comerent et ornarent: at philosophos simpliciter eam promisisse, nullam artem et curam ei adhibentes. Hinc comicus noster infra v. 834. Socrati et Chaerephonti exprobrat squalorem capillorum, quippe quos prae nimia parsimonia nunquam tondendos curarent.

– – ὧν, inquit, *ὑπὸ τῆς φειδωλίας*
ἀπεκείρατ' οὐδεὶς πώποτ', οὐδ' ἠλείψατο. ...

Ad quem locum scholiastes: *ὡς κομῶντας διαβάλλει τοὺς φιλοσόφους. ταῦτα δὲ ἐποίουν οἱ φιλόσοφοι διὰ καρτερίαν*, etc. Vide etiam scholiasten ad laudatum locum in Avib. v. 1282. Kust. Hermannus *οἱ δὲ φιλόσοφοι κατακείρονται.*

186, 24. *Ἵππεῦσι*] V. 580.

186, 29. 30. *ὡς — τάττεσθαι*] Transposuerunt Reizius et Hermannus post 187, 13.

186, 30. ἱπποζόμενον — τοῦτον] ἱπποζομένου — τούτου Reizius et Hermannus.

P. 187, 1. οὔθ' ὁ σαπφόρας] Delevit Hermannus.

187, 3. σαπφόραι] σαμφόραι Hermannus.

187, 4. σῖγμα] σαμπῖ Hermannus.

187, 4. μ] C Hermannus.

187, 5. π typothetae error pro φ. Hermannus *II.* Nihil mutandum. Qui in libro suo σαπφόρας invenit scholiastes hoc dicit, ab aliis scribi σαμφόρας.

187, 7. ταχύτερον Hermannus.

187, 14. οὐ πεσών γε κείσομαι] Ad hoc proverbium respexisse videtur Ovidius Trist. V. El. VIII. 1. Ruhnken.

187, 23. ἐμαυτόν. διδάξομαι] Legebatur ἐμαυτὸν διδάξομαι: recte, si bis scribitur διδάξομαι. Sed praeferendam putavi interpunctionem Wolfii. Herm.

187, 26. ἐνεργείας] Reizius coniiciebat διαθέσεις. Herm.

187, 30. Scripturae Aldinae emendatio ex Suida est in βραδύς. Herm.

187, 34. ἐξήγησις δὲ καὶ ἐπεξεργασία] Emendo, ἐξάσκησις δὲ, etc. Tam enim ἐξάσκησις quam ἐπεξεργασία significat expolitionem, qua opus aliquod consummatur et ad ultimam perfectionem perducitur: qui sensus loco huic convenit. Kust.

187, 34. λόγων] Aberat hoc vocabulum, Reizio monente additum. Dukerus τῶν λόγων ἀκριβῶν. Herm.

P. 188, 3. τοῦτο δὲ ἐπὶ εὐθείας ὀξύνεται· ἐπὶ δὲ τῶν πλαγίων παροξύνεται] Sic etiam habet Suidas v. Σκιδάλαμοι. Sed nullum verbis hisce inesse sensum, vidit et monuit etiam Bisetus. Quare per me deleantur licet. Kust.

188, 13. *ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν κρουόντων, κόπτειν λέγουσιν*] Quae hac de re notari poterant, iam praecepit diligentissimus Meursius in notis ad Helladii Chrestomath. sub finem: ad quem proinde lectorem remitto. Kust.

188, 14. *Μένανδρος*] Vide Meinekium p. 255.

188, 21. *Παγασητικὸν* Wesselingius ad Diodorum XIX. 53. vol. VIII. p. 552. Bip. ab Ruhnkenio et Wolfio indicatus.

188, 26. *Ζηνόβιος*] Legebatur *Ζηνόδοτος*. Sed vide Suidam in *Ζηνόβιος*. Herm.

188, 34. *ᾤκισάν τινα* Wolfius et Hermannus.

P. 189, 6. *Ἀπολλώνεια*] *Ἀπολλώνια* Hermannus.

189, 16. *ἀποτικτουσῶν* Kusterus.

189, 18. *καὶ φάρμακον ἀμβλίσκειν τὰς γυναῖκας ποιοῦν*] Locus hic mutilus ita supplendus est: *καὶ ἀμβλωθρίδιον φάρμακον, τὸ ἀμβλίσκειν*, etc. Vel, ut habet Suidas v. *ἐξήμβλωκας, καὶ τὸ φάρμακον δὲ, τὸ αἴτιον τοῦ ἐξαμβλοῦν τὰς γυναῖκας, ἀμβλωθρίδιον καλεῖται*. Kust. Hermannus *καὶ ἀμβλωθρίδιον φάρμακον*.

189, 23. *τοῦτον*] *τοῦτο* Reizius, Wolfius, Hermannus.

189, 28. *ἐν* ab Ernestio additum.

189, 30. *βιοτὸν*] *βιοτὴν* Aldina.

P. 190, 5. Aldina coniunctim *ἐξυπογυίου*.

190, 12. *καὶ φησὶ Ξενοφῶν, Σωκράτην ξυνάγοντα αὐτοὺς*] Sic iam ante nos ex Suida v. *Χαιρεφῶν*, locum hunc recte emendarunt editores Genevenses. Ante enim male legebatur: *Καὶ φασὶ Ξενοφῶντα Σωκράτει ξυνάγοντι αὐτοὺς λέγειν, ὡς οὐθὲν τῶν ὀφθ. ὄφελός τι, εἰ μὴ σωφρονοῖεν*. Locus autem Xenophontis, ad quem scholiastes respexit, exstat lib. II. [cap. 3.] *Ἀπομνημον.* pag. 746. ed. Gr. Lat. Paris. Kust.

190, 14. *δήμου — Πυθῶ*] Rectius scribes *τὸν*

δῆμον et Πυθία. Kust. Eaedem Menagii coniecturae. Quod δήμου mutant, fallantur. Vide praefationem nostram ad Demosthenem vol. I. p. XII., δήμου Κολωνῆθεν dixit scriptor vitae Sophoclis in initio.

190, 23. Post χρησμῶν Hermannus lacunae signa posuit.

190, 24. ὁμολογῶν ἐν τῇ κατὰ φιλοσόφων] Assentior Menagio ad Laërt. I. II. sect. 37. qui locum hunc corruptum pronuntiat, et in voce ὁμολογῶν nomen auctoris alicuius, qui contra philosophos scripserit, latere censet. Equidem quis sit iste scriptor, post tantam veterum librorum iacturam et cladem, quorum ne nomina quidem ad nos pervenerunt, difficile est divinare. Nam licet modo laudatus Menagius suspicetur, legi hic forte posse Δημοχάρης, (quippe quem contra philosophos scripsisse testetur Aristocles apud Euseb. de Praep. Evang. I. XV.) eam tamen coniecturam ipse pro certa et indubitata minime habet, utpote fateri coactus, vocem illam a vestigiis vulgatae lectionis nimium recedere. Kust. Conf. Schweighaeuser. ad Athenaei V. p. 218. E. vol. III. p. 243.

190, 25. Πυθικοὺς Hermannus.

190, 27. εἰ συγκεχῶσθαι τοῖς νεκροῖς δυνήσεται] Ita hoc oraculum emendavit Toupius in Emend. Suid. vol. III. p. 168. [II. p. 207. ed. nov.] e Diogene Laërt. VII. 2. et Suida in συγχωτίζεσθαι, in quibus scriptum, εἰ συγχωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς. Hic legebatur, πῇ συγκεχωρῆσθαι τῷ χρησμῷ δύναται. Herm.

190, 36. ἕτερα παρέχοντα κειμήλια] Scribe, ἕτερα δὲ παρέχοντι κειμήλια; ut constructio respondeat praecedenti dativo Πέλοπι. Vide nos etiam ad Suidam v. ἀνάθημα, ubi locus hic scholiastae describitur, quamvis vitiose admodum. Kust. Locus hic scholiastae corruptus exstat apud Suidam in ἀνάθημα. Reizius probabat Kusteri coniecturam, ἕτερα δὲ παρέχοντι κειμήλια. Alia iambica oracula sunt apud Herodotum I. 174. Herm.

P. 191, 22. Ἡρόδοτος] Locus non exstat in He-

rodoto. Unde hoc nomen corruptum esse patet. Herm. Forte *Ἡρωδιανός*. De quorum nominum confusione Wesseling. in Diss. Herodot. Ruhnken.

191, 30. 33. *πηδήματος* Ernestius.

P. 192, 3. *εἶδος κώνωπος, παραποτάμιον ζώνην ἔχοντος*] Ut sensus recte se habeat, distinguendum est post *ποτάμιον*, hoc modo: *εἶδος κώνωπος παραποτάμιον, ζώνην ἔχοντος*. De voce *ζώνην* autem possem forte certiora quaedam in medium afferre, si per temporis rationem diutius mihi loco huic immorari liceret. Kust. Ernestiana editio, *εἶδος κώνωπος, παραποτάμιον ζωὴν ἔχοντος*, nescio unde. Sed recte Ald. et reliquae *ζώνην*. Suidas: *ἐμπὶς, κώνωψι παραπλήσιον ζωΰφιον, παρὰ τοῖς ὕδασι γινόμενον, ὅμοιον κώνωπι, μεῖζον δὲ τῇ περιοχῇ, καὶ κατὰ τὸ μέσον λευκῷ περιζωσμένον. Ἀριστοφάνης*, (in Avibus v. 244.) *ἐμπίδας κάπτετε, ἀντὶ τοῦ ἐσθίετε. Πισίδης,*

κύκλῳ περισφίγξαντες ἐμπίδων δίκην.

Vide schol. ad Aves 244. Herm. *παραποτάμιον ζωὴν* Ernestius ex Porti coniectura dedit.

192, 7. seqq. De hoc scholio dictum ab Schneidero ad Aristotelis Hist. An. vol. III. p. 372. 373.

192, 8. 9. *οὕτως — αὐτοῖς* Aldina.

192, 9. *οὗτοι* Schneiderus tacite.

192, 10. *εἰ γὰρ τούτου* ex Ernestii emendatione Hermannus.

192, 11. *καὶ*] *κἂν* Hermannus.

192, 14. *βομβύκια*] Scribe *βομβύλια*. Vide Suidam v. *βομβυλιος*, itemque scholiasten infra ad Acharn. v. 866. Kust. *βομβίλια* Reizius. Legebatur *βομβύκια*, quod quidem posset defendi. Sed de altero vide Suidae testimonium. Herm. *βομβύκια* Aristotelis loco defendit Schneiderus p. 373.

192, 14. *ἐντόμια*] *ἔντομα* Ernestius et Hermannus.

192, 14. *κατὰ τὴν ῥάχιν ἐκτέτμηται*] Lege, *κατὰ τὴν ῥάχιν ἐντέτμηται*. Reddere enim rationem vult scholiastes, quare culicum quoddam genus apud Graecos dictum fuerit *ἐντόμια*. KUST.

192, 18. *τοιαύτη γάρ*] Reizius addendum putabat *σάλπιγξ*. HERM.

192, 19. *τὸ ἀνώτατον*] Articulum recte addit Aldina. HERM. Eiecerat Portus.

192, 22. *διὰ*] *περὶ* Hermannus.

192, 23. *καὶ ἐμπίδος*] *τῆς ἐμπίδος* Hermannus.

192, 33. *καὶ ἐν Λ.*] *καὶ* recte delevit Kusterus. Lysistratae versus est 229., Vesparum 1215.

P. 193, 9. *τῶν ἀλφίτων. ταῦτα γὰρ παραπλήσια.*] Legebatur *τῶν ἀλφίτων, καὶ τὰ παραπλήσια*. Reizius *καὶ* delebat. Wolfius *ταῦτα γὰρ παραπλήσια* vel simile quid scribendum censet. Illud recipiendum duxi. HERM.

193, 15. *εἴδη* Hermannus. *Ὁμήρος*] Il. *ι*, 215. 210.

193, 18. *πρὸς δὲ τὸ λαθεῖν*] *πρὸς τὸ λαβεῖν* Hermannus.

193, 25. Post *μέρος* typotheta omisit *καὶ τὸ ἕτερον περιάγοντες*

193, 27. *Εὐπόλιδος*] Confer scholiasten nostrum supra ad v. 96. KUST.

193, 32. *ἐξητάζοντο*] Corruptum. Desideratur verbum quod significat *versabatur*, scil. Socrates. RUHNKEN. Hermannus *ἐξητάζετο*.

193, 36. Reizius corrigebat *κατέγραψέ τι*, et, *ἢ σχήματά τινα ἐνεποίει ἐκεῖ*. HERM.

P. 194, 15. *Θάλητα χρημάτων ἐλεύθερον*] Est poetae versus: quod fugit editores. *εἶ*] *ἔτι* ex Ravennate Hermannus.

194, 25. *ἄκρος*] *ἄκρως* Hermannus.

194, 30. *περαιωθήσωνται*] *περαιωθήσονται* Hermannus.

194, 35. *ὄψεις*] *ὄψεις ἀνθρώπων* Hermannus.

194, 36. *ὠχριῶντας*] Sic Reizius. Legebatur *κομιῶντας*. *ὡς* ante *φιλοσόφους* delebat Reizius et ante *στραφέντος* collocabat. Herm.

194, 36. *στραφέντος τοῦ ἐγκυκλήματος*] Machinam illam versatilem in scena, quam alii *ἐκκύκλημα* vocant, scholiastes hic appellat *ἐγκύκλημα*: qua de re plura diximus in notis ad Thesmophor. v. 102. Kust. *ἐκκυκλήματος*] Legebatur *ἐγκυκλήματος*. Vide Pollucem IV. 128. schol. ad Acharn. 407. Kuster. ad Thesmoph. 102. Herm.

P. 195, 2. *προανύσαντος τὸν πόλεμον Δημοσθένους*] Vide argumentum in drama Equitum. Kust.

195, 6. *συγκεκλεῖσθαι*] *συγκλεῖσθαι* Aldina.

195, 7. Vid. Thucyd. IV. 27. — 40. Herm.

195, 8. *Κορυφάσιον*] Geographi veteres sibi non constant, dum alii Pylum etiam Coryphasium appellatum fuisse tradunt: alii vero diversa ea fuisse loca, et Coryphasium prope Pylum situm fuisse scribunt. Vide Steph. Byzantium v. *Πύλος*, et v. *Κορυφάσιον*, et Luc. Holstenium ad utrumque locum. Kust.

195, 10. *Λάχης*] Iam Reizius et Wolfius Demosthenem hic nominandum fuisse notarunt, ut supra, et ad Equites v. 1050. 1053. 1057. Herm.

195, 14. *ἑπτακοσίους*] Apud Thucydidem IV. 8. numerantur quadringenti et viginti, praeter Helotas. Herm.

195, 31. *Ὅμηρος*] Il. *γ*, 217.

P. 196, 2. Verba *ᾄδειν ἔλεγεν* non sunt in ed. Aldina. Hinc manifestiora etiam lacunae indicia. Fortasse scripsit: *οὕτω κἀκείνους διὰ τοῦ πρωκτοῦ ἀστρονομεῖν διδάσκεσθαι λέγει.* Herm. qui post *ᾄδειν ἔλεγεν* lacunae signa posuit.

196, 10. *Ὅμηρος*] Il. ω, 90.

196, 19. *ζωγραφίαν*] *γεωγραφίαν* Hermannus.

196, 25. *τὴν τελοῦσαν*] Quid sit *γῆ τελοῦσα* non scio. DUKER.

P. 197, 1. — 3. *τὸ δὲ — δικάζουσιν*] Haec post *φασιν* 196, 35. auctore Reizio transposuit Hermannus.

197, 8. *λέγω*] *λέγει* Hermannus.

197, 10. Scholion hoc depromptum est e commentariis Eustathii ad Dionysium Periegeten v. 520. HERM.

197, 16. *ἡπλῶσθαι*] *ἁπλῶσθαι* Aldina.

197, 19. *θέσεως*] Ernestii correctio. Legebatur *λέξεως*. HERM.

197, 21. *οὕτω πρὸς τὸ περιτέταται*] Scribe, *παρατέταται*, ut in textu. Recte autem monet scholiastes, comicum hic ludere ambigua significatione vocis *παρατείνεσθαι*. Nam in versu praecedente *τὸ παρατέταται* significat, *in longitudinem extensa est iuxta continentem* (sc. Euboea); vel, *in longitudinem protensa continenti obiacet*. In versu sequente autem *τὸ παρετάθη* notat, *vexata est*, vel, *tributis exhausta est*: de qua vocis *παρατείνεσθαι* significatione vide Henr. Steph. in Thes. Gr. Ling. KUST.

197, 24. *Ἀθηναίους καταστρέψασθαι* Hermannus.

197, 25. *παρασταθῆναι* Ernestio debetur. Legebatur *καταστα θῆναι*. Reizius pro *μὲν ἄλλην* coniiciebat *Οἰχαλίαν*, vel *Πεταλίαν*. Sed, additis lacunae signis, nihil mutandum. HERM.

197, 34. *πόρους*] Scribe *φόρους*. KUST. Legebatur *πόρους. φόρους* etiam Brunck. qui verba *παρασταμένος* usque ad *παρετάθη* e MS. affert. HERM.

197, 36. *ἡμῶν*] Legebatur *ὑμῶν*. *ἡμῶν* etiam schol. MS. apud Brunckium. HERM.

P. 198, 10. *ἀντὶ τοῦ ὑπόθου*] Legebatur *ἀντὶ*

τῆς ὑπό. Suidas: φέρε, οἷον ὑπόθου, ἄγε οὖν. ἀρχαία ἡ σύνταξις. Scripsit, puto, ut noster, Ἀττικὴ ἡ σύνταξις. HERM.

198, 13. *Δημοσθένης*] P. 98. Reisk. ubi scriptum φέρε ἂν λόγον ἡμᾶς — παρήκατε.

198, 18. *παρεγκύκλημα*] Quid sit *παρεγκύκλημα* exposuimus ad v. 18. KUST.

198, 31. *παρεμφαίνειν*] *παρεμφερὴς εἶναι* ex Suida v. ὦ ᾿φήμερε scribi vult Musgravius ad Euripidis Cyclop. 227. *παρεμφέρειν* Schaeferus ad Demosthenem vol. II. p. 319.

198, 33. *Πίνδαρος*] Fr. 128. p. 633. ed. Boeckh.

198, 34. ᾿Ολυμπίῳ] ᾿Ολύμπῳ Hermannus.

198, 35. *νήπιε, βαδίζεις χρήματά μοι διαπομπεύων*] Suidas v. ὦ ᾿φήμερε, ubi locum hunc scholiastae descripsit, habet, *νήπιε, βάζεις μοι χρήματα διακομπεύων*. Sed *διακομπεύων* est vox insolens, et quam nusquam alibi reperio: pro qua proinde si scribere libebit *διακομπῶν*, et pro *νήπιε*, *νήπια*, sensus erit clarus et optimus. Dicet enim Silenus: *Stulta mihi narras iactabundus.* KUST. Hermannus:

> ὦ τάλας ἐφήμερε, νήπια βά-
> ζεις μοι, χρήματα διακομπέων.

cum hac annotatione „Vulgo hic et apud Suidam in ὦ ᾿φήμερε legitur *νήπιε. νήπια*, ni fallor, iam Reizius correxerat. Pro *βάζεις* in scholiis erat *βαδίζεις*, ac tum *διαπομπεύων*.“ Recte monet Boeckhius non debuisse ab Hermanno *μοι χρήματα* pro *χρήματά μοι* scribi.

P. 199, 12. *ὑπερφρονῶ* Ernestius et Hermannus.

199, 17. *περιφρονῶ*] Corrige typothetae errorem *περιφονῶ*.

199, 21. *ταλάρους*] Ernestius corrigebat *ταῦρους*, quo non opus. HERM.

199, 25. Vulgo *τὰ τῶν θεῶν*. Priorem articulum omittit Aldina. HERM.

199, 33. *ἐπὶ τῆς γῆς — λέγει*] Haec Hermannus ad versum 231. retulit praefixo lemmate *εἰ δ' ὧν χαμαί*.

P. 200, 2. *περιθεῖν*] Scribe *περιθεωρεῖν*. KUST. *περιδεῖν* Hermannus.

200, 4. *αὐτῷ*] Sic Reizius. Legebatur *αὐτῇ*. Fortasse *ταύτην* scripsit. HERM.

200, 6. *Καλλίμαχος*] Fragm. XCII.

200, 10. *περὶ τὴν κρᾶσιν τῶν ἀέρων τὸ ὀξύτερον, ἢ τὸ ἀραιότερον*] Edit. Ald. et Flor. habent, *περὶ τὴν κράτησιν τῶν ἀέρων τὸ ὀξύτερον, ἢ τὸ ἀριστερόν*: nullo sensu. KUST.

200, 22. *τὴν σκάφον λέγει*] Herba *σκάφος* dicta prorsus mihi ignota est, neque ullam eius mentionem apud veteres, quantum quidem investigare potui, factam reperio. Quare, literis tantum transpositis, scribendum forte est, *σφάκος*; quod est notissimum herbae nomen: Latini *salviam* vocant. At inquiet forte aliquis, *σφάκον* nihil ad *κάρδαμον*, utpote herbam ab hac diversam. Fateor hoc quidem: sed tamen nihil obstat, quo minus credamus, scholiasten duas illas herbas confundere potuisse, quod rei herbariae forsan parum peritus esset. KUST.

200, 27. *εἰς τὰ κάρδαμα* Hermannus.

adoptatus fuerit. Nempe Suidas de Euripide Mnesarchida, *Νίκας δὲ*, inquit, *εἴλετο ἑ, τὰς μὲν τέσσαρας περιὼν, τὴν δὲ μίαν μετὰ τελευτὴν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου.* Cf. Vit. Eurip. Moschopul. Manifeste igitur errarunt Valckenarius Diatr. p. 94. et Beckius Diatr. de Rheso §. 16. qui ex eadem persona diversos duos fecerunt. Boeckh. de Tragicis Graecis p. 226.

315, 9. *Ἀλκμαίωνα*] Fortasse Alcmaeonem pro Alcmena hic posuit, cum Alcmaeon in Equitibus Aristophanis citetur, actis Olympiad. LXXXVIII. 4. Musgravius in chronolog. scenica ad Olymp. 93, 4. Valde infirmo coniecturae auctore utitur Musgravius. Aristophanis in Equitibus verba sunt v. 1299. *οὐδὲ πυνθάνεσθε ταῦτ᾽ ὦ παρθένοι τὰν τῇ πόλει*, ad quae scholiastes p. 629, 13. annotavit: *ὁ στίχος δὲ παρὰ τὰ ἐξ Ἀλκμαίωνος Εὐριπίδου.* Quibus grammatici verbis, si quid veri inest, tum demum recte uti licebit, si quis ostenderit Aristophanis Equites Euripidis Alcmena fuisse priorem: qua sola ratione cavetur ne quis contra atque Musgravius voluit in Ranarum scholio Alcmaeonem servet, Alcmenam vero Equitibus restituat. Accedit ad haec illud quod in Ranis ad Alcmenam respicitur aliquoties, v. 93. 94. 537.: ad quae loca vide scholiastarum annotationes: ut, si Musgravii opinionem sequare, in scholio ad versum 67. Alcmena non magis potuerit commemorari quam Alcmaeon. Quamobrem Boeckhius in libro de tragicis Gr. p. 222. Alcmaeonem ante Equites actam, sed post mortem Euripidis repetito commissam esse coniecit.

315, 9. *Βάκχας*] De Bacchabus dictum ab Elmsleio ad argumentum fabulae p. 14.

315, 16. *εἰσήγαγε δέ ποτε Σοφοκλῆς ἐν δράματι τὸν Ἰοφῶντα φθονοῦντα*] Perinepta narratio eisdem ferme verbis in Vita Sophoclis tradita p. XI. ed. Brunck. *ἔχων ἐκ μὲν Νικοστράτης Ἰοφῶντα, ἐκ δὲ Θεωρίδος Σικυωνίας Ἀρίστωνα, τὸν ἐκ τούτου γενόμενον παῖδα, Σοφοκλέα τοὔνομα, πλέον ἔστεργε, καί ποτε ἐν δράματι εἰσήγαγε τὸν Ἰοφῶντα αὐτῷ φθονοῦντα, καὶ πρὸς τοὺς φράτορος ἐγκαλοῦντα τῷ πατρὶ, ὡς ὑπὸ γήρως πα-*

ραφρονοῦντι· οἱ δὲ τῷ Ἰοφῶντι ἐπετίμησαν. De quibus nuperrime disputatum est ab Bakio in Biblioth. critica nova vol. I. p. 8. et ab Boeckhio in indice lectionum Berolini per hiemem a. 18$\frac{2}{3}\frac{5}{6}$. habitarum.

315, 21. τὸν Οἰδίποδα παραγνῶναι] Intelligi hic debet drama, quod Oedipus Coloneus inscribitur: ut discimus ex Cicerone in Catone Maiore, sive de Senectute; qui rem eandem luculenter his verbis narrat: *Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit: quod propter studium cum rem familiarem negligere videretur, a filiis in iudicium vocatus est; ut, quemadmodum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet, sic illum quasi desipientem a re familiari removerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, et proxime scripserat,* Oedipum Coloneum *recitasse iudicibus, quaesisseque, num illud carmen desipientis videretur: quo recitato sententiis iudicum est liberatus.* Haec pulchre scholiasten illustrant. Pro παραγνῶναι autem legendum potius est ἀναγνῶναι, i. e. *legere*, vel *recitare:* qua significatione τὸ παραγνῶναι etiam accipi nec memini, nec mihi persuadeo. Kust. Aliorum scriptorum eandem rem narrantium loca exhibuit Hermannus praefatione ad Oedipum Coloneum p. X.

315, 22. ἀναγνῶναι] Aldina παραγνῶναι. Recte Vita Sophoclis παραναγνῶναι.

315, 22. Χοιρίλῳ] In suspicionem erroris veniunt qui cum Choerilo Sophoclem certasse tradunt, scholiastes Aristophanis et auctor vitae Sophoclis. Quis enim est qui sibi persuadeat, Choerilum octogenarium cum Sophocle certasse; Choerilum praesertim, cuius tum gloria, quae olim fuisset, prae Aeschylea arte dudum evanuisset? — Exscripsit autem scholiastes vitam. Scholiastes: οὐ μόνον — υἱῷ. Vita paullo plenius: συνηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ καὶ Εὐριπίδῃ, καὶ Χοιρίλῳ, καὶ Ἀριστίᾳ, καὶ ἄλλοις, καὶ Ἰοφῶντι τῷ υἱῷ. Apparet quae auctor vitae pro suo consilio in universum scripsisset, ab scholiasta Aristophanis ita deflexa esse, ut suo illa consilio accommodaret, qui de Iophonte maxime dicturus esset. Caeterum nolim asseverare,

scholiastam prorsus eam ipsam vitam, quam nunc tenemus, ante oculos habuisse. In hac igitur, modo removeas Choerilum, recte habent quae ad Aeschylum, Euripidem, Aristiam, Iophontem pertinent. NAEKIUS de Choerilo p. 7. Erroris fontem Naekius alius scriptoris narrationem fuisse censet, quae ab Suida servata est in v. *Σοφοκλῆς*: *ἔγραψεν ἐλεγείαν τε καὶ παιᾶνας, καὶ λόγον καταλογάδην περὶ τοῦ χοροῦ, πρὸς Θέσπιν καὶ Χοιρίλον ἀγωνιζόμενος*, quae sic intelligenda esse, scripsisse Sophoclem contra Thespin et Choerilum dudum defunctos. Cui interpretationi Hermannus in censura libri Naekiani obiicit non convenire *ἀγωνιζόμενος*, quod non posse aliter nisi de scenico certamine intelligi.

315, 31. *Αἰσχύλου μὲν ἔτεσιν ἑπτὰ νεώτερος, Εὐριπίδου δὲ κδ'*] Loco huic pessimum vulnus negligentia librariorum inflictum est: qui proinde ut in integrum restituatur, pro *ἔτεσιν ἑπτὰ*, scribendum est *ἔτεσιν δεκαεπτά*: et deinde post *Εὐριπίδου δὲ*, inserenda est vox *πρεσβύτερος*, vel *παλαιότερος*, quae non sine manifesto sensus detrimento hic omissa est. Absurdum enim est dicere, Sophoclem Aeschylo iuniorem tantum fuisse septem annis; Euripide vero, viginti quatuor annis: cum Euripidem haud paucis post Aeschylum annis vixisse nemo ignoret. Contra Sophoclem Aeschylo iuniorem fuisse septendecim annis; Euripide vero seniorem viginti quatuor annis, non solum evincunt rationes chronologicae; sed etiam expresse testatur Anonymus in vita Sophoclis, his verbis: *Ἦν δὲ Αἰσχύλου μὲν νεώτερος (Σοφοκλῆς) ἔτη δεκαεπτά· Εὐριπίδου δὲ παλαιότερος εἰκοσιτέσσαρα.* Hinc dicta loci huius emendatio satis confirmatur. KUST. Addidi *πρεσβύτερος* ex Kusteri coniectura.

315, 35. *τῷ* additum a Porto.

315, 39. *ψοψοδεεῖς*] Sic vulgatum *ψοφώδεις* correxit Matthaei in Lectt. Mosquens. I. p 28.

P. 316, 7. *τὰ δὲ ἄλλα ἐσχεδίασται*] Id est: *Reliqua vero sunt falsa* (vel *ficta, et commentitia.*) Hoc enim sensu *τὸ σχεδιάζεσθαι* apud scholiastas inter-

dum accipitur. Sic infra ad Vesp. v. 1164. *Εἰ δὲ μὴ ἐσχεδίασται τὸ διαλακώνισον. Nisi διαλακώνισον est vox ficta.* Et supra ad Nub. v. 967. *Ταῦτα δὲ σχεδιάσαι ἔοικε. Haec autem finxisse* (vel, *commentus esse*) *videtur.* Et ad Aves, v. 873. *Τοῦτο δὲ μήποτε ἐσχεδίασται. Hoc autem forsan est fictitium.* Vide praeterea scholiasten nostrum infra ad hanc ipsam fabulam, v. 1447. Hesychium v. *Πιτανάτης*, Suidam v. *Διακωδωνίσω*, et v. *Φρῦνις*: ubi vox illa eodem significatu occurrit. KUST.

316, 8. Scholion Mosquense edidit Matthaei l. l.

316, 18. Hanc narrationem exagitat Wolfius in Prolegomenis ad Convivium p. XLIX.

316, 37. *καὶ ταῦτα*] Vide Dobraeum in Commentariis vol. VII. 1. p. 122.

P. 317, 6. *διὰ τὸ τοῖς φύλλοις καλύπτεσθαι*] Puto hic excidisse negandi particulam *μή*: ut legatur, *τοῖς φύλλοις μὴ καλύπτεσθαι*. Sic enim sensus suadet. KUST.

317, 20. *ἐν τοῖς ἑξῆς*] V. 680. Br.

317, 28. Poetae verba non recte interpretatum esse grammaticum monitum ab Casaubono ad Athenaenm XIV. p. 638. F. vol. VII. p. 490. ed. Schweigh. Vide Commentarios p. 39. 40.

P. 318, 4. *καὶ χρόνου πρόβαινε πόδα*] In Alexandra fuisse suspicor *καὶ χρόνου προύβαινε πούς*. ELMSLEIUS ad Euripidis Bacch. v. 887. p. 122.

318, 5. *ἐκ Μελανίππης Σοφοκλέους*] Infrequens corrector Steph. Bergler. in notis ad Thesmophor. v. 279. docte emendat *ἐκ Μελανίππης σοφῆς*, sive *τῆς σοφῆς*. facilis fuit error describentis, qui sic nomen Sophoclis saepe legerat compendifactum; cuius quae nulla fuit, Melanippe nititur isthac voce mendosa. VALCKENAR. Diatrib. p. 49.

318, 12. *Ἱππολύτου*] V. 612.

318, 16. *Βάκχαις*] V. 503.

318, 27. Ἀνδρομάχῃ] Non exstat in Andromacha. Vide Commentarios p. 43. Fortasse scribendum Ἀνδρομέδᾳ.

318, 31. Locus Homericus Od. ϑ, 296.

P. 319, 9. ποιητῆ] ϑρῆνυς Il. σ, 390. et alibi.

319, 31. Ἀθηνᾶς, Ἡφαίστου, Προμηθέως] Vide Schneideri annotationem ad Xenophontem de Vectigalibus p. 170.

319, 37. Totum hunc locum ut et sexcenta alia in collectanea sua transtulit Suidas v. εἶναι. Kust. Apud Suidam scriptum, εἶναι, τόϑ' εἶναι καὶ σὺ σαυτὸν, ἀντὶ τοῦ ἀφεῖναι τοὺς δρομεῖς, τινὲς δὲ γράφουσιν εἴητε ἀντὶ τοῦ ἀφίητε οἱ δρομεῖς δηλονότι. τοῦτο δὲ γνωριμώτερον ἔχει τὸν νοῦν. ἐπειδὰν οἱ ϑεώμενοι εἴπωσιν ἀφίητε, δηλονότι οἱ τρέχοντες, καὶ σὺ σαυτὸν ῥίψον κάτω. γράφεται δὲ ἐν πολλοῖς ἔναι. ἀντὶ τοῦ ἴητε. μήποτε δὲ τὸ δεύτερον εἶναι τὸ ἐς καὶ σὺ σαυτὸν ἁμαρτανομένου τοῦ πρωτέρου.

P. 320, 1. γράφουσιν εἴητε, ἀντὶ τοῦ ἀφείητε] γράφουσιν εἶνται, ἀντὶ τοῦ ἀφεῖνται Seidlerus. Vide annotationem meam ad hunc versum.

P. 321, 6. ὕστερον δὲ ἦν τριώβολον· τοῦτο τῶν στρατηγῶν κολ.] Locus hic corruptissime legitur apud Suidam v. βλακεία. Vide nos in Addendis ad illum Lexicographum. Kust.

321, 10. Ἀϊδωνέα] ἀϊδονέα Aldina.

321, 17. Στράτιν ἐν Ἀταλάντῳ] Στράττιν ἐν Ἀταλάντῃ. Correxit Kusterus, drama hoc Ἀταλάντην ab Athenaeo appellari monens. Στράτιν ἐν Ἀταλάντης δράματι Suidas v. σκῶρ. Idem deinde omittit ὁ Ἀτάλαντος — δεδίδακται.

321, 23. ἦν δὲ ὀφθαλμῶν ἰατρός] Conser Hesych. v. Κλύμενος, et scholiasten infra ad Equit. v. 400. Caeterum, pro Ἀμφιδάμαντα (quod statim sequitur) Suidas v. ἢ Μορσίμου, habet Ἀστυδάμαντα. Kust.

321, 33. τὸ σῶμα ἀκνηρός] Procul dubio scriben-

dum est, τὸ σῶμα σμικρός: quamvis ὀκνηρὸς etiam legatur apud Suidam v. *Πυῤῥίχαις*. Cinesiam enim corpore admodum exili et tenui fuisse, patet ex alio loco poëtae nostri in hac ipsa fabula v. 1485. ubi scholiastes testatur, Cinesiam ob corporis exilitatem comicis ridendi et iocandi materiam praebuisse. Kust.

321, 34. *κατεσκελετευκώς*] Sic rescripsimus ex Suida v. *Πυῤῥίχαις*. Priores enim editt. male habent, *κατεσκελετευτηκώς*. Pro *κατεσκελετευκώς* autem frequentius apud alios scriptores occurrit *κατεσκληκώς*: a *κατασκλήμι*. Kust.

321, 35. *ἐν τοῖς ἑξῆς*] V. 366.

P. 322, 14. *γελοιότερος*] Aldina *γελοιώτερος*.

322, 29. *ἀντὶ τοῦ καί. Ὁμηρος*] Recte Heynius ad Homer. vol. V. p. 369. *ἀντὶ τοῦ ἐάν. καὶ Ὁ. — Ὁμηρος*] Il. η, 353.

P. 323, 11. *λέγουσι δ' αὐτοὶ σαπροί*] Ineptum hoc est, et sensus expers: pro quo scribendum videtur, *λέγουσι δ' αὐτοὶ τρίς*. Ter enim salutabant Charonem, dicentes: *χαῖρ' ὦ Χάρων*, etc. Kust. *σαπροί*] *σάτυροι* Bentleius.

323, 22. *ἀποδημήσοντες* Aldina.

323, 40. *Ὁμήρῳ*] Od. λ, 14.

P. 324, 28. *ἐν χρήσει*] *ἐν Κρίσει* Brunckius p. 628. qui post *ἄρξεις* addidit *σύ*. Idem fecerat Bentleius. Piersonus ad Moerin p. 165. malebat *ἄρξει σύ*. Conf. Hemsterhus. ad schol. in Plutum v. 681.

P. 325, 12. *αὖος γέγονα περιμένων*] Vide quae notavimus de hac phrasi ad Thesmophor. v. 853. Kust.

325, 34. *Εὐθυδήμῳ*] P. 224. E.

P. 326, 26. *παρηγορήματα*] Triplex huius vocis scriptura occurrit: *παρηγόρημα*, ut hic: *παραχώρημα*, ut infra in scholiis ad Pacem, v. 113. et denique *παραχορήγημα*, ut apud Pollucem lib. IV. sect. 110. Ex

his ultimam, propter auctoritatem Pollucis, amplectuntur et probant, Bisetus ad hunc locum, et Iungermannus ad Pollucem, dicto loco. Kust. Solum verum est *παραχορήγημα*. Vide annotationem meam ad Ranas p. 6.

326, 30. *εὑρίσκονται*] *αἱρίσκονται* Aldina.

326, 31. *Καλλίμαχος*] Fragm. CCLXXX. Bentl.

P. 327, 6. *Φιλόστρατος*] II. 2. p. 51. Olear.

327, 36. 37. *τραμὴν — ἰσχύον*] *τράμιν — ἰσχίον*.

327, 37. *Ὅμηρος*] Od. *v*, 204.

P. 328, 29. *ὑφηρέθη σου κάλαμος ὥςπερ λύρας*] Eundem versum Sophoclis adducit Pollux lib. IV. sect. 62. ubi pro *ὥςπερ* rectius legitur *ὡςπερεὶ*, metro sic exigente. Kust. Apud Brunckium fragm. III.

P. 329, 19. *Θεόφραστος*] Vide Schneiderum vol. V. p. 537.

329, 21. *Θεόκριτος*] XIII. 35.

329, 23. *Ἀμφιαράῳ*] Fragm. IV. Br.

P. 330, 4. *πομφολ.*] *πομφλ.* Aldina. — *ἐν φύσκαις*] Editio Aldina habet *φύσαις*. Attamen in eadem editione paulo post legitur *φύσκαι*, uti et in reliquis editionibus. Kust.

P. 331, 14. Apud Suidam scriptum, *Ναῦλος. τὸν ναῦλον. ἀρσενικῶς ὁ ναῦλος. καὶ ναῦλος ἡμῖν τῆς νεὼς ὀφείλεται. καὶ ἀριστοφάνης. ἀπόδος τὸν ναῦλον.* Scholiastae verba sic scribenda: *καὶ ὅτι παρὰ τοῖς νεωτέροις καὶ ἡ ναῦλος,*

ἡ ναῦλος ἡμῖν τῆς νεὼς ὀφείλεται.

Qui comici versus esse videtur.

331, 28. *Μένανδρος*] Apud Meinekium p. 275.

P. 332, 4. *φαινόμενον τοῖς δυστυχοῦσιν*] I. e. *apparens infelicibus:* quam lectionem agnoscit etiam Suidas v. *Ἔμπουσα*. Sed Harpocration v. *Ἔμπουσα* pro *δυστυχοῦσιν* habet *τοῖς στοιχοῦσιν*, i. e. *ambulantibus:*

quam lectionem probat ὃ πάνυ Henr. Valesius ad Sozomen. l. VIII. c. 6. Solebat enim (inquit) spectrum hoc praecipue apparere iter facientibus; ut idem probat ex loco hoc Philostrati de Vit. Apoll. lib. II. cap. 2. Ἐπορεύοντο γὰρ ἐν σελήνῃ λαμπρᾷ. φάσμα δὲ αὐτοῖς Ἐμπούσης ἐπέπεσε, τοδὶ γιγνομένη, καὶ τοδὶ αὖ, etc. Sed tamen altera lectio mihi magis arridet. KUST.

332, 9. τὴν omissum in Aldina, addidit Kusterus habetque Ravennas.

332, 10. *Ταγηνισταῖς*] Fr. XIX. Br. emendatum a Porsono et aliis, χθονία θ' Ἑκάτη σπείρας ὀφέων ἐλελιζομένη. Vide Commentarios vol. VII. 1. p. 352.

332, 15. ὀνόκωλον] I. e. *asininos pedes habentem*. Κῶλον enim saepe apud Euripidem aliosque poëtas Graecos *pedem* significare notum est. Ὀνόκωλος ergo idem hic significat, quod ὀνοσκελίς: prout Empusam ab aliis scriptoribus vocari constat. Sozomenus Histor. Eccles. l. VIII. c. VI. de Gerontio Nicomediensis Ecclesiae Diacono ait: Νύκτωρ ἔφη τισὶν Ὀνοσκελίδα συλλαβόμενος, ξυρῆσαι τὴν κεφαλὴν, καὶ μυλωνίῳ ἐμβαλεῖν. I. e. *Retulit quibusdam, se Onoscelidem comprehensam, capite raso, in pistrinum coniecisse.* Per Ὀνοσκελίδα hic intelligit Empusam. Scholiastes infra ad Ecclesiaz. v. 1048. Ἔμπουσά τις, ἣν καλοῦμεν νῦν Ὀνοσκελίδα. KUST.

332, 19. παρὰ ταῖς θεαῖς] Sic quidem habent omnes, quas vidi, editt. At certum est mutato tantum accentu scribi debere, παρὰ ταῖς θέαις, i. e. *in spectaculis*. KUST.

332, 28. κατασυρόμενον] Potius, διασυρόμενον. KUST.

P. 333, 5. 9. ὃν — ὀφθῆναι Dukerus. Vide Commentarios p. 82.

333, 5. — 20. Comparandum cum his scholion ad Euripidis Oresten, v. 269.

333, 11. Στράτις] Στράττις.

333, 12. *γαλῆν*] *γαλὴν* Aldina. Scholiastes Euripidis sic hoc fragmentum exhibet, *ποῖ ποῖ γαλῆν ὁρῶ, ποῖ ποῖ πρὸς θεῶν, γαλῆν γαληνά.* Bentleius corrigit, *Α. ποῖ πρὸς θεῶν ποῖ ποῖ γαλῆν. Β. γαλήν'. Α. ἐγὼ δ' οὐκ ἔφην σὲ λέγειν γαλῆν ὁρῶ.* et ad Sannyrionis verba adscripsit lectiones scholiastae Euripidis, ubi corrigit *Ὀρέστην* et *Κιννάρου*: in scholiaste Aristophanis vero reposuit *εἰσιδὼν μέγα.*

333, 15. Piersonus ad Moerin p. 113. corrigit:

τίς ἂν γενόμενος εἰς ὀπὴν
ἐνδύσομαι; φέρ' εἰ γενοίμην νῦν γαλῆ.
ἀλλ' Ἡγέλοχός με μηνύσειεν ὁ τραγικὸς,
ἀνακράγοιτ' ἂν οὗτος εἰς ἐχθροὺς (vel *εἰσιδὼν*) *μέγα·*
ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ.

333, 15. *τίς ἂν*] *τί οὖν* correctum in censura Edinburgensi fasc. XXXVIII. p. 480. Scholiastes Euripidis *τί ἂν. γενήσομαι*] Recte scholiastes Euripidis *ἐνδύσομαι*

333, 16. Male Piersonus ad explendum versum *νῦν* adhibet.

333, 18. *ἀνακράγοιτ' ἂν*] *κἂν' ἀνακράγοιτ' ἂν* Reisigius Coniectan. I. p. 110. *εἰσιδὼν*] *εἰς ἐχθροὺς μέγα* scholiastes Euripidis.

333, 19. *γαλῆν*] *γαλὴν'* Aldina: illud scholiastes Euripidis.

333, 21. *Ἡγέλοχον*] Corrige typothetae peccatum.

P. 334, 11. *Εὐριπίδῃ*] Hippolyti v. 48.

334, 25. *Διαγόρας μελῶν ποιητὴς, ἄθεος*] Confer cum hoc loco scholiasten infra ad Aves, v. 1073. et Ammonium v. *ἐπικηρύξαι*: cuius locus, hodie corruptissimus, hinc facile emendari potest. Kust.

334, 27. *τοὺς θεοὺς, οὐχ ὡς ἄδοντος αὐτοῦ*] Lege, transpositis tantum vocibus, *οὐχ ὡς ἄδοντος αὐτοῦ τοὺς θεούς.* Kust.

334, 33. *Καρτερός*] Hic infra ad Aves dicto loco rectius vocatur *Κρατερός*. Kust.

P. 335, 1. *ἀγορὰς*] Typothetae error pro *ἀγορᾶς*.

335, 2. *διθυραμβοποιὸς*] Vide annotationem ad p. 267, 4.

335, 28. *μία τῶν μυστηρίων ἐγκὰς ἐστιν*] Scribendum est, - - *εἰκὰς ἐστιν*. Die enim vigesimo mensis Boëdromionis Athenis olim celebrabantur mysteria, sive sacra Eleusinia: ut ex Plutarcho aliisque scriptoribus iamdudum probarunt viri docti. Vide Brodaeum ad Eurip. Ion. v. 1076. Petavium ad Themist. p. 408. edit. Hard. Casaub. ad Athenaeum lib. v. cap. XIV. Meurs. Eleusin. cap. XXVII. et nos ad Suidam v. *Ἴακχος*. Kust. Vide Casaubonum ad Athenaei V. p. 213. D. vol. III. p. 202.

335, 29. *ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάδουσι*] Pro *ἐξάδουσι* hic scribendum est *ἐξάγουσι*, i. e. *educunt*. Nam dicto die vigesimo mensis Boëdromionis Athenienses Iacchum cum cantu et pompa ex urbe Eleusinem deducebant. Plutarchus in Camillo: *Καὶ μετὰ ταῦτα φρουρὰν Ἀθηναῖοι Μακεδόνων ἐδέξαντο περὶ αὐτὴν τὴν εἰκάδα τοῦ Βοηδρομιῶνος, ᾗ τὸν μυστικὸν Ἴακχον ΕΞΑΓΟΥΣΙΝ*. Idem Plutarchus in Phocione, de pompa hac Iacchi loquens, utitur voce *πέμπειν*: *Ἧι τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεος Ἐλευσῖνάδε πέμπουσι*. Kust.

335, 30. *καθὸ συνίδρυται τῇ Δήμητρι ὁ Διόνυσος*] Vide illustriss. Spanhem. ad Callim. pag. 705. Kust.

335, 35. *Εἰρήνῃ*] V. 375.

P. 338, 1. *τοὺς περὶ Ἀρίσταρχον οἰομένους*] Sic locum hunc ex Suida emendavi. Ante enim corrupte legebatur, *τοὺς περὶ Ἀριστόξενον οἰόμενος*. Vide Suidam v. *Ταυροφάγον*, qui et alia habet, quae cum hoc loco scholiastae conferri merentur. Kust.

338, 9. *βωμολόχοις δὲ, τοῖς πρὸς χάριν λέγουσι*] Hic obiter emendo Hesychium, apud quem in serie

sua et haec leguntur: *προσβολοχεῖ, προσχαίρειν λέγει.* Scribe, *προσβωμολοχεύει, πρὸς χάριν λέγει.* Kust.

338, 15. *ἢ προδίδωσι φρούριον, πρὸς τοὺς ποιήσαντας τοὺς Φερεκρ*] In hac loco scholiastae quaedam sunt corrupta, vel mutila; quae absque ope meliorum codicum vix quisquam in integrum restituere valeat. Kust.

338, 28. *τινὲς δὲ Θορυκίων γράφουσιν, ἀντὶ τοῦ, τὰ τῶν Θορυκίων μιμούμενος*] Locus hic obscurus est; et quos Thorycios hic intelligat scholiastes, non constat. Quare praestat forte lectio Suidae, qui v. *Θωρυκίων* sic habet: *Οἱ δὲ, ὅτι τὸν Θωρακίωνα μιμούμενος, ὃς ἦν Αἰγινήτης ταξίαρχος.* Kust.

338, 31. *ἐν τῇ κρίσει*] Articulus Kusteri culpa omissus est.

P. 339, 1. *ἢ κατατιλᾷ· ἤγουν ἀσεβῶς διάκ.*] Confer omnino Suidam v. *κατατιλᾷ*, qui hic plura habet quam scholiastes. Kust.

339, 8. *Ἀρχῖνον*] *Ἀγύρριον* Brunckius et Boeckhius de oecon. civ. Athen. vol. I. p. 258.

339, 9. Cum scholio Victoriano compara Philemonis Lexicon v. *τέλος* et Favorinum.

339, 11. *Εὐριπίδης*] Imo Sophocles Antigonae v. 67.

339, 15. Euripidis ex Polyido versus apud schol. Homeri Il. *κ*, 56. sic scriptus, *μάτην· γὰρ οἴκῳ οὐν τόδ' ἐκβαίη τέλος.* Vid. Valckenarium in Diatr. p. 202.

P. 340, 34. *πάντα γὰρ αὐτοῖς εὐπετῆ*] *πάντα δ' εὐπετῆ θεοῖς* Euripidis Phoeniss. v. 701.

P. 341, 5. *Ἀριστοτέλης*] Etsi non nominantur hic Didascaliae Aristotelis, tamen non dubium est, inde sumta quae scholiastes affert verba. Casaub. ad Athenaei VI. p. 235. E. vol. III. p. 371.

341, 8. Vid. Boeckh. de oecon. civ. Athen. vol. I. p. 493.

341, 22. *νόμος*] Ficta ab scholiaste lex. Monuit Schoemannus de comitiis p. 106.

341, 31. *οὐκ ἔφυσεν ὀδόντας*] Non dubito quin hic exciderit vox aliqua, et scholiastes scripserit, *οὐκ ἔφυσε φραστῆρας ὀδόντας*. Colligo hoc ex Suida, qui v. Ἐπιέτης hic habet: *οὐκ ἔφυσε φράτορας· τουτέστι, φράστας* (scribe *φραστῆρας*) *ὀδόντας*: quod procul dubio hausit ex scholiaste nostro; quippe cuius scrinia grammaticus ille, ut notum est, identidem compilare solet. Praecipuam autem loci huius gratiam positam esse in allusione vocis *φράτορας* ad *φραστῆρας*, recte etiam observavit Palmerius in nota ad v. 420. Kust. Post *ὀδόντας* Suidas in *φραστῆρας* inserit *φραστῆρας*, quod Palmerius ut suum dedit. Bentleius.

341, 37. *ἔστι* delet Welckerus p. 202.

P. 342, 1. *νεναυμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν*] Quin ex mente Apollonii grammatici, cuius sententiam hic refert scholiastes, in proposito loco comici nostri scribendum sit – – *τὴν περὶ τῶν νεκρῶν*, sensus totius loci nos dubitare non sinit. Confer quae notavimus ad v. 193. Kust. Vide Commentarios p. 58.

P. 343, 12. *συγχανθέντες*] Quid hoc? An forte legendum est *συγχυθέντες*? Kust.

343, 17. — 34. Scholion ad Pindari Nem. VII. 155.

P. 345, 18. Fragmentum hoc Euripidis leviter corruptum est, quod sic emendat et in versus distinguit Casaubonus ad Athen. lib. II. cap. 24.

κἄρα τε γάρ σου συγχέω κύμαις ὁμοῦ,
ῥανῶ τε σοῦ ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ' ἄπο
αἱμοσταγεῖς πρηστῆρε ῥεύσονται κάτω.

Sed versum secundum cum cl. Barnesio in notis ad Fragmenta Euripidis, pag. 470. sic legere malim,

ῥανεῖ τε γῆν ἐγκέφαλος· etc.

I. e. *Cerebrumque terram asperget*, etc. Kust. Elmsleius in diario classico fasc. XVII. p. 53. haec sic scripta affert,

κάρα τε γάρ σου ξυγχέω κόμαις ὁμοῦ,
ῥανεῖ τε* δ' ἐγκέφαλον, ὀμμάτων δ' ἄπο
αἱμοσταγεῖ πρηστῆρε ῥεύσονται κάτω.

Versus secundi non improbabilis correctio videtur ῥανεῖ πέδον δ' ἐγκέφαλος. Alia placuerunt Hermanno ad Sophoclis Trachinias 777. p. 134.

κάρα τε γάρ σου συγχέων κόμαις ὁμοῦ,
ῥάνας τε πέδοσ' ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ' ἄπο
αἱμοσταγεῖς πρηστῆρες ὕσονται κάτω.

ῥεύσονται in ὕσονται mutabat etiam Bentleius.

345, 26. λέγουσι δὲ Ταρτησίαν γαλῆν, ἀντὶ τοῦ μεγάλην] Ταρτησίας γαλῆς mentionem facit Aelianus Var. Hist. lib. XIV. cap. IV. ubi vide doctissimum Iacob. Perizonium. Kust.

345, 27. ἡ δὲ Ταρτησὸς Ἰβερικὴ πόλις περὶ τὴν Ἄορον λίμνην] Vide Sam. Bochartum de Colon. Phoenic. lib. I. cap. 34. Kust.

P. 346, 18. ἐν Ἀμφιαράῳ Σατυρικῷ] Sic rescripsi pro ἐν Ἀμφ. σατυριῶ, quod priores editt. habent. Nimirum citatur hic Sophocles ἐν Ἀμφιαράῳ Σατυρικῷ; uti idem apud Pollucem ἐν Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ; et Euripides apud eundem ἐν Αὐτολύκῳ Σατυρικῷ, ἐν Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ, etc. Vide omnino de Satyricis his dramatibus poëtarum tragicorum τὸν πάνυ Casaubonum de Satyr. Poësi lib. I. cap. V. Kust. Apud Brunckium fr. I.

P. 347, 1. Πλούτῳ] V. 818.

347, 13. ἐπαγγέλλῃ] Aldina ἐπαγγέλῃ.

347, 23. Ἀλεξικάκου] Antea male legebatur Ἀλεξίκακον. Vide Hesych. v. ἐκ Μελίτης μαστιγίας. Kust.

347, 25. Ἑλάδου] Ἀγελάδου Thierschius (*Epochen der bildenden Kunst*, in annotationibus p. 47. 48.)

347, 27. Ἀπολλώνιος δὲ οὐ κακῶς ὑπον.] Vide Sam. Petit. de Leg. Att. pag. 79. Kust.

347, 29. *ἢ ὀλίγον πρότερον εἰρῆσθαι*] Quid haec verba sibi velint, non video. Nam et corrupta sunt, nec quomodo sensui huius loci accommodanda sint, intelligo. Quare ab alio Aesculapio medicina expectanda erit. KUST.

347, 33. *κύσθου λεοντῆν*] Aldina *κίσθου λεοντήν*.

P. 348, 1. *ἐξ Ἰοῦς, ἐκ Κολωνῶν*] Scripserat, ni fallor, scholiastes, *ἐξ Οἴου, ἐκ Κηδῶν*. ne nunc alia proferam, ista duo sic in eamdem rem adhibentur Stephano Byzantino in v. *Ἀβρότονον*, ubi Berkelius non est audiendus: vid. Suidas in *ἐν Κλάρῳ*. VALCKENAR. Diatrib. p. 292. E.

348, 7. *τὴν ἐρίγμην*] *τὸν ἐριγμὸν* suspicatur Piersonus ad Moerin p. 158. *ὁμολογοῦσι*] *ἐτυμολογοῦσι* Piersonus.

348, 18. *νεοπύρων*] Lege *νέων πυρῶν*. KUST.

348, 19. *Σικυωνίων*] Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 193.

348, 35. *δορίαλος*] Vide nos ad Suidam v. *δόριλλος*. KUST.

P. 349, 1. *παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ*] Idem fragmentum Aristophanis citat Etymologus v. *δορίαλλος*. KUST. *ἐν Ληναίαις* Hesych. in *δορύαλλος*. lege *αἱ δὲ γυναῖκες τὸν δορύαλλον φράγνυνται*. Vid. Etymol. in *δορίαλλος*. BENTLEIUS. Apud Brunckium Lemniarum fragm. XVII.

349, 4. *αἱ νεόνυμφοι*] Suidas v. *ἠβυλλιῶσαι* habet *μελλόνυμφοι*. KUST.

349, 12. *τὸ δὲ παῖς τῷ Διονύσῳ λέγει*] Lege, *τοῦτο δὲ ὁ παῖς τῷ* etc. KUST.

349, 23. *συγκατάθεσιν δηλοῖ*] Ut sensus suppleatur, scribendum est, *συγκατάθεσιν ἐνταῦθα δηλοῖ*. KUST.

P. 350, 8. *εὐτυχῆ χωροῦντα τοῖχον*] Deest *πρὸς*

vel, ut habet Suidas v. *ταῦτα πρὸς ἀνδρὸς, εἰς*, ut legatur *πρὸς εὐτυχῆ χωροῦντα* etc. Caeterum fragmentum hoc Euripidis sic numeris suis restituendum puto:

οὐ γάρ ποτ' εἴων τὸν Σθένελον πρὸς εὐτυχῆ
χωροῦντα τοῖχον τῆς δίκης ἀποστερεῖν.

Kust. Nescio qui factum sit ut Kusteri coniectura in textum irrepserit. Euripidem apertum est scripsisse,

οὐ γάρ ποτ' εἴων Σθένελον εἰς τὸν εὐτυχῆ
χωροῦντα τοῖχον τῆς δίκης σ' ἀποστερεῖν.

Monuit etiam Porsonus ad Euripidis Orest. v. 885.

350, 21. *Στηριεὺς*] *Στειριεύς*.

350, 23. *στρατηγῶν ἀγωγὴ, ἣν αὐτῷ συνεστήσατο μετὰ Καλλιξένου*] Suidas v. *δεξιὸς* locum hunc rectius sic legit: *στρατηγῶν ἀπαγωγὴ, ἣν αὐτὸς συνεστήσατο μετὰ Καλλιξένους*. Mox pro *μετάστασις*, ut priores editt. male habent, rescripsimus *κατάστασις*, non solum eodem Suida auctore, sed etiam quia sensus lectionem hanc necessario requirit. Kust.

350, 27. *κρίνοντος*] Repone *κρίναντος* ex Aldina.

P. 351, 3. *ἐν πρώτῳ*] Imo VIII. 68.

351, 13. *Θεόκριτος*] XVI. 125.

351, 36. Vide de hoc scholio Dukerum in Commentariis p. 146. 147.

351, 36. *ἀνημιωβολιαῖα δὲ, - - ἄξιον ἡμιωβολίου*] Pessime antea hic legebatur, *ἀνημιωβολιμαῖα δὲ - - ἄξιον ἡμιωβολιμαίου*; vel, ut quaedam editt. habent, *ἡμιωβολιμαίου*. Kust.

P. 352, 2. *ἐπὶ τοῦ ἀνημιωβολίου πωλούμενα*] Legendum esse, *ἐπὶ τοῦ ἡμιωβολίου πωλ.* iam ante etiam monuit Salmasius, teste Iungermanno ad Pollucem IX. 64. Kust.

352, 4. *ἀνημιωβόλιον, ἀνημιωβολιαῖα*] Puto scholiasten scripsisse, *ἀν' ἡμιωβόλιον, ἀνημιωβολιαῖον*, ut

censet etiam Salmasius, eodem Iungermanno teste. Kust.

352, 33. *μεσόδομον*] Vide Spanhemium in Commentariis p. 149.

P. 353, 15. *ἢ ἄρτους ἢ ἕντερα*] Perversa scholiastae lectio obversata, *τοὺς χόλικας*. Pierson. ad Moerin p. 405.

353, 17. Revoca ex Aldina *δὲ* post *κατέσπασας*, deletum a Kustero.

353, 19. *κρόκα μηριομένων* Aldina. Emendate scriptum apud Suidam in *ἐκπηνιεῖται*. Locus Homericus Il. *ψ*, 762. unde repone *πηνίον*.

353, 22. *διφθόγγου γραφεῖται* legitur typothetae culpa pro *διφθογγογραφεῖται*, ut scriptum in Aldina. Portus *διφθόγγου γράφεται*.

P. 354, 7. *Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσιν*] Polyidi fr. V. apud Brunckium.

P. 355, 12. *μάλ'*] Vide annotationem meam ad Avium v. 109.

355, 22. *Ὅμηρος*] Il. *α*, 593.

P. 356, 19. *αἰσθανθέντα*] *αἰσθασθέντα* Aldina.

P. 357, 10. *τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ δακρύειν ἀκουσίως τοῖς ὀσφραινομένοις κρομμύων*] Nic. Rigaltius ad Artemidor. p. 30. locum hunc sic emendat: *Σημαίνει τὸ δακρύειν ἀκουσίως. τοῦτο γὰρ συμβαίνει τοῖς ὀσφραινομένοις.* Sane scholiasten ita scripsisse valde mihi fit verisimile. Kust.

357, 30. *Λαοκόοντος*] Fr. II. *πρωτὸς* Brunckius. Alterum *μέδεις* delet Blomfieldus. Alia placebant Berglero in Commentariis p. 169.

P. 358, 30. *τυροποιὸς*] Imo *λυροποιός*. Vid. Taylori vitam Lysiae p. 125. ed. Reisk. et Schneider. ad Xenoph. Hellenica p. 79. ed. sec.

358, 33. *ὁ*] Vitium editionis Kusteri. Repone *ἡ*.

P. 359, 4. Ἰφιγ. τῇ ἐν Ταύροις] V. 1469.

359, 16. ἐντίμους] ἐπιτίμους Spanhemius in Commentariis p. 175.

359, 32. πολλοὶ ἥμαρτον τῶν τραγικῶν] Suidas v. Φρυνίχου πάλαισμα, pro τραγικῶν habet στρατηγῶν. Idem tamen v. παλαίσμασι vulgatam lectionem τραγικῶν etiam agnoscit. Kust.

P. 360, 1. Ἑλλάνικος] Vid. Boeckh. de oecon. civ. Athen. vol. I. p. 282.

360, 17. περὶ τῶν δ'] Aldina περὶ τῶν ἐν τῷ δ'.

360, 31. πολιῆται] ὃ̃ πολιῆται Bentleius.

P. 361, 31. εἴς τε τἀρχαῖον νόμισμα] Verba haec textus a nota sequenti aliena sunt: quorum loco proinde ponenda sunt illa, καὶ τὸ καινὸν χρυσίον; quippe quae scholiastes ibi explicare voluit. Loquitur enim de nummis, superiore anno, Archonte Antigene, percussis; quos minime appellari posse ἀρχαῖον νόμισμα, quis non videt. Porro in sequentibus illis, ἀλλὰ νικᾷ, φησὶ, χρυσοῦν etc. aliquid deesse videtur. Nam τὸ φησὶ non habet quo referatur. Kust. Conf. Valesium ad Harpocration. p. 184. ed. Gronov.

361, 38. Vid. Matthaei Lect. Mosquens. I. p. 28.

P. 362, 5. ἐπὶ γὰρ Καλλίου] Confer scholiasten ad Ecclesiaz. v. 810. Kust.

362, 25. Dele τι ab Kustero invectum.

362, 33. 34. τὸ — βύειν] τοῦ — βύνειν Larcherus ad Orionem p. 35.

P. 363, 6. φαίνονται] φαίνεται Portus.

363, 8. οἱ δὲ παραλαβόντες αὐτὰ, τῷ αὖθις ἐνιαυτῷ ἐφορ.] Dicit scholiastes, mystas anno post initiationem, sive mysteria suscepta, ad illorum ἐποπτείαν admissos fuisse: quam sententiam adversus Scaligerum non male tuentur viri doctissimi Dionysius Pe-

tavius in notis ad Themistium et Ismaël Bullialdus ad Theonem Smyrnaeum, p. 218 seqq. Kust.

363, 13. τὸ δὲ μάλα εἶπεν ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀλλά] Pauci hic mentem scholiastae, propter vitium scripturae, recte capere poterunt. Quis enim unquam credat, τὸ μάλα dici posse pro οὐκ ἀλλά. At scripserat procul dubio scholiastes, μᾶλλα pro μὴ ἀλλά: quae duarum harum vocum synaloephe inculcatur etiam a scholiaste supra ad v. 624. Kust.

363, 26. ὦ] Recte ὦ Aldina.

P. 364, 1. ἑταιροῖος Ζεύς] Scribe, ἑταιρεῖος Ζεύς. Deinde sequentia illa, καὶ ξένιος, in quibusdam editt. desunt, quae ex edit. Ald. revocavi. Kust.

364, 24. καὶ ἐν ἄλλοις] Fugit hoc fragmentum Brunckium.

364, 26. Scriptura Aldina emendata a Dobraeo in Commentariis vol. VII. 1. p. 385.

364, 28. Ὁμηρος] Il. λ, 105. ubi δίδη.

P. 365, 10. καὶ ὑποκεχωρηκότος] Sensus supplendi gratia necessario addendum est τοῦ Σοφοκλέους. Kust.

365, 15. ἔφεδρος δὲ, ὁ μὴ πλανώμενος] Sic etiam habet Suidas v. ἔφεδρος. At nihilominus vox πλανώμενος mihi suspecta est: vel saltem rem non satis exprimit. Quinam autem apud veteres ἔφεδροι ἀγώνων dicti fuerint, egregie docet Lucianus in Hermotimo, pag. 536. et seq. ed. Amstelod. Kust.

365, 16. Σοφοκλῆς] Aiace v. 609.

365, 29. Ἀριστοφάνης ἐν δράμασι] Alii numero plurali, ἐν δράμασι, comicum nostrum laudant: ut Athenaeus l. VII. cap. XIV. et Hesych. v. βύρσαν. Quodnam autem drama scriptores intelligant, cum comicum nostrum hoc titulo laudant, incertum est. Vide tamen hac de re coniecturam magni Casauboni ad Athenaeum dicto loco. Kust. Apud Brunckium Δραμάτων fragm. XIV. qui ἑλκύσαι σε τὸν σταθμὸν edidit.

365, 38. ἔλαττον] μὴ ἔλαττον Valesius ad Harpocration. p. 124. ed. Gronov.

365, 39. ἀπὸ τοῦ ὡρισμένου] Dele voculam peccantem ἀπό. Kust.

P. 366, 2. — 5. V. Platner. *Beiträge zur Kenntniss des Attischen Rechts* p. 239.

366, 20. Ὁμηρος] Il. β, 765. σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἴσας. Kust.

P. 367, 31. ἄνω] V. 99. τοιουτονί τι —.

P. 368, 2. ἐρεθίσματα] Vide Dukerum in Commentariis p. 206.

368, 7. Typothetae correctorisque culpa post ἀμυνομένου exciderunt τουτέστι τοῦ Εὐριπίδου ἀμυνομένου.

368, 11. Il. ρ, 136.

368, 34. σεισμοὺς] σειομένους Aldina.

P. 369, 21. ἀπονοεῖται] Scribe διανοεῖται. Nam significatio vocis ἀπονοεῖσθαι ab hoc loco aliena est. Kust.

P. 370, 14. κότος δὲ ὀργὴ ἐπιτηροῦσα] I. e. κότος *est ira ulciscendi tempus observans.* Vide Laertium in Zenone Citt. lib. VII. sect. 114. et ibi interpretes. Kust.

370, 22. ἐν τῷ λῆξαι τὰς καταιγίδας] Scribendum est ἐπὶ τῷ λῆξαι τὰς καταιγ. i. e. *ut cessarent procellae.* Kust.

P. 371, 10. Νεφέλαις] V. 981.

371, 23. κομψῶδες δὲ τοῦτο] Sensus potius requirit ut scribatur κομπῶδες δὲ τοῦτο. Kust. Aldina κομψῶδες.

371, 24. τῶν γὰρ δυνατῶν] I. e. *eorum qui doctrina et facundia pollent.* Vide nos ad argumentum Nubium [in Commentariis p. 12], ubi plura de hac vocis illius significatione notavimus. Kust.

371, 29. Minus recte Kusterus προσάσατε, cum scribi debeat προάσατε. VALCKENAR. Animadversion. ad Ammonium p. 219. Vide Kusteri annotationem in Commentariis p. 219. 220.

P. 372, 4. τοὶς typotheta dedit pro τῶν et versu proximo ἀλλήλοις pro ἀλλήλους.

372, 14. τὸ ante ἔπος male omissum a Porto et Kustero.

372, 23. Νεφέλαις] V. 627. ubi μὰ τὸν ἀέρα editum.

372, 25. ἐπὶ τῷ] ἐπὶ τὸ Valckenarius ad Eurip. Phoeniss. p. 185.

P. 373, 32. ἀπρακτοῦντα] ἀποκροτοῦντα Valckenarius ad Herodoti III. 46.

373, 37. Corr. ἐλάλουν.

P. 374, 1. ἐπιδείξεως Portus et alii. Recte Aldina ἐπὶ δείξεως.

374, 3. Portus ἀνύοιτο, εἰς τὸ τέλος ἂν ἦλθεν.

374, 11. τινὲς] γίνεται Piersonus ad Moerin p. 343.

P. 375, 6. βῆλα, i. e. *vela*. BENTLEIUS.

375, 10. εἰώθασι γὰρ οἱ καλούμενοι περιπ.] Lego: εἰώθασι γὰρ οἱ νοσούμενοι περιπατεῖν. περιπάτοις δὲ, ἀντὶ τοῦ διατριβαῖς. Confer Suidam v. ἴσχανα, et scholiasten infra ad v. 983. KUST. νοσεῖσθαι barbarum.

375, 19. πτυσάνης] πτισάνης Bentleius ex Suida in ἴσχανα.

375, 33. εἰς τοῦτο δὲ κωμῳδεῖται ὁ Εὐριπίδης, ὅτι διαφόροις τοῖς προσώποις ἀνοικείους λόγους περιτίθησι] Succinit scholiastae Origenes contra Celsum lib. VII. pag. 356. edit. Cantabr. ubi inquit: Εὐριπίδης ὑπὸ Ἀριστοφάνους κωμῳδεῖται, ὡς ἀκαιροῤῥήμων, διὰ τὸ πολλάκις περιτεθεικέναι λόγους τῶν δογμάτων, ὧν ἀπὸ Ἀνα-

ξαγόρου ἔμαθε, βαρβάροις γυναιξὶν ἢ οἰκέταις. Euripides ab Aristophane comice ridetur, ut intempestivis utens sermonibus, quod saepe rationes dogmatum, quae ab Anaxagora didicerat, barbaris foeminis vel servis tribuat. Kust.

375, 36. Corr. *ἰσοτίμους.*

P. 376, 28. *τρέφων*] Aldina *στρέφων.*

376, 30. *βασὺς δὲ ἦν*] Sic etiam scholiastes ad Ecclesiaz. v. 97. ubi itidem de Phormisio agit. Quare lectionem hanc revocare non dubitavi pro altera illa vitiosa, *βαθὺς δὲ ἦν*, quam priores editt. hic exhibent. Kust. Post *κωμῳδεῖται δὲ* excidit *καὶ.*

P. 377, 1. Vid. Hemsterhusium ad Luciani vol. I. p. 36.

377, 30. *Λουκιανὸς Ἔρωσιν*] C. 50. vol. II. p. 454.

P. 378, 4. *μικροπρεπείας δείγματα*] Suidas dicto loco rectius habet *μικροπρεπείας ῥήματα.* Kust.

378, 13. *Πλάτωνος*] Vid. Schweighaeuser. ad Athenaei XIII. p. 571. B. vol. VII. p. 90.

378, 19. *Λουκιανὸς ἐν Ἔρωσι*] C. 53. vol. II. p. 455. *Μελητίδην* scribendum esse dixi in annotatione ad v. 1001. In Appuleii Apologia vol. II. p. 446. ed. Oudendorp. non debebat reiici multorum librorum scriptura *Meletides.*

P. 380, 22. De hoc scholio vid. Abresch. ad Aeschylum I. p. 222.

380, 26. Ante *μήτηρ* excidit *ἡ.*

380, 28. *ἀπαγγέλλων*] *ἀπαγγέλων* Aldina.

380, 32. *ἐν τῷ δράματι*] V. 297.

380, 34. *διττοῦ γεγονέναι τοῦ θανάτου*] *διττὸν γεγονέναι τὸ δρᾶμα* Schuetzius ad Aeschyli Pers. v. 678. — Herodici verba manifesto vitiata sunt. Legendum censeo, *Ἡρόδικος δέ φησι διττὰ γεγονέναι τὰ δράματα,*

καὶ τὴν τραγῳδίαν ταύτην (sc. ad quam respexit Aristophanes) περιέχειν τὴν ἐν ταῖς Πλαταιαῖς μάχην. δοκοῦσι δὲ οὗτοι (sc. οἱ δεύτεροι) οἱ Πέρσαι ὑπὸ τοῦ κ. τ. λ. Quod confirmant quae sequuntur Δίδυμος — φέρεσθαι. BLOMFIELDUS praefat. ad Persas p. XXV.

P. 381, 3. διττὰς θέσεις] Potius καθέσεις: ut infra ad Vesp. v. 1317. ἡ τῶν Τρῳάδων κάθεσις: i. e. *Troadum* (tragoediae sic dictae) *in theatrum productio.* Nam καθιέναι δρᾶμα Graeci dicunt, fabulam aliquam in theatro vel scena exhibere: qua phrasi frequenter uti solent tum scholiastae, tum etiam alii scriptores. Vide saltem argument. Pluti: scholiasten ad Nub. v. 530. ad Vesp. v. 61. v. 1013. et alibi. KUST. καθέσεις dubitanter corrigit Casaubonus ad Athenaei VI. p. 235. E. vol. III. p. 370. et post Casaubonum Stanleius ad Aesch. Pers. v. 678. Scholiastes Platonis Clarkianus p. 330. ed. Bekk. ὁ Μέλητος Οἰδιπόδειαν ἔθηκεν.

381, 10. τὸν Μουσαῖον] Vide Meurs. Lect. Attic. lib. II. cap. 19. KUST.

381, 13. ἐπιτάφιον] Habet etiam Diogenes Laertius I. 3.

381, 27. Ὅμηρος] Il. γ, 336.

P. 382, 28. Παρνασσῶν] Aldina hic παρνασῶν, sed 26. παρνασσῶν.

P. 383, 6. περιῆλθεν] περιῆλθον Pollux IX. 47. Vid. Meinekium ad Menandrum p. 281.

383, 22. τῷ θαλάμακι, τῷ κωπηλατοῦντι ἐν τῷ κάτω μέρει τῆς τριήρους] Locus est insignis de generibus et ordinibus remigum apud veteres, quem attigerunt omnes, qui vel ex professo, vel obiter de re navali veterum scripserunt. Vide inter alios Scaligerum ad Euseb. Chron. Num. 1230. Palmerium in Exercitat. ad Memnonis Fragm. pag. 176. et Meibomium de Fabrica Triremium pag. 31. 32. ed. Amstelod. KUST. Vide Dukerum ad Thucydidem VIII. 29. p. 180. ed. Bekker.

383, 25. *ἑρετῶν*] Sic recte Suidas v. *Θαλαμακεῖς* pro *ἑρετμῶν*, quod priores editiones hic habent. Kust. *ἐστὶ* male excusum pro *εἰσί*.

383, 28. *Θρανίτης οὖν ὁ πρὸς τὴν πρύμναν· ζυγίτης, ὁ μέσος· Θαλαμίτης, ὁ πρὸς πρῴραν*] Verba haec, tanquam additamentum indocti et recentioris Graeculi, reiiciunt Scaliger et Palmerius locis laudatis. At eadem ut antiqua et bona retinet et defendit Meibomius de Fabrica Trirem. cuius interpretatio (licet in caeteris de remigum apud veteres ordinibus docte scripserit, eosque melius et aptius quam alii collocare mihi videatur) hic tamen mihi non satisfacit. Quare inclino potius in eam sententiam, ut credam, verba haec scholiis antiquis addita fuisse a sciolo aliquo, qui putaret, remorum versus sive ordines in veterum triremibus non fuisse alios supra alios exstructos, sed in longum porrectos, sive in eodem tabulato navis iuxta se omnes collocatos: prout censuit etiam Lazarus Bayfius in libro de re navali, qui falsam illam opinionem ex solo hoc loco scholiastae nostri probare et defendere nititur. Kust. Vide Dukerum ad Thucyd. IV. 32. p. 47. ed. Bekker.

383, 29. *Θαλαμία ὀπή*] Vid. Commentarios ad Acharnenses p. 151.

P. 384, 11. *ἐκ Φρύξου*] Vide Kusterum et Bergleruin in Commentariis p. 271.

384, 13. *ἀλλ' ὀλίγων* Porti et Kusteri editiones. „Cum hoc satis ineptum esset, recte correxit Valckenarius Diatrib. p. 17. B. *ἀλλ' ὁ λέγων*. Sed nihil opus erat; sic enim plane legitur in editione Aldina.“ Porson. Adversar. p. 41.

384, 17. *ἀλλ' ὅτι τούτου φίλτερον ἄλλο* in Euripidis versu ex Hippolyto 191. recte vulgarat Aldus, sed *ὅτε*, quod postea editiones insedit, Valckenario imposuit. Porsonus l. l. In nostram editionem *ἀλλ' ὅτι τοῦ ζῆν*, quae vulgata apud Euripidem scriptura est, irrepsit ex nequissima Hoepfneri editione.

384, 22. *ὄλεθρος γραμματεὺς συκοφαντῶν*] Sunt

Demosthenis verba de Corona p. 269, 19. ubi tamen non additur *συκοφαντῶν*.

384, 31. *τρίτον Ἀθήνησιν ἤγετο, Προμήθεια, Ἡφαίστεια, Παναθήναια*] Locus est corruptus, sed qui facile sic emendari potest: *τρὶς Ἀθήνησιν ἤγετο, Προμηθείοις, Ἡφαιστείοις, Παναθηναίοις*. Kust. Vid. Schneiderum ad Xenoph. de Vectig. IV. 51. p. 170.

384, 38. *Ὅτι ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἀγῶνος τῆς λαμπάδος - -*] In loco hoc, qui et sensu et constructione caret, multa a librariis peccata sunt, quae sic in integrum restituenda esse censeo: *Ὅτι ἀγομένου τοῦ ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἀγῶνος τῆς λαμπάδος, ἔθος ἦν τοὺς ὑστάτους τρέχοντας τῶν δρομέων τύπτεσθαι πλατείαις ὑπὸ τῶν νεανίσκων χερσὶ*, etc. Quid iam planius et clarius? Kust.

P. 385, 3. *Κεραμεικαὶ πληγαί*] Vide Hesychium v. *Κεραμεικαὶ πληγαί*, qui locum hunc illustrat. Kust.

P. 386, 7. *Ἄριχος*] Legendum esse *Ἀρίσταρχος*, recte monuerunt Casaubonus ad Laërtium, et Ionsius de Scriptor. Histor. Philos. lib. I. cap. XVI. pag. 87. Kust.

P. 387, 9. *ἀνθοσμίας*] Vide de hoc scholio Hemsterhusium supra p. 155.

387, 18. *Πλάτων ποιητής*] Corrigendum *Πλάτων Ποιητῇ*. *Poeta*, *Ποιητὴς*, nomen fuit aliunde notum dramatis Comici Platonis. Per Platonem apud veteres semper nobilissimus philosophus designatur: Comicus etiam ubi Comoedia non indicatur, dicitur *Πλάτων ὁ κωμικὸς*, non *Πλάτων ποιητής*. Valckenar. ad Theocriti Adoniaz. p. 326. *Πλάτων Ποιητῇ* tacite scripsit Musgravius ad Euripidis Helenae v. 2.

387, 18. *τὸ διῆρες ὑπερῷον*] Vox *διῆρες* aliquando idem significat quod *ὑπερῷον*; i. e. *coenaculum superius*; ut non solum ex hoc loco Platonis Comici (in quo duae illae voces *διῆρες ὑπερῷον ἐκ παραλλήλου* positae sunt) patet, sed etiam ex Polluce, Hesychio,

Etymologo, et aliis. Vide Iungermann. ad Pollucem lib. I. sect. 81. Kust.

387, 19. *Ὁμήρῳ*] Il. λ, 163.

387, 22. *καὶ τὸ*] Il. η, 279.

387, 25. *καὶ τὸ*] Od. υ, 241.

387, 28. *β. ἴθι οὖλε Ὄνειρε*] Il. β, 8.

P. 388, 18. *Εὐριπίδου ἐν Φοινίσσαις*] V. 18.

388, 22. *χρησμὸς*] Legitur inter Argumenta Sophoclis Oedipi tyranni.

388, 29. *πρὸς τὸ ἔφυ* (sic Aldina)] Lege *πρὸς τὸ ἔφη*, quae est vox ipsius textus, ad quam scholiastes *τὸ φῦναι* referendum esse monet. Kust.

P. 389, 8. *μετ' Ἐρασινίδου*] Vid. Valckenar. ad Xenoph. Memor. I. 1, 18. et Schneider. ad Hellenica p. 78.

389, 24. De Euripidis ex Hypsipyle versibus vide quae collegerunt interpretes ad Etymol. M. p. 689.

389, 34. *ἄροι*] *ἀροῖ*.

P. 390, 5. *τὸν Κάδμῳ δοθέντα χρησμόν*] Oraculum hoc legitur etiam apud scholiasten Euripidis ad Phoeniss. v. 641. et Tzetzen Chil. VI. cap. 28. Kust.

390, 13. *νώτοισιν ἐπ' ἀμφοτέροισιν* schol. Eurip.

390, 14. *σχῆμ'*] *σῆμ'* recte schol. Eurip. Vid. Homer. Il. ψ, 455. *λευκὸν σῆμ' ἐτέτυκτο περίτροχον ἠΰτε μήνης.*

390, 14. *περίπλοκον*] *περίδρομον* vulgo apud schol. Eurip.: sed *περίτροχον* codices Augustanus et Taurinensis, quod propter versum Homericum probavit Valckenarius.

390, 15. *τήνδε σὺ ἡγεμόνα σχὲ περιτρίπτοιο κελεύθου* vulgo apud schol. Euripidis. Codex Augustanus *τήνδε σοι ἡγεμόνος περιτρέπτοιο κ.* Taurinensis *τήνδε*

σὺ ἡγεμόνος γε περ. κ. In his nihil est quod scripturae, quae apud scholiasten Aristophanis est, ullo modo praestet.

390, 16. Versus Homericus Il. ψ, 326.

390, 17. βοὸς κέρας] βοὸς τέρας Valckenarius ad Eurip. Hippolyt. v. 1247. p. 298.

390, 18. ἥξῃ τε] ἵζηται scholiastes Euripidis. ἵξῃ τε Lobeckius ad Phrynich. p. 744.

390, 21. εὐρυάγυιαν] Corrige vitium editionis Aldinae εὐρυάγειαν.

390, 23. ἐπ' ἀνθρώπων editiones veteres scholiastae Euripidis, sed ἐπ' ἀνθρώπους codex Taurinensis. ἐν ἀνθρώποις Augustanus.

P. 391, 21. ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ δράματος] Vid. Valckenar. Diatrib. p. 137.

391, 23. οὐκ ἔθυσεν Ἀρτέμιδι] Piersonus apud Valckenarium

θύων ἀπαρχὰς, οὐκ ἔθυσε παρθένῳ
Ἀρτέμιδι.

391, 24. 28. εὐφορησάσης et συνεκάλεσεν debetur Kusteri emendationi.

P. 392, 32. ἐκθέσει Portus.

P. 393, 6. ἀπολῃκυθιῶ] Prava usus est scriptura versus 1200. Br. ἀπὸ ληκυθίου σου τοὺς προλόγους διαφθερῶ.

393, 20. Ἡφαιστίων] Cap. IX. p. 126. Gaisf. ubi vide Arnaldi annotationem.

P. 394, 28. στάσιμον μέλος] Vid. Hermann. ad Aristotelis art. poet. p. 130.

P. 395, 9. Post ὅτι excidit τῶν.

395, 27. φλύμον] Vid. Lobeck. ad Phrynichum p. 294.

395, 28. φλαττό Aldina.

395, 34. *Καλλίμαχος*] Fr. XLII.

P. 396, 12. *τοιοῦτο*] Recte Aldina *τοιοῦτον*.

396, 14. Timocreontis scolion redit infra in scholiis ad Acharnenses p. 794, 24.

396, 14. *ὤφελες*] *ὄφελες* Elmsleius ad Acharn. in Commentariis p. 147.

396, 15. *μήτ' ἐν γῇ*] *μήτε γῆ* Brunckius. Vide commentarios ad Acharn. p. 147.

396, 16. *φανήμεναι*] *φανῆναι* Brunckius ad Acharn.

396, 17. *γε*] *τε* schol. ad Acharn.

396, 18. *πάντ'* ad proximum versum pertinet. *διὰ σὲ γὰρ Πάντ' ἐν ἀνθρώποις κἀκ' ἐστί* Brunckius.

396, 23. *καὶ αὖθις*] Acharnens. v. 532. ed. Br.

396, 25. — 33. Eadem traduntur in scholiis ad Vespas p. 910, 31. et alibi: vid. Schweighaeuser. ad Athenaei XV. p. 694. B. vol. VIII. p. 247.

P. 397, 13. *ὅτι εἰώθεσαν ἀντὶ λύρας κογχύλια καὶ ὀστράκια κρούοντες*] Eadem *αὐτολεξεὶ* ex Didymo profert Athenaeus lib. XIV. cap. IX. pag. 636. D. Sic enim ille: *Δίδυμος δέ φησιν, εἰωθέναι τινὰς ἀντὶ τῆς λύρας κογχύλια καὶ ὄστρακα συγκρούοντας, εὔρυθμον* (sic melius, quam apud scholiasten nostrum *εὐρύθμως*) *ἦχόν τινα ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις, καθάπερ καὶ Ἀριστοφάνη ἐν Βατράχοις φάναι.* Vide etiam Hesychium v. *κρεμβαλίζειν*. Kust.

397, 15. *εὔρυθμον*] *εὐρύθμως* Aldina. *ἔρυθμον* Athenaei codex Venetus.

397, 18. *ἐν Σφηξίν*] V. 1346. Br.

397, 23. *Χείρωνι*] Hanc vocem ex antiquioribus editt. revocavi, quae in recentioribus non sine magno sensus detrimento desideratur. Kust.

397, 24. 25. Hi versus ita corrigendi et inter colloquentes personas distribuendi sunt:

α. δώσει δέ σοι γυναῖκας ἑπτὰ Λεσβίδας.
β. καλόν γε δῶρον ἑπτ' ἔχειν λαικαστρίας.

Quem ad modum fere leguntur hi versus apud Eustath. ad Homer. Iliad. p. 741, 24. Rom. *παράγοντες Θερεκράτους χρῆσιν ἐν Ἰάμβῳ τὸ, καλόν τε δ. ἑπτ' ἔχειν λ.* Meinekius Commentatt. miscellan. I. p. 10.

397, 38. *τέγγονται*] Revocavi ex vetustioribus editt. Nam recentiores editores substituerant *τέγγουσαι*, propter textum, qui sic habet. At iam aliquoties monuimus, scholiastarum veterum codices saepe discrepare a nostris; quorum lectiones proinde absque aliorum MStorum auctoritate ad textum hodiernum non sunt reformandae. Kust.

P. 398, 4. *τὰ ἄκρα τῶν δακτύλων*] An potius *ἄρθρα τῶν δακτύλων?* ut vocem eandem interpretantur Hesychius et Suidas v. *φάλαγγες*. Idem tamen Suidas v. *φάλαγξ*, ubi locum hunc scholiastae descripsit, itidem habet *τὰ ἄκρα τῶν δακτύλων*. Kust.

398, 34. *τὰ* omittit Aldina. *ἐξ Ἐκάβης*] V. 68.

P. 399, 7. 8. *Εὐμενίδων*] *Τημενιδῶν* Dobraeus in Commentariis VII. 1. p. 391.

399, 21. In his literas primum *ὑπὸ*, ex proximis male repetitas, delendasque mecum vidit Io. Piersonus. Quaenam tragico dicta fuerit *ἀγείρουσα*, latuisset, opinor, absque Platone, qui I. II. de Republ. p. 381. D. *nec in tragoediis*, ait, *neque in aliis quis poematibus εἰσαγέτω Ἥραν ἠλλοιωμένην ὡς ἱέρειαν, ἀγείρουσαν Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις*, ut recte vulgavit pro *βίου δῶρα* H. Stephanus. Iunonem itaque, adsimilantem anum sacerdotem, quae *Nymphis montanis deabus Inachi filiabus almis stipem cogeret*, ista tragicus in scena fecerat dicentem, hoc forte modo constituenda:

Νύμφαισιν ὀρεσσιγόνοισι θεαῖς
ἀγείρω Ἰνάχου Ἀργείου
ποταμοῦ παισὶν βιοδώροις.

Sed Euripides ista dixerit an Aeschylus dubitari poterit: Aeschyli *Ξάντριαι* citantur et aliis, Euripideae

nusquam alibi; et similia Aeschyli peccata plura damnat etiam in vicinia Plato p. 380. et p. 383. Euripidis, quod meminerim, nullum. Valckenar. Diatrib. p. 11. Ruhnkenius ad Timaeum p. 9. allato eodem Platonis loco, „At quis est, inquit, ille tragicus, quem Plato obliqua oratione perstringit? Nempe Sophocles, cui Platonem iniquiorem fuisse probabiliter disputat Valckenarius ad Euripid. Phoeniss. 1628. Is enim docuerat fabulam satyricam, *Inachum*, saepe a veteribus laudatam; de qua vide Is. Casaub. ad Athen. VII. 4. p. 487. Sophoclis autem locus, a Platone allatus, plenior est apud scholiast. Aristoph. ad Ran. 1385. sed sine poetae nomine: *Νύμφαι — βιοδώροις.* Dele *ὑπὸ* ex prima syllaba vocis *ποταμοῦ* natum, et reliqua ita lege, *Νύμφαι ὀρεσίγονοι, θεαῖσιν ἀγείρω, Ἰνάχου, Ἀργείου ποταμοῦ, παισὶ βιοδώροις.*" — Sic distribuendi hi versus,

Νύμφαι ὀρεσσίγονοι . . . . θεαῖσιν ἀγείρω
Ἰνάχου, Ἀργείου ποταμοῦ, παισὶν βιοδώροις.

Blomfield. in Museo critico Cantabrig. II. p. 145.

P. 400, 2. *Βρετιμάρτυς*] Lege *Βριτομάρτυς.* Vide Meursium in Creta lib. IV. cap. 3. Kust.

400, 15. *τυροπωλῆσαι. πρὸς γὰρ τὸν σταθμ.*] Rescribe et supple ex Suida: *τυροπωλῆσαι· ἀντὶ τοῦ σταθμῆσαι. πρὸς γὰρ τὸν σταθμὸν*, etc. Kust.

400, 28. *Πλάτωνα*] E Platone, non philosopho, quae Valckenarii erat sententia ad Callimachi Eleg. p. 21. sed comico poeta, affert scholiastes formulam *μὰ τόν.* Meinek. ad Menandrum p. 131.

P. 401, 25. *κυβεύοντας ἐν τῷ Τηλέφῳ, οὓς καὶ περιεῖλε*] Haec ob brevitatem obscura sunt; quae melius et plenius exposuit Eustathius ad Odyss. p. 1397, 18. sqq. Kust.

P. 403, 9. *ὡς τυραννικόν*] Thucydidem VI. 15. comparat Dukerus.

403, 20. *ἔν τισι δὲ μετὰ τὸ πρῶτον παρήγαγε γράφεται*] Haec et quae sequuntur apud scholiasten

prorsus sunt obscura, vel potius sensus expertia; quibus valde vereor ne a mala manu vulnus aliquod inflictum sit. Kust.

P. 404, 4. ὀξυβάφους] ὀξιβάφους Aldina.

404, 27. *μέτων γὰρ ἀκριβεῖ τὴν ἐκείνων ἀθέτησιν*] Locus hic est corruptus, in quo procul dubio nomen alicuius scriptoris latet, sed quod librariorum negligentia nobis invidit. Quare amplius de hoc loco cogitandum erit. Kust.

404, 37. *ἢ ἁπλοΐς*] Suidas v. *σισύρα* habet, *ἢ διπλοΐς*. Kust.

404, 38. *ἀφείλετο*] Sic etiam habet Suidas v. *σισύρα*. [et Philemon Lex. techn. v. *σισύρα*.] At ex ipso Aristophane Ecclesiaz. v. 421. rescribendum est, *ὀφειλέτω*. Kust.

P. 405, 4. *πρὸς δὲ τὴν διαφοράν. ἔν τισι καὶ σισύρα καὶ σισύρνα, ἐκ τρίτου τὸ αὐτό*] Est locus corruptus, et procul dubio mutilus; cuius sensum tamen (si in re tam obscura divinare licet) hunc esse puto: *χλαῖναν* et *σισύραν* in uno tertio convenire, (sic enim interpretor illud *ἐκ τρίτου τὸ αὐτό*) at differre ea ratione, quod *σισύρα* sit vestis ex pellibus caprinis facta; *χλαῖνα* vero ex lana. Sic ergo scripserat forte scholiastes: *ὅτι χλαῖνα καὶ σισύρα (ἔν τισι καὶ σισύρνα γράφεται) ἐκ τρίτου τὸ αὐτό· πλὴν διαφέρει, ὅτι ἡ μὲν σισύρα*, etc. Quod autem *σισύραν* a quibusdam *σισύρναν* appellatam fuisse ait, confirmari etiam potest testimonio Ammiani Marcellini lib. xvi. cap. 5. ubi ait: *Et σισύρα, quam vulgaris simplicitas sisurnam appellat.* Ioannes Tzetzes tamen in scholiis ineditis in Nubes v. 10. (ubi comicus ait, *ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος*) tria haec, *σίσυς, σισύρα*, et *σισύρνα* sic distinguit: *Διαφέρει σίσυς, σισύρνα, καὶ σισύρα. Σίσυς, πᾶν εὐτελὲς καὶ ῥακῶδες περίβλημα. Σισύρνα, δέρμα ἀτριχον, πολλοῖς τισι, μᾶλλον δὲ Μοναστᾶις φορούμενον, ὡς ἱμάτιον. Σισύρα δὲ, μαλλωτὰ ἐπιβλήματα στρωμναῖς χρησιμεύοντα.* Eadem fere habet idem Tzetzes ad Lycophronem v. 634. qui locus cum hoc conferri potest. Kust.

405, 13. Corr. *ἐνθάδ'*

405, 18. Corr. *τέμνωσι* pro *τέμνουσι.*

P. 406, 12. *Ἱππολύτου*] V. 611.

